Presented to the
LIBRARY *of the*
UNIVERSITY OF TORONTO
by
Victoria College

SYNTAXIS

LUCRETIANAE

LINEAMENTA.

SCRIPSIT

FR. GUILELMUS HOLTZE.

LIPSIAE,

OTTO HOLTZE.

1868.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF TORONTO
1982

PA
6496
H7
1868

Quemadmodum syntaxin priscorum scriptorum Latinorum, ita etiam Lucretianam, ratus propter mirificum dicendi generis, quo hic scriptor usus est, nitorem eum in primis dignum esse, ut, quam rationem secutus esset in verbis et enunciationibus conformandis, exponeretur, illustrandam esse putavi. Qua in re ita versatus sum, ut comparatis inter se editionibus Lachmanni et Bernaysii eam verborum scriptoris conformationem, quae mihi verior esse videretur, secutus, observationes etiam syntacticas, quae in Lachmanni commentariis continentur, accurate colligerem et in usum meum converterem. Praeterea autem dicere non possum, quantopere in disputatione mea contexenda, ut alios viros doctos, qui in Lucretio elaboraverunt, praetermittam, iis quae Briegerus, Susemihlius, Pollius ad recte constituenda verba scriptoris in Philologo attulerunt, adiutus sim. Praecipue sedulam operam navavi praepositionibus, transitivo et intransitivo usui verborum apud Lucretium atque coniunctionibus copulativis. Errata typographi notavi haecce: p. 49 l. 21 scribendum est *supplevit*, p. 57 l. 8 *magistris*. Scribebam Numburgi pridie Nonas Septembr. a. MDCCCLXVIII.

Sectio prima.

Syntaxis substantivorum, praepositionum, pronominum.

I. Syntaxis substantivorum.

Cap. I.

Notio substantivorum.

1. *Abstracta pro concretis.* I, 1 Aeneadum genetrix, hominum divomque *voluptas,* alma Venus. VI, 94 Calliope, *requies* hominum divomque *voluptas.*

2. *Significatio collectiva.* I, 259 nova *proles.* II, 661 equorum duellica *proles.*

3. *Subst. abstracta et concreta in unam notionem coniunguntur.* III, 8. 764 nec tam doctus equae pullus quam *fortis equi vis?* cf. II, 264 sq. III, 296 vis — violenta leonum. VI, 1222 fida canum vis. IV, 681. VI, 548 plaustri — non magno pondere, i. e. levi plaustro. Synonyma inter se coniunguntur IV, 758 mens animi, item V, 149 animi — mente. VI, 1183 animi mens.

4. *Appositio.* I, 250 pater aether. 251 in gremium *matris terrai.* II, 993: alma — *mater* — *terra.* V, 1402 terram — matrem. II, 172 dux vitae dia voluptas. 1116 sq. perfica — rerum natura creatrix. III, 290. IV, 219 sq. et VI, 925 sq.: *aestus* ab undis aequoris, *exesor moerorum.* IV, 755 per *simulacra leonem* et *cetera* quae videt. Sic Lachmannus pro leonum cetera. *Et* addidit Marullus.

Cap. II.

Numerus substantivorum.

1. *Singularis.* cervice legitur I, 35. VI, 744. II, 802 cervicemst recte scripsit Briegerus Philol. XXV, p. 73. Collectiva significatione II, 801 pluma columbarum. Notandus est singularis I, 436: *corporis* augebit numerum summamque sequetur (cf. 422). Toto illo loco Lucretius exposuerat omnia in mundo constare ex corporibus (quo plurali saepius eo loco usus est) s. materie et inani. Praeterea commemoro locos quosdam, quibus singularis restitutus est pro plurali. I, 932 et IV, 7 religionum *animum* nodis exsolvere pergo (sic L., quem vide, utrobique, non animos). Contra est in V, 21 dulcia permulcent *animos* solacia vitae, ubi quadratus habet animum. II, 613 per terrarum *orbem* (sic Marullus pro orbes). III, 227: in toto corpore *rei.* Sic Lachmannus scripsit pro rerum. „nam praecesserat, inquit, Nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur: et quamvis recte dicatur summum corpus rerum (sic Lucretius in IV, 43 64), quo aliqua rei cuiusque pars significatur, et in IV, 525 suo pepulere ubi corpore sensum, itemque quaecumque aut cetera celant corpore in II, 673 678, scilicet suo quicque corpore, neque minus recte in negatione nulla aeterno corpore, libro I, 242, totum tamen corpus rerum vix satis proprie dicitur". V, 34 arboris amplexus *stirpem.* Sic Marullus pro *stirpes.* V, 1258: quae cum concreta videbant posterius claro *in terra* splendere colore. Sic Lachm. pro *in terras.* Lambinus *in terris.*

2. *Pluralis.* IV, 1185 nec *Veneres nostras* hoc fallit, quod dictum est de meretricibus. I, 152 in *terris,* quod de orbe terrarum est accipiendum, alibi de singulis regionis alicuius partibus, sic I, 721 Italiae *terrarum* oras, ad q. l. Lachm. affert v. 717 triquetris *terrarum* in oris et VI, 713 in *terris* Aegypti totius. Frequens est pluralis nominum abstractorum, sic I, 36 avidos — *visus.* v. 105 vitae *rationes.* v. 106 *fortunas*que *tuas.* v. 128 solis lunaeque *meatus* qua fiant ratione. 685 quorum *concursus motus* — efficiunt ignis. I, 1026 = V, 428 omne genus *coetus* et *motus* experiundo. II, 48: *metus* hominum curaeque sequaces. v. 49 *sonitus* armorum. v. 836 ut non omnibus adtribuas *sonitus*

et odores. III, 142 *laetitiae* mulcent. Adde locos nonnullos, ubi pluralis recte restitutus est pro singulari. I, 555 ut nil ex illis posset — conceptum ad summae aetatis pervadere *finis*. Sic Briegerus Philol. XXIII, 3, pag. 471 sq. Lachm.: „fines locum finibus designatum dici nemo ignorat.“ Confert Briegerus V, 309, ubi itidem est pluralis. II, 628: matrem comitumque *caterras*. L. „Corrector quadrati catervam (pro caterva). rectius Itali catervas: sic enim scriptum extat v. 611“. VI, 14 nec minus esse domi cuiquam tamen anxia *corda*. L. „recte Marullus *corda* [pro *cordi*]. neque Lambinus haerere debebat in plurali: nam ita de Sibylla Vergilius Et rabie fera corda tument, neque aliter ceteri poetae“. De pluribus *corda* dictum est I, 13. —

Cap. III.

Casus substantivorum.

A. Nominativus.

Refert, quod alibi impersonale est, cum nom. subiecti coniunctum est IV, 984 magni *refert studium* atque *voluptas*. Affero primum exempla duplicis nominativi, et subiecti et praedicati post verba esse, fieri, reperiri. II, 785: quo *quadratum* minus *omne sit* extra. III, 573: *corpus* enim atque *animans erit aër* (sic bene Lambinus pro animam serit). II, 1062: *quae conrecta* repente magnarum rerum *fierent exordia* semper (sic Marullus pro ex ordine). IV, 1123: labitur interea *res* et *Babylonica fiunt*. Lachm.: „hoc perspicue verum est, ut res familiaris Babylonicae vestes fieri dicantur“. ib. 1129: et bene *parta* partum *fiunt anademata, mitrae*. III, 130 sq. qua propter quoniam *est* animi *natura reperta* atque animae quasi *pars* hominis. 203 sq. 237. V, 841 caeca reperta. Passivi instar est verbum *cluendi,* in primis Lucretio adamatum. III, 207 utilis invenietur et *opportuna cluebit*. cf. IV, cap. VII, 1. Addo nominativum coniunctum cum *opus est*. II, 1149. III, 967 materies opus est. IV, 1268: nec *molles opu' sunt motus* uxoribus hilum. v. 1277: coniugibus *quod* nil nostris *opus esse* videtur. In acc. c. inf. II, 20 sq. II, 815 scire licet nil principiis *opus esse colores*. Sic Lambinus pro colore, v. Lachm. Nominativi absoluti in enu-

merandis rebus compluribus memorabile exemplum extat in I, 455 sqq.: *serritium* contra. *paupertas, diritiae*que, *libertas, bellum, concordia, cetera* — haec soliti sumus — eventa vocare. Porro memorabile est, quod in comparationum altero membro, quod incipit a particulis comparationis *ut, ceu, quam*, a Lucretio non idem casus qui in priore membro, sed nominativus poni solet. Sic III, 613 sq.: non tam se moriens dissolvi conquereretur, sed magis ire foras vestemque relinquere, ut *anguis*, ad q. l. affert Lachmannus v. 456 Ergo dissolvi quoque convenit omnem animai naturam, ceu *fumus*, in altas aëris auras. v. 425 sqq. principio quoniam tenuem constare minutis corporibus docui multoque minoribus esse principiis factam quam *liquidus umor* aquai aut *nebula* aut *fumus* cett. IV, 698 sq. deinde videre licet (odorem) maioribus esse creatum principiis quam *vox*.

Denique locos nonnullos affero, ubi nominativus restitutus est Lucretio a criticis. V, 507: Significat *Pontos*. Sic Lachm. pro *ponto*. v. 738: veris praenuntius ante pennatus graditur *zephyrus*, v. Lachm. v. 948: denique nota *vagi* silvestria templa tenebant Nympharum. Sic Lachm. pro *vagis*. VI, 144: cum frangitur *aestus*. *Aestus* scripsit Antonius Marii. Corrector oblongi et exemplaria impressa *aestu*, absurde. VI, 1011: quam validi ferri *natura et* frigidus horror. Sic Wakefieldus pro naturae fr. h. v. 1032: trudit et impellit, quasi navem velaque *rentus*. Sic Pius recte pro *rentis*. v. 1040: *ille* eodem fertur. Sic Lachm. pro *illo*.

B. Ablativus.

I. Ablativus quantitatis.

Ablativus loci. a) *principii*. I, 163: volucres (possent) *erumpere caelo*. V, 458 terrae *partibus erumpens*. I, 194 secreta cibo. 370 deducere vero. II, 46: *cura*que *solutum*. III, 687: leti *lege solutus*. I, 932 et IV, 7: religionum animum *nodis exsolvere* pergo. III, 903: *dissolvant — magno se angore metu*que. VI, 1203 corruptus sanguis *expletis naribus ibat*. I, 670 et 792 et III, 519: nam quod cumque *suis* mutatum *finibus exit*. IV, 514: normaque si fallax *rectis regionibus exit*. v. 1041: quod simul atque *suis* eiectum *sedibus* exit. v. 1147 sq. retibus ipsis exire. VI, 1221 exeibant silvis. II, 18 corpore seiunctus. III, 585 quia *mota loca* sunt

fundamenta. II, 19 *cura semotu' metuque*. II, 839 *sonitu*que *remota*. III, 404 adempta anima — *membris*que *remota*. V, 125 quid sit *vitali motu sensu*que *remotum*. II, 34: nec calidae citius *decedunt corpore* febres. IV, 1042: decedit corpore toto. IV, 695: *recedere rebus* odores. v. 860: fluere atque *recedere* corpora *rebus*. II, 45 effugiunt animo. IV, 37 sq. Acherunte — effugere. II, 924: quod si forte suum *dimittunt corpore* sensum. IV, 504: manibus — suis emittere. 548: *recto*que foras *emittimus ore*. V, 674: *malis demittere* barbam. VI, 445 demissum caelo. III, 497: *ore* foras glomerata *feruntur*. III, 132: redde harmoniai nomen, ad organicos *alto delatum Heliconi*. III, 329 sq. corpore toto extrahere. III, 358: quom *expellitur aero*. III, 563 avolsus radicibus. III, 757: traiciuntur enim partes atque *ordine migrant*. III, 980: *impendens — aëre* saxum. III, 1012 eructans faucibus. III, 1033: animam *moribundo corpore fudit*. IV, 36 sq. sopore excierunt. v. 332: usque adeo *speculo* in speculum translucet imago. v. 1103 nec manibus quicquam *teneris abradere membris*. IV, 1172: cui Veneris *membris* vis *omnibus exoriatur*. IV, 1273: *locis avertit* seminis ictum. V, 29: spirantes *naribus* ignem. V, 401: deturbavit *equis* in terram. V, 639 aestivis detrudere signis. V, 753 sq. *secludere* solis *lumine*. V, 936 sq. *altis arboribus — decidere* — ramos. V, 984 *eiecti*que *domo*. V, 1034 frontibus extent. VI, 680: modis quibus inritata — flamma — *castis* Aetnae *fornacibus effl*et. VI, 991 sq.: praeterea manare aliud per saxa videtur, atque aliud *lignis*. Sic Lachm. pro *ignis*. Lambinus *per ligna*. *Lignis* de resina lignis manante accipiendum (L.). v. 993: *argento*que foras aliud *vitro*que meare. VI, 1141 nam penitus veniens Aegypti *finibu'* morbus. VI, 1154 spiritus *ore* foras tetrum volvebat odorem. I, 812 dubio procul, item II, 261. V, 258. VI, 249. III, 638 procul dubio. III, 564: seorsum corpore toto. III, 48 extorres — patria.

Coniungimus cum hoc ablativo nonnulla eorum adverbiorum, quae eandem habent significationem. *Inde*. a. Proprie de loco dicitur, ut sit ex illo loco, unde aliquid exit vel emittitur. I, 409: verum protrahere *inde*. V, 271. 616: *inde* revertens. VI, 637. V, 511 sqq. *ex utraque* polum *parti* premere aëra nobis dicendum est — *inde* alium supra fluere — aut alium supter.

b. Ad rem refertur, ex qua aliquid progreditur vel originem ducit, aut unde aliquid capimus vel haurimus, ut vice fungatur praepositionis *ex* sequente ablativo pronominis *is*. I, 157 sq. *inde* perspicimus = ex eo. I, 170 *inde* enascitur. IV, 772. V, 498. V, 1093: *inde* omnis flammarum diditur ardor. VI, 79.

c. Significationem habet genetivi partitivi. V, 201: principio quantum caeli tegit impetus ingens, *inde* aliquam partem montes silvaeque ferarum possedere, h. e. eius, v. Hand. Tursell. III, p. 364.

d. Significat causam. IV, 1223. V, 1042. v. 409: *inde* cadunt vires, h. e. ex hac causa.

e. De tempore dicitur, ut idem significet, quod *tum, postea*. I, 15. II, 1131. III, 449. IV, 276. 890. 1117. V, 404. 413. 1011. 1102. 1293. 1302. VI, 183. 1249.

f. Additur hac significatione temporis genetivus *loci*. Sic V, 437: diffugere *inde loci* partes coepere. 741. 791: *inde loci* mortalia saecla creavit multa modis multis.

g. Temporis notioni adiungitur notio causae. V, 1143. 1151.

Illinc a. de loco dicitur, unde aliquid proficiscitur. VI, 88: aut in utram se verterit *hinc* partim. 384 Lachmannus cum quadrato restituit *hinc* pro *hic*. 763.

b. Opponitur *illinc* II, 521 *hinc* flammis *illinc* rigidis infesta pruinis. Coniunctim etiam dictum est *hinc illinc* V, 881.

c. A significatione loci transfertur ad res et dicitur pro ex hac re, ex his rebus, ita ut origo et causa significetur et *hinc* saepe idem sit, quod ex hac causa, propterea. Plerumque refertur hac significatione ad ea, quae antecesserunt, rarius ad ea quae sequuntur. Sic I, 149 principium cuius *hinc* nobis exordia sumit. 347. V, 285: id licet *hinc* cognoscere possis, quod, = ex eo. Ad ea, quae antecesserunt, spectat his locis. I, 254. 255. 257. 259. V, 571 (= hisce rebus conveniens). 1405. Dupliciter positum est IV, 1058 sq.: *hinc* autemst momen amoris, *hinc* illaec, ad q. l. bene Lachmannus: „Oblongus prima manu hic autemst, quadratus hinc autemst. Repetito *hinc* ea oppositio indicatur, quae hic perpetua est amoris et Veneris. Haec, inquit, quae ad corpus et seminis eiciendi voluntatem pertinet, Haec Venus est nobis. ea ab altera parte est, alterum momentum amor facit: hinc autemst momen amoris, Hinc illaec".

Illinc IV, 345. *Illim* III, 881, de qua forma vide Lachm. p. 189.

Utrimque II, 520. III, 658: lingua vibrante, micante serpentem cauda, *e procero corpore utrimque*. Lachm.: „utrimque Marulli [pro utrumque] sane probandum est: utrimque e procero corpore, id est ex utraque proceri corporis parte lingua vibrat, micat cauda". V, 512. v. 839: androgynum, interutrasque nec utrum, *utrimque* remotum. Sic optime pro *utrumque* Brixiensis et Naugerius. VI, 551. 835. IV, 939 utrimque secus.

Extrinsecus I, 528. II, 1107. III, 722. VI, 483. v. 1099, ubi oblongus habet intrinsecus.

Intrinsecus VI, 1147. IV, 92.

Penitus I, 145. 226: si *penitus* peremit consumens materiem omnem. 262. 529: *penitus* penetrata. 537. 541: ante hac ad nilum *penitus* res quaeque redissent. III, 273. IV, 268. 270. 329: quamvis torte *penitus*que remota. 695. VI, 698: Et penetrare maris *penitus* percocta in apertum, ad q. l. v. Lachm. 865: hoc ubi roriferis terram nox obruit umbris, extemplo *penitus* frigescit terra coitque. Sic Lachm. pro *sonitus*. Marullus non recte *subtus*, quo vocabulo Lucretius non utitur. v. 1141: *penitus* veniens Aegypti finibu'. 1254.

Aliunde III, 133. V, 522: sive *aliunde* fluens *alicunde extrinsecus* aër. V, 547.

Deorsum I, 362. II, 190: cum *deorsum* cuncta ferantur. 202. 205. 217: corpora cum *deorsum* rectum per inane feruntur. 221. III, 1016: de saxo iactu' *deorsum*. Sic prorsus egregie Lambinus pro iactus eorum. IV, 628. V, 514: intendere *deorsum*. Sic Lachm. pro eodem. VI, 335: adde quod omnino natura pondera *deorsúm* omnia nituntur.

Seorsum, seorsus, quod etiam disyllabum est, *sorsum*. II, 305: neque in omne *seorsum* unde coorta queat nova vis inrumpere cett., ex coni. Lachmanni. II, 684: nidor enim penetrat qua fucus non it in artus, fucus item *sorsum, sorsum* sapor insinuatur sensibus, ad q. l. Lachm.: „sorsum bis scribendum est, non cum Vossio seorsum et seorsum. ita in IV, 494 *Seorsus* item sapor oris habet vim, *seorsus* odores Nascuntur, *sorsum* sonitus. [oblongus seorsum item, et v. 495 quadratus seorsum sonitus]". III, 500 divisa *seorsum*. 551 seorsum. 632 sorsum, item 637 et 660. IV,

489 seorsum. item v. 853. v. 491: et quod molle sit et gelidum fervescere *seorsum*. V, 447: et *sorsum* mare uti secreto umore pateret. ib. v. 448 *seorsus* item. Praepositionis instar sequente ablativo usurpatum est *seorsum* III, 564: nequit ullam dispicere ipse oculus rem *seorsum corpore toto*.

b) *Ablativus medii*. III, 568 magnis intervallis. III, 1000 hoc est *adverso* nixantem trudere *monte* saxum. VI, 719 sq. *adverso* flabra feruntur *flumine*. IV, 609: at simulacra *viis derectis* omnia tendunt. IV, 1272: eicit enim sulcum *recta regione via*que. VI, 27: *tramite parvo* qua possemus ad id recto contendere cursu.

c) *Ablativus habitus (Locativus)*. Spectemus primum nomina urbium et terrarum. I, 84 Aulide. VI, 585 *Aegi* in Peloponneso. VI, 1108 *Gadibus*. VI, 1116: *Atthide* temptantur gressus, oculique in Achaeis finibus. Ad horum nominum analogiam etiam Acherunte dicitur III, 628. 984. 978: Acherunte profundo. Videamus cetera. II, 219: incerto tempore ferme *incertis*que loci *spatiis* decellere paulum. II, 331 est quidam locus *altis montibus*. VI, 786: est etiam *magnis* Heliconis *montibus* arbos. v. 963 altis montibus. II, 292: Id facit exiguum clinamen principiorum nec *regione* loci *certa* nec tempore certo. v. 249: sed nil omnino *nulla regione* viai declinare quis est qui praestet cernere sese?, h. e. nullo loco viae suae, ut expl. Lachm., qui confert I, 958: Omne quod est igitur *nulla regione* viarum finitumst, h. e. nulla parte itinerum quibus per omne proficiscaris. III, 616 sq. *unis sedibus* et *certis regionibus* omnibus haeret. III, 784: Denique *in aethere* non arbor, non *aequore salso* nubes esse queunt. Sic Lachm. pro aequore in alto, quoniam V, 128, ubi hi versus iterantur, est: non aequore salso nubes esse queunt, et poëta aequor salsum aliquotiens dixit, altum numquam. Similiter praegressa praep. *in* dictum est V, 142 sq. *putribus in glebis* terrarum aut solis *in igni* aut *in aqua* aut *altis* aetheris *oris*. III, 548 sq. *loco* quae fixa manet *certo*. IV, 380: *quo* cumque *loco* sit lux. 370: *locis* ex ordine *certis*. IV, 304 iam *prima fronte* parata. 276: *dextra laeva*que. VI, 517: sed vemens imber fit, ubi vementer *utraque* nubila aquis cumulata premuntur et impete venti, h. e. utroque casu, in utraque parte. ita in IV, 86 ex summo quoniam iaculantur utraque, et versu 291 Aëribus binis quoniam res confit utraque (L.). IV, 627 *fine* palati. III, 837 *terra*que *mari*que, item V, 219. III, 892: cum *summo*

gelidi cubat *aequore* saxi. V, 788 sq.: pili — creantur quadripedum *membris* et *corpore* pennipotentum. V, 769 *certa* mundi languescere *parte*. IV, 328: quae — *parte interiore* latebunt, ex quo exemplo videmus non recte Lachmannum ad I, 843 docuisse, abl. v. *pars* Lucretium praepositione omissa non uti nisi genetivo addito. Verbum *inesse* coniungitur a Lucretio aut cum *in* praep. aut cum solo ablativo. Sic I, 590 corpore inesse. III, 634 toto — corpore inesse. III, 786 = V, 130: nec cruor *in lignis* neque *saxis* sucus *inesse*. III, 1054 pondus *inesse animo*. VI, 984 varii sensus *animantibus insunt*. Adde exempla verborum ponendi. IV, 71: et quae sunt *prima fronte locata*. I, 978: *fini*que *locet* se. v. 1022 *Ordine* se *suo* quaeque *locarunt*. III, 104: animi sensum non *certa parte reponunt*. v. 346 *maternis* etiam *membris alvo*que *reposta*. Denique ablativus loci invenitur substantivorum coniunctorum cum adiectivis *totus* et *omnis*. III, 281: dominatur *corpore toto*. 154 sq. toto corpore. IV, 1104: errantes incerti *corpore toto*. V, 254: toto — aëre. v. 398: *aethere* raptavit *toto*. v. 1166 toto — orbi. III, 148 sq. non omni concruciamur *corpore*.

Pertinent ad locativum etiam *domi* et adverbia *hic, illic, qua, huc, extra, intra, infra, supra, ultra, prope, una*. IV, 997: at consueta *domi* catulorum blanda propago cett., v. Lachm. 1254. V, 1334: *domi* domitos. II, 575: nunc *hic* nunc *illic* superant vitalia rerum. VI, 199.

Qua plerumque de loco dicitur, nonnunquam tamen in significationem ablativi modalis se convertit, ut idem sit quod *qua ratione*. I, 421 *qua* diversa moventur (h. e. in inani). v. 507 sqq.: nam *qua* cumque vacat spatium, quod inane vocamus, corpus *ea* non est: *qua* porro cumque tenet se corpus, *ea* vacuum nequaquam constat inane. 1076: motus *qua* cumque feruntur. v. 1111 *qua* cumque. II, 375. IV, 602: qualia sunt vitrei, species *qua* travolat omnis, ad q. l. Lachm.: „Marullus scripsit species quae transvolat omnis, neque quisquam post eum *qua*, quod libri exhibent, restituit. mihi nihil obstare videtur quo minus illac travolare dicatur species". IV, 700. 977 esse vias — *qua*. V, 272. VI, 1052: neque habet *qua* tranet ut ante. 1122 omne *qua* graditur. III, 498 *qua* — viai. Coniungitur cum *tenus*, ut fiat *qua tenus* II, 927. III, 218. 424. IV, 750. *Qua* haud scio an signi-

ficatione loci usurpatum sit etiam I, 356: quod nisi inania sint, *qua* possent corpora quaeque transire haud ulla fieri ratione videres, quamquam etiam modalis esse potest significatio, quae certissima est in hisce locis: I, 267: ne *qua* forte tamen coeptes diffidere dictis. III, 736: at *qua* possint via nulla videtur. V, 1447. Coniungitur etiam cum *propter (qua propter)*. Sic I, 127. 398. 557. 635. 705. 794. II, 37. 155. 313. 998. 1040. 1084. IV, 154. 191. 237. V, 243. 581. Significationem modi habet *haud quaquam*. III, 923. IV, 523. V, 533: praecipere *haut quaquam*st pedetemtim progredientis. 884 floret ecus, puer *haut quaquam*.

Hac I, 1113: *hac* se turba foras dabit omnis materiai. VI, 697 *hac* (h. e. per speluncas) ire fatendumst et penetrare maris penitus percocta in apertum. VI, 994 nam fluere *hac* species, *illac* calor ire videtur. Coniungitur cum *ante (ante hac)* I, 541. V, 338, cum *post (post hac)* I, 603, cum *infra* III, 274: nec magis *hac infra* quicquam est in corpore nostro.

Extra I, 1001. IV, 611: at voces excipere *extra*. II, 155: *extra* officiuntur. III, 577. V, 361. 512. II, 785. *Intra* III, 592. *Infra* II, 312: omnis enim longe nostris ab sensibus *infra* primorum natura iacet. III, 27: sub pedibus quae cumque *infra* per inane geruntur. V, 1371: *infra*que locum concedere cultis.

Supra, cuius primitiva forma est *supera*. I, 429: id quod iam *supera* tibi paulo ostendimus ante. 531: id q. i. *supra* t. p. o. a. IV, 672. I, 543: quoniam *supra* docui. 734: *supra* quos diximus. v. 846: atque illi, *supra* quos diximus ante. II, 499. 1049: et latere ex utroque *supra supter*que per omne nulla est finis. Similiter VI, 537: et in primis terram fac ut esse rearis *supter* item ut *supera* ventosis undique plenam speluncis (sic Avantius pro *super*). V, 514 sq. Inde alium *supra* — Hinc alium *supter*. VI, 271 et 1094 *supra* docui. VI, 1215 sq.: multaque humi cum inhumata iacerent corpora *supra* corporibus. (corporibus est dativus, quasi superiacerent corporibus).

Ultra I, 961 nisi *ultra* sit quod finiat. V, 386: *ultra*que minantur omnia diluviare. Lachm.: „Marullus *ultroque*, quem cur Avantio excepto omnes sequantur non intellego."

Prope a Lucretio semper usurpatur ita, ut notio loci transferatur ad rerum conditionem vel statum et dicatur res aliqua non longe abesse ab illa conditione vel illo eventu (cf. Hand.

Turselt. IV, p. 601). Sic Lachmannus de coniectura scripsit IV, 419: ut *prope* miraclo sub terras abdita caeli nubila dispicere videare. III, 906. 1046. IV, 442. 1025. V, 204. VI, 1271.

Una II, 680. 889 sq. *una* mixta. III, 168 et 800 *una* consentire. 445. 682: *una* cum membris. 759 *una* cum corpore. 901. V, 717. 1083 cum tempestatibus *una*.

Ablativus temporis. a) Ablativus principii non extat, usurpantur tamen hac significatione *abhinc, deinde, exim, exinde, extemplo*.

Abhinc III, 954: aufer *abhinc* lacrimas, balatro, ad q. l. Lachm.: „*Abhinc* utrum in *posterum* significare posset docti disputarunt, Pacuvium in Armorum iudicio ita posuisse negare non potuerunt, seque ad ludos iam inde abhinc exerceant, quae verba sunt apud Charisium p. 175. ergo eodem modo hic quoque accipiendum est.“

Deinde I, 390. 746. III, 1003. IV, 816. V, 1007: tum penuria *deinde* cibi languentia leto membra dabat.

Exinde V, 786. *Exim* III, 160, v. Lachm.

Extemplo II, 763. 893. III, 121: atque eadem (vita) rursum, cum corpora pauca caloris diffugere forasque per os est editus aër, deserit *extemplo* venas atque ossa relinquit. IV, 742. VI, 898.

b) *Ablativus habitus (temporis)*. I, 41: *hoc* patriai *tempore iniquo*. v. 183: tempore iniquo. v. 102: quovis tempore. v. 388: uno tempore, item III, 454. I, 176: suo — tempore. II, 263 tempore puncto. v. 1099 omni tempore, item IV, 812 sq. III, 595: supremo — tempore. v. 867: neque hilum differre ante *ullo* fuerit iam *tempore* natus. V, 70 nullo — tempore. IV, 444 tempore nocturno. v. 1008 nocturno t. V, 940 hiberno tempore. VI, 489 parvo tempore. I, 181: subito exorerentur *incerto spatio* atque *alienis partibus* anni. V, 701: *alternis partibus* anni. I, 1109: temporis ut *puncto* nil extet reliquiarum. III, 383 noctu. V, 886 et 896 aetate senecta. III, 929 leto. IV, 58 aestate. VI, 357 autumno. v. 360: *frigore* enim desunt ignes, ventique *calore* deficiunt. I, 271 principio, item v. 834. II, 1048. IV, 183. V, 235. 251. 783. VI, 96. II, 937: *principio* nequeunt ullius corporis esse sensus cett. Lachm.: „*Principio*, in quo frustra haerent interpretes, hic est *praecipue* (hoc autem vocabulo Lucretius non utitur) vel *in primis, ante omnia, ἀρχήν*. sic in V, 92. III, 119.“

Pertinent ad ablativum temporis etiam adverbia *quando, tunc, tum, nunc.*

Quando II, 966. III, 384. Plerumque tamen ap. Lucr. habet significationem causalem. Sic I, 188. 206. 263. 495. III, 546. V, 233. Hac significatione dicitur etiam *quandoquidem*, ut I, 295. 587. II, 969. 980. 1087. 1141. III, 457. 471. 557. 831. IV, 346. 1225. V, 1133.

Tunc, quod ab antiquioribus poëtis non ponitur ante consonantem (Lachm. ad I, 130) extat V, 1019. 1419: *tunc* esse repertam. Sic Brixiensis editor et Marullus pro *nunc*. v. 1423.

Tum aut dicitur pro *eo tempore, illo tempore*, ut duae actiones in unum tempus concurrere dicantur, aut de actione quae alteram sequitur in tempore: nonnunquam, praegressis *ubi, simul ac*, in limite quasi utriusque temporis positum est. Exempla sunt I, 157. 316. 393. 492: *tum* labefactatus rigor auri solvitur aestu. Sic Lachmannus cum Italis et olim impressis, non *cum*. 493. III, 710: quae *tum* periit. IV, 275: primus enim citra postes *tum* cernitur aër. V, 399: ira *tum* percitus. 432. 799: si *tum* sunt plura coorta. 837. 942. 1262. 1273: *tum* fuit in pretio magis aes. 1397 sqq. 1404. VI, 250: quod *tum* per totum concrescunt aëra nubes. Sic Lachm. pro *tunc*. 1156: atque animi prorsum *tum* vires totius, omne languebat corpus. Sic Wakefieldus, gravius quam quod Itali et impressi, *et omne*, omisso *tum*. 1182: multaque praeterea mortis *tum* signa dabantur. 1243. Opponitur *nunc* V, 942 nunc — tum. V, 1007 sq. tum — nunc. Usurpatur in enumeratione, aut solum per se, ut V, 69, aut addito *praeterea* II, 926, aut per pleonasmum quendam *tum porro*. Sic I, 298. 426. 520. 599. II, 672. 788. 886. IV, 829. V, 222. VI, 623. Correlata sunt *nisi, simul ac, ubi, cum*. Sic V, 44 sq.: at nisi purgatumst pectus, quae praelia nobis atque pericula *tum*st ingratis insinuandum! quantae *tum* scindunt hominem cuppedinis acres - curae. VI, 402: an *simul ac* nubes successere, ipse in eas *tum* descendit. VI, 1151 sqq.: *ubi* per fauces pectus complerat — omnia *tum* vero vitai claustra labebant. I, 156 sq.: ubi tum. V, 886 sqq.: ubi - tum demum. II, 44—46: cum — tum — tum. I, 391 sq. IV, 921 sq. 453 sqq. 1166: ischnon eromenion *tum* fit, *cum* vivere non quit prae macie.

Nunc I, 265: *Nunc* age, item II, 333 et IV, 269. I, 1060. II, 1033. 1156. III, 136. 434. 709. IV, 382: umbraque quae fuit hic eadem *nunc* transeat illuc. 877. V, 64. 273. 940. 1010: *nunc* se nudant sollertius ipsi. 1164. 1339. 1423. 1427. VI, 239. De *nunc etiam* et *etiam nunc* v. cap. XIV, 9 e. Ponitur antecedente sumptione ficti, aut solum, ut I, 110, aut coniunctum cum *at (at nunc)*, de quo vide cap. XIV, 10 a. ζ. Duplicatur II, 575: *nunc* hic *nunc* illic superant vitalia rerum. VI, 199 *nunc* hic *nunc* illic fremitus per nubila mittunt.

Denique ad ablativum temporis pertinent etiam ablativi, qui dicuntur, absoluti. I, 35: tereti cervice reposta. v. 97 sq. *sollemni more* sacrorum *perfecto*. I, 135 et IV, 734 morte obita. I, 175 autumno — suadente. v. 311 *multis* solis *redeuntibus annis*. 387 circum *celerantibus auris*. 553 aevo frangente priore. 1078 ponderis *amissa vi*. II, 1 mari magno *turbantibus* aequora *ventis*. v. 954: minus *oblato* acriter *ictu*. v. 1133: quanto est res amplior *augmine adempto*. III, 15: nam simul ac ratio tua coepit vociferari naturam rerum, *divina mente coorta* (sc. tua). v. 404: *adempta anima* circum membrisque *remota* (sic corrector quadrati). v. 586: quia mota loco sunt fundamenta, foras *manante anima* usque per artus. 1042. IV, 1105 membris conlatis. V, 384: omnibus epotis umoribus. v. 447: et sorsum mare uti *secreto umore* pateret. 1136 regibus occisis. VI, 185 sq.: scilicet, hoc *densis* fit *nubibus* et simul alte *extructis* aliis super impete miro. v. 193 *sepultis* undique *ventis*. 247 nam *caelo* nulla *sereno* nec leviter *densis* mittuntur *nubibus* umquam. 253 *tetra* nimborum *nocte coorta*. v. 465 turba maiore coorta. v. 880 *concepto* protinus *igni*. 956 et *tempestate* in terra caeloque *coorta*.

Ablativus gradus. a) *principii* (comparationis). I, 699 sq. IV, 1231 eius habet *plus aequa parte*. v. 1244 concretius aequo.

b) *Abl. medii* (abl. *mensurae* s. *differentiae*) primum ponitur coniunctus cum comparativis et superlativis. I, 28 quo magis. II, 471: et *quo* mixta putes *magis* aspera levibus esse principiis. IV, 1185 *quo magis* ipsae omnia summo opere hos vitae poscaenia celant. VI, 473 *quo magis* ad nubis augendas multa videntur posse quoque e salso consurgere momine ponti. Sic Marullus pro *quod*. Cumulate dictum est VI, 460: *quam* sint *quo*que *magis*, *tanto magis* edita fiunt, ad q. l. Lachm. affert etiam Tanto quique

magis in III, 700 et in V, 343, um je wie viel mehr, um je so viel mehr. Quo minus (seq. coniunctivo) legitur II, 785. 787. III, 1089. I, 978 (quo minu'). I, 69 eo magis. 214 multo meliora. 367 multo - minus. II, 792 multo proclivius. II, 1017 multo maxima. V, 23: *longius* a vera *multo* ratione ferere. v. 544: at quae cumque foris veniunt inpostaque nobis pondera sunt laedunt, *permulto* saepe *minora*. I, 359: rebus *nilo maiore* figura. II, 1118: nilo — plus. III, 224: nilo — minor (sic Goebel. quaest. Lucr. p. 29 pro *nil*). IV, 1225 nilo magis. V, 577: *nilo* fertur *maiore* figura. V, 1409: neque *hilo maiorem* interea capiunt dulcedini' fructum. II, 486: vel *paulo pluribus auge*. 827: *quanto* in partes quaeque minutas distrahitur *magis, hoc magis* est ut cernere possis. V, 629 sqq. *quanto demissior* eius cursus abest — *tanto* posse *minus* cum signis tendere cursum. *flaccidiore* etenim *quanto* iam turbine fertur inferior quam sol, *tanto magis* omnia signa hanc adipiscuntur. v. 711 quanto propius. VI, 562: ad caelumque *magis quanto* sunt edita quaeque. IV, 564 nimio — maior. v. 317: nam *multis partibus* hic est *mobilior multis*que *minutior* et *magis pollens*. VI, 315 hoc setius. Cum positivo VI, 1196 nimio rigidi. Comparativi instar sunt *ante* et *post*. Sic II, 764 paulo ante. III, 1094 *annis* qui *multis* occidit *ante*. V, 168 tanto post. VI, 1240 paulo post. Deinde huc spectat ablativus *copiae* et *inopiae* pendens a verbis et adiectivis. I, 160: nil *semine egeret*. III, 134 *proprio* quae tum res *nomine egebat*. V, 290: ut noscas *splendore novo* res semper *egere*. I, 343 *sollicito motu* privata *carerent*. 573 *principio* fundamenti natura *carebit*. II, 4 sed *quibus* ipse *malis careas* quia cernere suave est. III, 356 caret — sensu. IV, 35 luce carentum. IV, 1073 Nec Veneris *fructu caret* cett. V, 1427 sq. *reste carere purpurea* atque auro signisque ingentibus *apta*. I, 381 *motu privandumst* corpora quaeque. II, 1091 dominis privata superbis. IV, 366 privatum lumine. 371 lumine privatur. V, 317 privata fragore. 997 vita privarant. VI, 1209 virebant ferro *privati parte virili*. IV, 377 *spoliatur lumine* terra. V, 762 sq. spoliare — lumine. I, 282 largis imbribus auget. v. 631: quae *nullis* sunt *partibus aucta*. V, 723 quae cumque est *ignibus aucta*. I, 606: *agmine condenso* naturam corporis *explent*. II, 358 sq. *complent*que *querellis* frondiferum nemus *adsiduis*. IV, 1017 *clamoribus* omnia *complent*. V, 226 *cagitu*que locum *lugubri complent*. 1066 *rocibus* omnia

complent. VI, 645. 1275. II, 806 *larga* cum *luce repleta est*. 1170 pietate repletum. IV, 319 luce replevit. 607 *replentur* loca *vocibus*. 626 sunt — asperitate repleta. V, 40 trepido terrore repleta est. 814 dulci repletur lacte. 992 et nemora ac montis *gemitu* silvasque *replebat*. VI, 260: *ignibus* ac *ventis* cum primis ipse *repletus*. 1272 sq. V, 740 cuncta *coloribus egregiis* et *odoribus opplet*. VI, 747 sq. *acri sulpure* montes *oppleti*. V, 261 *umore novo* mare flumina fontes semper *abundare*. 817 *multa* et *molli lanugine abundans*. II, 838 orba colore. II, 845 sonitu sterila. II, 1092 dis — expers. VI, 1181 lumina — *expertia somno*. III, 562 *cassum anima* corpus. IV, 128 *cassa*que *sensu*. 368 lumine cassus. V, 719 quia *cassum lumine* fertur. 757 cassum — lumine. V, 223 sq.: indigus omni vitali auxilio. Sic corrector oblongi pro indignus. VI, 269 *ventis* atque *ignibus* omnia *plena* sunt. 537 sq. *ventosis* undique *plenam speluncis*. 1185 *plenae*que *sonoribus* aures.

c) *Ablativus habitus*. Huc pertinent adiectiva *dignus* et *indignus* cum abl. coniuncta. III, 13 *perpetua* semper *dignissima vita*. 322 *dignam dis* degere vitam. 420 *digna tua* pergam disponere carmina *cura*. VI, 69 dis indigna.

II. Ablativus qualitatis.

a) *Abl. principii*. Hic est abl. *originis*. I, 874: quae *alienigenis oriuntur*. II, 991: Denique *caelesti* sumus omnes *semine oriundi*. I, 869: quae *terris exoriuntur*. II, 252: et *vetere exoritur* semper novus. II, 906 mortali — corpore creta. IV, 1228: *materno*que mares existunt *corpore creti*. III, 190: *volubilibus parvis*que creata *figuris*. 622 sq. creari fluminibus. IV, 698: deinde videre licet *maioribus esse creatum principiis* quam vox. V, 69 quae *tellure* animantes *extiterint*. v. 1269 sq.: nec minus *argento facere* haec *auro*que parabant quam validi primum *violentis viribus* aeris.

b) Ad abl. *medii* spectant abl. *instrumenti, causae, limitationis*.

α) *Abl. instrumenti*. I, 13: perculsae corda *tua vi*. v. 261: ludit *lacte mero* mentes perculsa novellas. v. 14 capta *lepore*. v. 27: quem tu — *omnibus ornatum* voluisti excellere *rebus*. v. 31 *tranquilla pace* iuvare. v. 34 *aeterno* devictus *vulnere* amoris. v. 36: pascit *amore* avidos visus. v. 38: hunc tu, diva, *tuo* recubantem

corpore sancto circum fusa super. v. 52: dona tibi *studio* disposta *fideli*. v. 68 sq.: nec *minitanti murmure* compressit caelum. v. 74 atque omne immensum peragravit *mente animoque*. v. 85 turparunt *sanguine*. v. 94: quod *patrio* princeps *donarat nomine* regem. Sic etiam V, 1095: cum caeli *donarit* plaga *vapore*. Sic Lachm. pro *vaporis*, dicens: „scilicet illas multas res. ita in II, 73 augmine donat, et in hoc libro 1215 divinitus aeterna donata salute. nam caeli plagam, id est fulmen, hominibus vapores donare absurdum est.“ I, 95: sublata virum *manibus*. v. 99: hostia concideret *mactatu* maesta parentis. v. 103: *terriloquis* victus *dictis*. v. 106: fortunasque tuas omnis turbare *timore*. v. 114: *morte* dirempta. v. 121: Ennius *aeternis* exponit *versibus*. v. 126: rerum naturam expandere *dictis*. v. 143: *dictis quibus* et *quo carmine* — possim praepandere lumina menti. V, 54: omnem rerum naturam *pandere dictis*. I, 129: *qua ri* quaeque gerantur. V, 252: *multa* pulsata pedum *ri*. VI, 320: ea quae *tanta ri* missa supernest. VI, 541: volvere *ri* fluctus. I, 130: *ratione sagaci* videndum. v. 133: *morbo* adfectis *somno*que sepultis. v. 137: inlustrare *Latinis versibus*. v. 138: multa *novis verbis* praesertim cum sit agendum. v. 145: res *quibus* occultas penitus convisere possis. v. 155: ac fieri *divino numine* rentur. v. 169: *seminibus* quia *certis* quaeque creantur. v. 184: nec porro augendis retus *spatio foret usus*. 219: *nulla ri foret usus* enim. v. 206: *semine* quando *opus est* rebus, *quo* quaeque creatae aëris in teneras possint proferrier auras. V, 233: denique non *armis opus est*, non *moenibus altis*, *qui* sua tutentur. v. 263: nil *opus est verbis*. v. 1053 quid *sit opus facto*. I, 189 ut par est *semine certo* crescere. v. 200: *pedibus* qui pontum per vada possent transire. v. 201: magnos *manibus* divellere montis. v. 211: vertentes *vomere* glebas. v. 221: *aeterno* quia *constant semine* quaeque. v. 302: quae tamen omnia *corporea constare* necessest *natura*. v. 484: partim *concilio* quae *constant* principiorum. v. 626: minima constent natura. II, 378: *natura* quoniam *constant* neque facta *manu* sunt. 452: *fluvido* quae *corpore* liquida *constant*. v. 722: ita quamque necessest *dissimili constare figura* principiorum. III, 186 sq.: *constare rotundis* perquam *seminibus* debet perquamque *minutis*. V, 239: Principio quoniam terrai corpus et umor aurarumque leves animae calidique vapores, e quibus haec rerum consistere summa videtur, omnia *natura* ac *mortali corpore constant*, debet *eadem*

omnis mundi natura putari. Sic recte Gifanius pro *eadem*, h. e. debet *eodem* nativo ac mortali corpore consistere putari. V, 321. II, 1120. V, 65: *mortali consistere corpore* mundum. I, 222: quae res diverberet *ictu*. v. 236: *inmortali* sunt *natura praedita* certe. v. 581: at quoniam *fragili natura praedita* constant. II, 972: haut igitur debent esse *ullo praedita sensu*. II, 181. V, 199. III, 332: inter se fiunt *consorti praedita vita*. Sic Marullus pro *vitae*. V, 144: divino praedita sensu. VI, 739: *quali natura praedita* constant. I, 240: inter se *nexu* minus aut magis indupedita. 249. 253: *fetu*que gravantur. v. 255 sq.: hinc laetas urbes *pueris* florere videmus, frondiferasque *novis avibus* canere undique silvas. V, 1442: Iam mare *relictis* florebat *puppibus*. I, 257: hinc fessae pecudes *pingui* per pabula laeta corpora deponunt. v. 264: *morte* adiuta *aliena*. v. 268: quod nequeunt *oculis* rerum primordia cerni. v. 274: inter dum rapido percurrens turbine campos *arboribus magnis* sternit. v. 275: *silvifragis* vexat *flabris*. v. 276: saevitque *minaci murmure* ventus. v. 279: *subito* vexantia *turbine* raptant. v. 286: *magno* turbidus *imbri* (amnis). v. 301: usurpare *oculis*. v. 308: quo pacto fugerit *aestu*. v. 315: volgi *pedibus* detrita. v. 318: ostendunt adtenuari saepe salutantun. *tactu*. v. 325: *aevo macie*que senescunt. v. 326: *resco sale* saxa peresa. v. 328: *corporibus caecis* - natura gerit res. v. 329 sq.: Nec tamen — *corporea* stipata teruntur omnia *natura*. v. 349: *uberibus* flent omnia *guttis*. v. 359: praestare — pondere. v. 405: *naribus* inveniunt intectas *fronde* quietes. v. 449 sq.: his coniuncta duabus rebus. II, 743: esse — *nullo coniuncta colore*. v. 1004: *aliis* aliud *coniungit*. IV, 493: quae cumque *coloribu'* sint *coniuncta*. V, 562 sq: ubi est *coniuncta grari cum corpore*, ut aër *coniunctus terris* et *nobis* est animi vis? v. 853: feminaque ut *maribus coniungi* possit avere. v. 1012: mulier *coniuncta viro*. Verbum simplex *iungere* autem a Lucretio coniungitur cum dativo, excepto hoc uno loco: VI, 1069: *glutine* materies *taurino iungitur uno*. I, 528: haec neque dissolvi *plagis* extrinsecus icta possunt cett. II, 327: *clamore*que montes icti reiectant voces. IV, 1050: unde icimur *ictu*. VI, 514: solis super icta *calore*. Lachm.: „Sic antiquissimi correctores pro *calorem*. *Super* non est desuper, sed insuper, praeterea." I, 555 Lachm. scribit *summa* pro *summum* et explicat: universo vivendi actu. v. 574: sunt igitur *solida* pollentia *simplicitate*.

v. 575. 580: quae non dum cluent *ullo* temptata *periclo*. v. 700: quid nobis certius ipsis sensibus esse potest, *qui* vera ac falsa notemus? v. 1082: medii *cuppedine* victae. 1085: et quasi *terreno* quae *corpore* continentur. v. 1089: atque ideo totum circum tremere aethera *signis*. v. 1114: *parva* perdoctus *opella*. II, 8: edita *doctrina* sapientum templa serena. v. 11. v. 12: noctes atque dies niti *praestante labore* ad summas emergere opes. v. 42 sq. v. 309: *proprio* dat *corpore* motus. v. 319: herbae gemmantes *rore* recentes. v. 326: *aere* renidescit tellus. 330 tramittunt *calido* quatientes *impete* campos. v. 356: *pedibus* vestigia pres a *bisulcis*. v. 357: omnia visens *oculis* loca. v. 360: *desiderio* perfixa iuvenci. v. 401: *fando* pertorquent ora *sapore*. v. 501 sqq.: purpura *Thessalico* concharum tacta *colore*, aurea, pavonem *ridenti* imitata *lepore* saecla, *nec* rerum superata *colore* iacerent. v. 521: *ancipiti* quoniam *numero* utrimque notantur, hinc *flammis* illinc *rigidis infixta pruinis*. Sic etiam V, 760 loca *flammis infixta*. II, 593: *crimbis* vero furit *ignibus* impetus Aetnae. v. 734: *quo* sunt inbuta *colore*. v. 736: quod materiai corpora *consimili* sint eius tincta *colore*. v. 808: qui quoniam *quodam* gignuntur luminis *ictu*. v. 821: cur ea quae constant ex illis non pariter sunt - *pectora coloribus*. III, 39: omnia *suffundens* mortis *nigrore*. v. 304: *suffundens* caecae caliginis *umbra*, ad q. l. Lachm.: „umbram umbrasve accusandi casu scribi non debuit: ablativum supra firmavimus ad versum 39.“ V, 482: et *salso suffudit gurgite* fossas. Sic oblongus a correctore pro *et salsos effudit*. VI, 479: *suffunduntque seu* caelum *caligine*. II, 919: *caeca concilio*que nil facient. v. 964: corpora *ei quadam* — sollicitata. v. 967: scire licet *nullo* primordia posse *dolore* temptari. v. 1041 sq. magis *acri iudicio* perpendo. v. 1055: *aeterno* •pereita *motu*. III, 151: *nulla aevitate* cietur. IV, 1215: Veneris *stimulis* excita. II, 1058: *natura* factus. 1114: *terreno corpore* terra crescit. v. 1122: nam quae cumque vides *hilaro* grandescere *adaucto*. III, 19 nec nubila *nimbis* aspergunt. v. 20: nix *aeri* concreta *pruina*. v. 28 sq. *his* ibi me *rebus* quaedam divina voluptas percipit — , quod sic natura *tua ri* — refecta est. 71: caedem *caede* accumulantes. VI, 1237: *cumulabat funere* funus. III, 159: quae cum animi *ei percussast* cett. V, 705: Luna potest solis *radiis percussa* nitere. III, 188: *momine* uti *parvo* possint impulsa moveri. 189: namque movetur

aqua et *tantillo momine* flutat. v. 233 mixta vapore (dat. 234). 842: si non terra *mari miscebitur* et mare *caelo*. VI, 941 *mixtum* corpus *inani*. VI, 1072 sq.: vitigeni latices aquäi *fontibus* audent *misceri*. III, 351: animam — *permixtam corpore toto*. IV, 1247: aegre *admiscetur muliebri semine* semen. ib. v. 1258: usque adeo refert, ut semina possint *seminibus commisceri* genitaliter apta. V, 502 sqq.: nec liquidum corpus *turbantibus* aëris *auris commiscet*. sinit hic *violentis* omnia verti *turbinibus*, sinit *incertis* turbare *procellis*. VI, 1159 *gemitu commixta* querella. III, 431: Quod genus est, *somnis sopiti* ubi cernimus (vulg. in somnis). Lachm.: „Lucretius alibi dixit sopitum quiete, leto, castoreo." Sic v. 1038 est: quorum unus Homerus sceptra potitus *eadem* aliis *sopitu' quietest*. v. 487: *vi* morbi — coactus. v. 488: fulminis *ictu* concidit. v. 525: *ancipiti*que *refutatu* convincere falsum. v. 648: *corpore reliciio* pugnam caedesque petessit. v. 663: *ardenti — morsu* — icta. 692: uti dentes quoque *sensu participentur*. v. 732: sollicitae volitant *morbis alguque fameque*. v. 734: *contagi* (sic Goebel. mus. Rhen. XV, 406) *fungitur* eius. v. 987: quam libet *immani proiectu* corporis exstet. v. 1031 pedibus. IV, 189: *suppeditatur* enim confestim *lumine* lumen. v. 419: ut prope *miraclo* sub terras abdita caeli nubila dispicere — videare. Sic Lachmannus. v. 630: nec refert quicquam *quo victu corpus alatur*. v. 1260: atque in eo refert *quo victu vita colatur*. v. 962: Et *quo* quisque fere *studio* devinctus adhaeret. v. 1011: porro hominum mentes, *magnis* qui *mentibus* edunt magna, itidem saepe in somnis faciuntque geruntque. v. 1045: inritata tument loca *semine*. v. 1048: mens unde est saucia *amore*. v. 1070 sq.: si non prima *novis* conturbes volnera *plagis volgivaga*que vagus *Venere* ante recentia cures. v. 1077: fluctuat *incertis erroribus* ardor amantum. v. 1090: tam magis ardescit *dira cupidine* pectus. v. 1103: nec *manibus* quicquam teneris abradere membris possunt. v. 1114: membra voluptatis dum *vi* liquefacta liquescunt. v. 1120: tabescunt *volnere caeco*. v. 1121: pereuntque *labore*. v. 1127: *auro* includuntur. v. 1143: prendere quae possis oculorum *lumine operto*. v. 1153: nam faciunt homines plerumque *cupidine* caeci. v. 1158: quoniam *foedo* adflictentur *amore*. v. 1167: rhadine verost iam mortua *tussi*. v. 1175: se suffit *odoribus* ipsa. v. 1178 sq.: *floribus* et *sertis* operit postisque superbos unguit *amaracino*. v. 1209: vim vicit *subita vi*. v. 1236 sqq.: *multo*

sanguine maesti conspergunt aras adolentque altaria *donis*, ut gravidas reddant uxores *semine largo*. v. 1253: *partu* — ditescere *dulci*. v. 1256: *gnatis* munire senectam. v. 1261: namque *aliis rebus* conrescunt semina membris, atque *aliis* extenvantur tabentque vicissim. v. 1270: *clunibus* ipsa viri Venerem si laeta retractat. v. 1278: Nec divinitus inter dum Venerisque *sagittis* deteriore fit ut forma mulierecula ametur. v. 1280 sq.: nam facit ipsa *suis* inter dum femina *factis* *mariqueris*que *modis* et munde *corpore culto* cett. v. 1284: quod *crebro* tunditur *ictu*. V, 5: qui talia nobis *pectore* parta *suo* quaesitaque praemia liquit? v. 50: expulerit *dictis*, non *armis*. v. 121: immortalia *mortali sermone* notantes. v. 210: vertentes *remere* glebas. v. 233: *quis* sua tutentur. v. 267: *radiis*que retexens aetherius sol. v. 283: *suppeditat*que *noro* confestim *lumine* lumen. v. 514: *quo* volvenda micant aeterni sidera mundi. Secundum eum locum, quem huic versui assignat Lachmannus, *quo* non est particula loci, sed ablativus instrumenti. v. 779: *claro* loca candida *luce*. v. 892 sq.: aut *rabidis canibus* succinctas semimarinis corporibus Scyllas. v. 897: nec *simili Venere* ardescunt. v. 899. v. 1094: multa videmus enim *caelestibus inlita flammis*. Sic Lachm. pro *insita*, i. e. adspersa et contacta. v. 1145: genus humanum. defessum *ri* colere aevom. v. 1260: *simili* formata videbant esse *figura*. v. 1295: et *ferro* coepere solum proscindere terrae. v. 1323: iactabantque suos tauri *pedibus*que terebant. v. 1457: *artibus* ad summum donec venere cacumen. VI, 18: omniaque illius *citio* corrumpier intus. v. 153: *turbine* ventorum comburens impete magno. v. 161: excussere *suo concursu*. v. 418: discutit *infesto* *fulmine* sedes. v. 420: demit imaginibus *violato colore* honorem. v. 548: et merito, quoniam plaustri concussa tremescunt tecta. viam propter, non *magno pondere* tota. v. 554: ut iactetur aquae *fluctu* quoque terra vacillans. v. 559: urget obnixus *magnis* speluncas *ciribus* altas. v. 624: tum porro venti quoque magnam tollere partem umoris possunt verrentes aequora. *ventis* una nocte vias quoniam persaepe videmus siccari. Sic Lachm. pro *venti*. v. 740: quod Averni vocantur *nomine*. v. 755: sed natura loci *ri* ibus officit ipsa *suapte*. Sic Lachm. pro s. u. loci opus efficit ipsa s. v. 874: praeterea solis *radiis* iactatur aquai umor. v. 1020: quippe agitantur enim *plagis*. v 1064: impellant ut eam Magnesia *flumine* saxa. Sic Itali et Brixiensis

editio pro *flumina*. v. 1150: debilitate *malis*. Quadratus *magis*, apud Macrobium *molis*. v. 1172: ardentia *morbo* membra. v. 1189: (sputa) per fauces raucas vix edita *tussi*. Sic Marullus pro *tusse*. v. 1209: vivebant *ferro* privati parte virili. v. 1240: poenibat paulo post *turpi morte malaque* — incuria. — I, 80: ne *forte* rearis. v. 267. v. 391: quod si *forte* cett. II, 630: inter se *forte* quod *armis* ludunt. Lachm.: „v. *forte* poëta significat eos non semper armis ludere, sed interdum, si quando libuerit." v. 1059. III, 1089. IV, 1209. V, 305 *ne* credas *forte*. v. 890. 1091 ne forte. VI, 1119: proinde ubi se caelum quod nobis *forte* alienum commovet cett. II, 656 Bacchi *nomine abuti*. III, 562 sensibus uti. V, 953 sq. uti pellibus. v. 958 sq.: neque *ullis moribus* inter se scibant nec *legibus uti*. v. 1046 *rocibus usi* inter se *fuerant*. v. 1144 ut vellent *legibus uti*. II, 863: fundamenta, *quibus nitatur* summa salutis. IV, 506 fundamenta *quibus nixatur* vita salusque. III, 200: mobilitate fruuntur. v. 559 *vita*que *fruantur*. IV, 1005: cum membris conlatis *flore fruuntur* aetatis. VI, 856: cum superum lumen *tanto fervore fruatur*. III, 968: vita perfuncta. V, 857 vesci vitalibus auris.

β) *Ablativus causae*. I, 91: *aspectu*que *suo* lacrimas effundere civis. v. 92 muta *metu*. v. 172: hac re, sq. quod. v. 225: quae cumque *vetustate* amovet aetas. v. 296: *factis* et *moribus* aemula magnis omnibus inveniuntur. III, 47: hinc licet advertas animum magis omnia laudis iactari *causa*. IV, 851: haec igitur possunt utendi cognita *causa* credier. v. 1274: sua causa. III, 340 ea causa. V, 167. IV, 1192: Nec mulier semper *ficto* suspirat *amore*. v. 1240 sq.: steriles nimium *crasso* sunt *semine* partim, et *liquido* praeter iustum *tenui*que vicissim. V, 116: ne forte rearis terras et solem — *corpore divino* debere aeterna manere. v. 1185: nec poterant *quibus* id fieret cognoscere *causis*. VI, 761: et *quibus* effiant *causis* apparet origo. Sic Lachm. pro et quibus e fiant causis. v. 1200: quorum siquis vix vitarat funera leti, *ulceribus tetris* et *nigra proturie* alvi posterius tamen hunc tabes letumque manebat. Huc pertinet etiam *quare*, quod relativum est I, 78. 295. II, 308. 377. III, 576. 758. IV, 1207. V, 873 *Quare* pateremur. v. 907; interrogativum II, 389: quare? Etiam pronominis ablativus *hoc* causali usurpatur significatione, ut docuit Handius Tursell. III, p. 92 sq., qui affert haec exempla ex Lucretio:

IV, 658: *hoc* ubi quod suave est aliis aliis fit amarum, illi cui suave est, levissima corpora debent contractabiliter caulas intrare palati. v. 553. 622. Componuntur causae particulae *quoniam* — *hoc*. IV, 1093: quae *quoniam* certas possunt obsidere partis, *hoc* facile expletur laticum frugumque cupido.

γ) Cognatus est ablativus *limitationis*, qui exprimit ratione alicuius rei habita aliquid dici posse, ita ut ponatur pro *quod attinet ad* sive *secundum* sequente accusativo. II, 175: *omnibu' rebus* magno opere a vera lapsi ratione videntur. VI, 909: Magnetum quia fit patriis in finibus *ortu*. Sic Lachm. pro *ortus*. Impressi *quia sit*, parum Latine. IV, 709 acria visu. v. 728 tenvia textu. V, 273: qui *corpore toto* — mutatur. I, 432: quod quasi tertia sit *numero* natura reperta. VI, 414: at saepest *numero* factum. Huc pertinet etiam supinum in *u* exiens pendens ab adiectivis. IV, 889: et *facilest factu*. Sic in quadrato erasa lineola pro *factum*, itaque Antonius Marii. VI, 778: aspera tractu. Sic Pollius Phil. XXVI, p. 536 pro eo, quod in codd. est, *tactu*. v. 1150: aspera tactu. Sic corrector oblongi et Macrobius pro *tacta*.

c) Ad abl. *habitus* pertinent abl. *modi* et *qualitatis*.

α) Abl. *modi*. II, 1059 sponte sua, item V, 212 et 961. II, 1092: sua — sponte. — I, 123: quaedam simulacra *modis* pallentia *miris*. v. 155: et *quo* quaeque *modo* fiant. v. 341: multa *modis multis varia ratione* moveri cernimus. II, 941: modo vitali (sic recte Goebel. qu. Lucr. p. 15). III, 769 *quove modo*, item V, 71. IV, 165 modis multis. v. 907: Nunc *quibus* ille *modis* somnus per membra quietem inriget cett. v. 1181. 1220 modis — multis. v. 1263: et *quibus* ipsa *modis* tractetur blanda voluptas. V, 67 et 73: quibus — modis. v. 187: multa *modis multis* primordia rerum. Eadem verba leguntur v. 422. VI, 680 modis quibus. I, 77: finita potestas denique cuique *qua* nam sit *ratione*. v. 108 aliqua ratione. v. 129: *qua* fiant *ratione*. v. 154 nulla ratione. v. 280 nec *ratione* fluunt *alia*. v. 310 nulla ratione. v. 335 et 344 nulla ratione. v. 357 ulla — ratione. v. 395 tali ratione. v. 513: nec res ulla potest *vera ratione* probari corpore inane suo celare cett. v. 530: ratione — alia. v. 549: nec *ratione* queunt *alia* — res reparare. v. 593 aliqua — ratione. v. 596. v. 665: aliqua — ratione (sic Pollius Philol. XXV, 271). v. 918: hac ratione.

v. 1041: dissolvi simul ac defecit suppeditare materies *aliqua ratione* aversa. Lachm. confert V, 413: Inde ubi vis *aliqua ratione* aversa recessit. I, 1061 adsimili ratione, item II, 493 et IV, 425. II, 807 consimili — ratione. III, 74 consimili ratione, item v. 282 et VI, 1131. II, 377 simili ratione, item II, 1073. III, 572. V, 910. I, 1073 quavis — ratione. v. 1081 tali ratione. II, 349 ratione alia, item III, 627. V, 292. II, 374 parili ratione. III, 182 adeo — *celeri ratione*. IV, 143: quam *facili* et *celeri ratione* genantur. (Oblongus *quam facile*, quadratus *quam facili*). v. 191 pari ratione. v. 665: alia ratione aliqua. v. 1197: nec *ratione alia* cett. V, 409: inde cadunt vires *aliqua ratione* revictae. v. 1052 et 1054: ratione ulla. v. 1117 vera — ratione. VI, 59 qua ratione. v. 90 nulla ratione. IV, 1264 sq.: *more* ferarum quadrupedumque magis *ritu* plerumque putantur concipere uxores. VI, 1279: nec *mos* ille sepulturae remanebat in urbe, *quo* pius hic populus semper consuerat humari. I, 1102: volucri ritu. I, 84 quo pacto, item v. 307 et 308. II, 801. VI, 239. 495. 1054. I, 789: quod facere haud *ullo* debent primordia *pacto*. v. 942: *tali pacto* recreata valescat, ad q. l. v. Lachm. cf. IV, 17 tali pacto. I, 1035 nullo — pacto. III, 110 non *alio pacto*. I, 107 et merito. V, 795 merito, item v. 822 et VI, 548. I, 637 magno opere. VI, 1230: Illud in his rebus miserandum *magnopere* unum aerumnabile erat. III, 185: quod mobile *tanto operest*. V, 30: *tanto opere* officerent. v. 30 tanto opere. IV, 1186 summo opere. I, 168 *qui* interrogativum, item II, 916: *qui* poterunt — dici. II, 252 ordine certo. I, 524 et 1066 alternis. v. 767: *alternis* gignuntur. III, 373. IV, 790. I, 41: nam neque nos agere hoc — tempore — possumus *aequo animo*. v. 273: inter dum *rapido* percurrens *turbine* campos. v. 288: dat *sonitu magno* stragem. IV, 416: despectum praebet sub terras *impete tanto*. VI, 153: turbine ventorum comburens *impete magno*. V, 271: inde super terras fluit *agmine dulci*.

Pertinent huc etiam omnia ea adverbia, quae ablativi aut formam et significationem aut significationem certe habent.

Ingratis III, 1069: at quom, scilicet, ut fit, effugere haut potis est, *ingratis* haeret et odit (sic recte Lambinus pro *ingratius*). V, 14: At nisi purgatumst pectus, quae proelia nobis atque pericula tumst *ingratis* insinuandum. VI, 15 ad q. l. Lachm.: „In

hoc versu Pium et Wakefieldum *ingratis* fefellit, quod est *invitos*." *Multimodis* I, 895. III, 115. 620. v. 856: tum motus materiai *multimodis* quam sint. L.: „Sic unus Wakefieldi codex, scilicet ex emendatione docti Itali, recte. nam *multimodus* adiectivum lingua Latina non agnoscit. ita in IV, 1155 *multimodis* — esse in deliciis." IV, 644. V, 1406. VI, 997. *Omnimodis* I, 683. II, 489. 700. III, 406. V, 190. 425. 718. 1024. *Ne quiquam* frequentissimum est apud Lucretium, sic II, 1148 (oblongus necquiquam, quadratus Necquicquam, quadratus in IV, 1110 Necquiquam et in eodem 1239 Nequicquam). Adde IV, 464: quae violare fidem quasi sensibus omnia possunt, *ne quiquam*, quoniam pars horum maxima fallit. 1133. 1188. V, 1332 et cf. Hand. Tursell. IV, p. 171. *Vero* IV, 986: non homines solum *sed vero* animalia cuncta. In coniunctionis vim et significationem se convertit III, 955. v. 1011 (iam *vero*). 1045. IV, 381. 1094. 1167: rhadine *verost* iam mortua tussi. V, 179: qui numquam *vero* vitae gustavit amorem. VI, 366 cum plagast addita *vero*. v. 1168: intima pars hominum *vero* flagrabat ad ossa.

Alte I, 77 *alte* terminus haerens. II, 195 emicat exultans *alte*. 197: nam quo magis ursimus *alte* deiecta. III, 431: quod genus est, somnis sopiti ubi cernimus *alte* exalare vaporem altaria (sic Lachm. pro *alta*). IV, 404. 1182: et meditata diu cadat *alte* sumpta querella. V, 610, ad q. l. Lachm.: „*alte* est ex alto, penitus, ut in II, 446 alte compacta". VI, 157. v. 185: hoc densis fit nubibus et simul *alte* extructis aliis alias super impete miro. Sic Marullus pro *alti*. v. 246: *alte* — extructis. — *almoderate* II, 169 (sic Gronovius). *Certe* I, 236: inmortali sunt natura praedita *certe*. v. 1021. II, 1128. IV, 270. 1075. Pro *certo* positum (Hand. Tursell. II, p. 17) IV, 760: simulacra lacessunt haec eadem nostros animos quae cum vigilamus, usque adeo, *certe* ut videamur cernere eum quem iam mors et terra potitast. *Consequë* V, 679 Lachm. — IV, 36: quae nos *horrifice* languentis saepe sopore excierunt (*horrifico* antiquus corrector quadrati). I, 73: processit *longe*. 504. 711: magno opere a vero *longe derrasse* videtur, ad q. l. affert Lachm. II, 229 Avius a vera *longe* ratione *recedit*, et III, 676 Non. ut opinor, id a leto iam *longiter errat*. (Sic Nonius p. 515, 15 pro *longius*, hinc primus Lambinus). II, 645: *longe* sunt tamen a vera ratione repulsa.

v. 312: *longe* nostris ab sensibus — iacet. v. 321. 324: quam *longe* distantia. v. 783: dissimiles *longe*. V, 1065: *longe* alio sonitu. III, 789: *longiter* esse (sic Lachm. pro *longius*). Eodem modo V, 133: neque a nervis et sanguine *longiter* esse. IV, 1176: quam famulae *longe* fugitant. I, 1052: *longe* fuge credere. V, 68: quae nisi respuis ex animo *longe*que remittis. V, 579 *longe* semota. VI, 149: ubi in gelidum *propere* demersimus imbrem. Sic egregie Marullus pro *propter*. v. 842: *propere* dimittit in auras. Sic Marullus, item impressi omnes pro *proprie*. I, 294: *rapide*que rotanti turbine portant. Sic Lachm. pro *rapidique*. V, 1002 temere. VI, 319 nec temere. v. 1219 nec — temere = nec facile. IV, 329 torte. IV, 271: quae *vere* transpiciuntur. v. 278. VI, 971: effluat ambrosiae quasi *vere* et nectari' linctus. Sic Lachm. pro effluat ambrosias quasi vero et nectare tinctus, dicens: „primum *quasi vero* in orationis membro aliunde suspenso locum non habet: iuvat eo usque quasi recte dicitur, iuvat eo usque quasi vero non item. — neque magis coniungere possumus vero et nectare, quia Lucretius *et* coniunctionem alteri voci non postponit. ergo ante omnia scribendum est Effluat quasi VERE". *Singillatim* II, 153. IV, 89. *mixtim* I, 866. III, 566: quia per venas et viscera *mixtim* — tenentur (sic olim impressi pro *mixti*). *Passim* I, 823. 1006. II, 9. V, 805: tum tibi terra dedit *passim* mortalia saecla. Sic Lachm. pro *primum*. VI, 243. 1267. *Raptim* I, 662. 1106. IV, 423. VI, 851: fervescere *raptim*. Sic Lambinus rectissime pro *partim*. — *Ita* I, 14. 35. 151. 275. 286. v. 539: *ita uti* docui. v. 1117: *ita* res accendent lumina rebus. II, 585 sqq.: et quod cumque magis vis multas possidet in se atque potestates, *ita* plurima principiorum in sese genera ac varias docet esse figuras. v. 780 sqq. *ut* in quadrato cernimus esse dissimiles formas, *ita* cernere in aequore ponti colores. v. 1126: non *ita* sunt late dispersa. v. 1137: *ita* haec species miranda fuisset. III, 154: sudoresque *ita* existere toto corpore. v. 620: atque *ita* multimodis perfectis artubus. IV, 324 fiet *ita* Lachmannus. v. 708: non *ita* conveniunt. v. 1147: nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, non *ita* difficile est quam captum retibus ipsis exire. V, 606: opportunus *ita* est si forte et idoneus aër. VI, 131. 499. 1263. — *Item* I, 266: neque *item* genitas ad nil revocari. v. 394. 534 neque *item*. 870. II, 576: nunc hic nunc illic superant vitalia

rerum, et superantur *item*. IV, 60. 858. 870. V, 1257. 1284: et item. 1418. VI, 143. 214. 502: sudor *item*. Sic Itali et impressi pro *idem*. 537 item ut. 944: manat *item* nobis e toto corpore sudor. 1057. 1253. Coniungitur *item* etiam cum *quoque* (Hand. Tursell. III, 522 sq.). V, 751: Solis *item quoque* defectus lunaeque latebras pluribus e causis fieri tibi posse putandum est. Adde v. 245: scire licet caeli *quoque item* terraeque fuisse principale aliquod tempus clademque futuram. *Itidem* II, 874. 923. III, 10 sqq.: tuisque ex, inclute, chartis, floriferis *ut* apes in saltibus omnia libant, omnia nos *itidem* depascimur aurea dicta. I, 69 eo *magis*. v. 240: minus aut *magis* indupedita. 612. 639: clarus ob obscuram linguam *magis* inter inanis. v. 1063. II, 814 *magis* apta. IV, 253. 267. v. 1225: nilo *magis*. 1230. 1249 sq.: atque alias alii complent *magis*, ex aliisque succipiunt aliae pondus *magis*. 1265. V, 155. 1279. VI, 1025: simul a fronte est anelli rarior aër factus inanitusque locus *magis* ac vacuatus. v. 1262: quo *magis* astu confertos ita acervatim mors accumulabat. Lambinus quo mage eos tum. Si duae res inter se comparantur, in utroque membro enunciationis positum invenitur *magis*. Sic I, 536 sq.: et *quo* quaeque *magis* cohibet res intus inane, *tam magis* his rebus penitus temptata labascit. II, 197 sqq.: nam *quo magis* ursimus alte, — *tam* cupide sursum revomit *magis* atque remittit. VI, 460: fit quoque uti montis vicina cacumina caelo *quam* sint *quoque magis*, *tanto magis* edita fument. — *Nimis* I, 847. III, 303: nec *nimis* irai fax umquam subdita percit fumida. Ita Itali perite pro *minus*. — *Perinde* IV, 262 sq.: fierique *perinde* videmus corpore tum plagas in nostro *tam quam* aliquae res verberet. V, 46: quantae tum scindunt hominem cuppedinis acres sollicitum curae, quantique *perinde* timores! *Proinde* in comparatione duarum rerum coniungitur cum *ac*, *quasi* aut praegresso *ut*. III, 1035: *proinde ac* famul infimus esset. v. 1053 *proinde ac* sentire videntur. IV, 646 - 648: *ut* sunt dissimiles extrinsecus et generatim extima membrorum circum caesura coercet, *proinde* ex seminibus constant variante figura. v. 655 sqq.: figurarum ratio *ut* motusque reposcunt, *proinde* foraminibus debent differre figurae, et variare viae *proinde ac* textura coërcet. v. 812 *proinde* esse *quasi*. v. 1004: *proinde quasi* ignotas facies atque ora tuantur. V, 729 *proinde quasi* id fieri nequeat quod pugnat uterque. Particula

conclusionis est I, 672. II, 755. III, 870. 1090. IV, 386. 499. 803. V, 573. 1041. 1129. VI, 601. 620. 1119. *Sic* I, 290. 375. v. 407 praegresso *ut*. II, 56. III, 88. 703—705 ut — sic. VI, 35. III, 29: quod *sic* natura tua vi tam manifesta patens ex omni parte retecta est. V, 467. 1341: *sic* fuit ut facerent. Sic Marullus pro si fuit ut facerent. v. 1416: *sic* illa relicta strata cubilia sunt. VI, 31: quod *sic* natura parasset. v. 818: *Sic* ea Averna loca alitibus summittere debent mortiferam vim. Sic Lachm. pro *sic et*, dicens: „*et* particulam hic ferri non posse satis supra, nisi fallor, evici. et ne dixit quidem alibi Lucretius Sic etiam, sed simpliciter, ambiguitatem non vitans, Sic hominum genus est in III, 307, et in hoc libro (VI) paulo post 895 Sic per eum fontem". II, 536: *sicut* quadripedum cum primis esse videmus in genere anguimanus elephantos, v. Lachm. v. 847. III, 816: *Sic uti* summarum summast. — *Ut* I, 117. v. 189: *ut* par est semine certo crescere. v. 197. 404. 1060. II, 272: nec similest *ut* cum impulsi procedimus ictu. 778. 1059: offensando *ut* semina rerum, h. e. quem admodum (inseruit Lachmannus). III, 11: *ut* apes in saltibus omnia libant. v. 458: crescere et *ut* docui simul aevo fessa fatisci. v. 488: *ut* fulminis ictu. 857 in *eodem, ut* nunc sunt, ordine posta. IV, 655: namque figurarum ratio *ut* motusque reposcunt cett. Ita oblongus et Antonius Florentinus: quadratus et olim impressi non habent *ut*. v. 928: unde reconflari sensus per membra repente posset. *ut* ex igni caeco consurgere flamma? v. 993: *ut* vestigia si teneant inventa ferarum. v. 1207: quare etiam atque etiam, *ut* dico, est communi' voluptas. *ut* omissum apud Marium Victorinum p. 2472. — v. 1212. V, 6: nemo, *ut* opinor, erit mortali corpore cretus. v. 7: nam si, *ut* ipsa petit maiestas cognita rerum cett. v. 39: *ut* opinor. 788. 827. v. 1084: cornicum *ut* saecla vetusta. Sic Naugerius pro *et*. VI, 109. v. 369: tempus *ut* est vernum. Sic Lachm. pro *id*, h. e. quale vernum tempus est. ita in II, 465 Sudor *uti* maris est. in III, 809 *ut* materiai corpora sunt. VI, 496. 501. v. 594: frigus *uti* nostros penitus cum venit in artus etc. Sic corrector quadrati et Marullus pro *ut in* nostros. v. 1121: *ut* nebula ac nubes paulatim repit. v. 1167: (posses tueri) rubere corpus, *ut* est per membra sacer dum diditur ignis. v. 1169: flagrabat stomacho flamma *ut* fornacibus intus. v. 1232: Illud — aerumnabile erat.

quod ubi se quisque videbat implicitum morbo, morti damnatus *ut* esset, deficiens animo — iacebat. Lachm.: „Aptius, nisi fallor, morti damnatu' quasi esset: falsum enim nullum morbo correptum sanatum esse. *ut* pro *ut si* quam recte dicatur ignoro". I, 291: vel uti. I, 936 = IV, 11. I, 1038. II, 55 sq.: vel uti — sic. II, 118 vel ut. v. 322: omnia quae nobis longe confusa videntur et *vel ut* in viridi candor consistere colli. III, 447 sq. *vel ut* sequitur *sic*, item v. 832 et 838.

3) Abl. qualitatis. I, 65: *horribili* super *aspectu* mortalibus instans. v. 118: *perenni fronde* coronam. v. 164. armenta atque aliae pecudes, genus omne ferarum *incerto partu* culta ac deserta tenerent. v. 232: *mortali corpore* quae sunt. v. 242: quippe, ubi nulla forent *aeterno corpore*. v. 246: *incolumi* remanerent res *corpore*. v. 297: *aperto corpore* qui sunt. v. 488: etsi difficile esse videtur credere quicquam in rebus *solido* reperiri *corpore* posse. III, 177: tibi nunc animus *quali* sit *corpore* — pergam rationem reddere. V, 33: *immani corpore* serpens. v. 241: quippe etenim, quorum partis et membra videmus *corpore nativo* ac *mortalibus* esse *figuris*. v. 1302: boves lucas *turrito corpore*. VI, 102. 361: neque sunt tam *denso corpore* nubes. v. 936: quam *raro corpore* sint res. v. 1035: quandoquidem *raro* sunt *corpore*. I, 260: nova proles *artubus infirmis*. v. 359: rebus nilo *maiore figura*. v. 548: sunt igitur *solida* primordia *simplicitate*. II, 157: at quae sunt *solida* primordia *simplicitate*. v. 134: ea quae *parvo* sunt corpora *conciliatu*. v. 765: *marmoreo* fieri possint *candore* repente. v. 779: quiddam quadratum *una*que *figura*. IV, 648: proinde ex seminibus constant *variante figura*. Sic Lachm. pro: Proinde et seminibus constant variantque figura. II, 787: quo minus esse *uno* possit res tota *nitore*. v. 909: nempe tamen debent aut sensum partis habere aut *simili* totis animalibus esse putari. scil. sensu. *(similis* oblongus et olim impressi: quadratus et Antonius Marii *similes)*. v. 1032: *praeclara luce* nitorem. v. 1054: seminaque *innumero numero* summaque *profunda* — volitent. v. 1086: non esse unica, sed *numero* magis *innumerali*. III, 779: expectare immortalis mortalia membra *innumero numero*. v. 897: *factis florentibus* esse. IV, 426: porticus *aequali* quamvis est denique *ductu*. v. 480 sqq.: nam *maiore fide* debet reperirier illud sponte sua veris quod possit vincere falsa: quid *maiore fide* porro quam sensus haberi debet?

v. 771 sq.: *alio*que est altera nata inde *statu*. v. 855: *quo genere* in primis sensus et membra videmus. V, 59: *quo genere* in primis animi natura reperta est. IV, 1053 puer *membris muliebribus*. v. 1171: sed tamen esto iam *quanto* vis oris *honore*. V, 1277: fit *nullo* denique *honore*. v. 1280: *miro* est mortalis inter *honore*. IV, 1190 si *bello animo*st. v. 1279: *deteriore* fit ut *forma* muliercula ametur. V, 540: ut sua cuique homini *nullo* sunt *pondere* membra. v. 819 *magnis viribus* auras. v. 838. v. 941: et quae nunc hiberno tempore cernis arbita *puniceo* fieri matura *colore*. v. 1170 sq. facies — *mirando* corporis *auctu*. VI, 2: *praeclaro nomine* Athenae. v. 100. v. 958: quandoquidem nil est nisi *raro* corpori' *nexu*. Sic Lachm. pro nihil est nisi raro corpore nexum, dicens: „Haec absurda sunt: nullum est enim rarum corpus quo res inter se coniungantur. immo res ipsae raro corpore sunt, sive, quod idem est, raro corpori' nexu."

C. Accusativus.

I. Accusativus quantitatis.

1) *Acc. quantitatis extensivae.* Acc. loci sine praep. *in* positus invenitur VI, 742: e regione *ea* quod *loca* cum venere volantes. Dure dictum est IV, 147 sq.: sed ubi *aspera saxa* aut *in materiem* ligni pervenit. Acc. loci porro ponit Lucretius post verbum *insinuare*. I, 116: an *pecudes alias* divinitus *insinuet* se (cf. v. 113: an contra *nascentibus insinuetur*). IV, 1030: tum quibus aetatis *freta* primitus *insinuatur* semen. V, 73: et quibus ille modis divom metus *insinuarit pectora*. Deinde acc. loci est *pessum*. VI, 589: et multae per mare *pessum* subsedere suis pariter cum civibus urbes. Deinde *sublime*. II, 206: nocturnasque faces caeli, *sublime* volantis. IV, 135 sublime feruntur. VI, 97: *sublime* volantes aetheriae nubes. Sequitur accusativus distantiae. I, 410: *paulumve recesseris* ab re. IV, 244: *quantum* quaeque ab nobis res *absit*. v. 408 sq.: vix *absunt* nobis *missus bis mille* sagittae, vix etiam *cursus quingentos* saepe veruti. v. 414: at conlectus aquae *digitum* non *altior unum*. Accusativus temporis est in his exemplis. I, 142 *noctes* vigilare *serenas*. v. 582 discrepat *aeternum tempus* potuisse manere. v. 905. 1016: *exiguum* possent horai sistere *tempus*. III, 606: sed *minimum quodvis* nequeat consistere *tempus*.

v. 399 temporis *exiguam partem*. II, 12 = III, 62 *noctes* atque *dies* niti. IV, 973 dies multos. III, 986 perpetuam aetatem. VI, 236 aetatem. IV, 1116: parva fit ardoris violenti pausa *parumper*.

Cognatus est accusativus, qui dicitur, graecus, cuius exempla haec sunt: I, 13: perculsae *corda* tua vi. v. 261: ludit lacte mero *mentes* perculsa *novellas*. III, 64: non *minimam partem* mortis formidine aluntur. VI, 1259: nec *minimam partem* ex agris maeroris in urbem confluxit labes. v. 1249 bonam partem. III, 489 tremit *artus*. V, 1223: divum *percussi membra* timore. Pertinet huc etiam v. *genus* cum pronominibus *omne, hoc, quod* coniunctum. In primis frequens apud Lucretium est *omne genus*, quod ubique restituit Lachmannus. Sic II, 759 e quibus *omne genus* (sic Lachm. pro *omnigenus*, quem vide) gignunt variantque *colores*. Eodem modo II, 820 sq. cur ea quae constant ex illis non pariter sunt *omne genus* perfusa *coloribus* in genere omni? (sic Lachm. pro *omnigenis*). IV, 735: *omne genus* quoniam passim *simulacra* feruntur. Sic Marullus pro *omnigenus*. V, 428 *omne genus coetus* et *motus* experiundo. Sic Lachmannus, quum sic recte in libro I, 1026 scriptum sit (*omne genus motus* et *coetus* experiundo). Corrector oblongi *omnigenos* pro *omnigenus*. V, 440 sed nova tempestas quaedam molesque coorta *omne genus* de principiis. Sic Lachmannus pro omnigenus e principiis, quem vide. III, 266 sq. *quod genus* — est odor et quidam color et sapor. v. 276 sq. 431 quod genus est cett. IV, 271: *quod genus illa* foris quae vere transpiciuntur. V, 608: *quod genus* inter dum segetes stipulasque videmus accidere ex una scintilla incendia passim. v. 663: *quod genus* Idaeis fama est e montibus altis dispersos ignis orienti lumine cerni. VI, 890 *quod genus* endo marist Aradi fons. VI, 1058 quod genus aurum. VI, 917: *Hoc genus in rebus* firmandumst multa, = in rebus huius generis.

2) *Acc. quantitatis intensivae (gradus)*. Haec accusativi significatio primum expressa est in adverbiis *eo, adeo, quo*. VI, 970 sq.: barbigeras oleaster *eo* iuvat *usque* capellas, effluat ambrosia quasi vere et nectari' linctus. I, 1019 sive *adeo potius*. V, 572. Saepissime intenditur notio v. *adeo* addito *usque*, sic I, 412. 1006. III, 79. 254. 320. 391. 523. 622. IV, 172. 196. 225. 332. 401. 562. 1113. 1257. V, 545. VI, 253. 1212. Adverbium *quo* aut relativum aut interrogativum esse potest.

I, 16: *quo* quamque inducere pergis. v. 57: *quove* eadem rursum natura perempta resolvat. ib. v. 122: *quo* neque *permaneat* ani mae, de quo loco vide Lachm., aut *permanent* scribendum est, aut cum correctore Viet. et Pio *perceniat*, v. Pollium philol. vol. XXVI, p. 299. v. 374: *quo* possint cedentes continere undae. 378. 380. v. 546: dissolvi *quo* quaeque supremo tempore possint, = in quae. v. 699: *quo* referemus enim? v. 1077: *quo* corpora cum venerunt. II, 258. 318: *quo* quamque vocantes invitant herbae. 1046. 1047. IV, 166: speculum *quo* cumque obvertimus oris. res sibi respondent. Lachm.: „*quo cumque* I. F. Gronovius in observationum libro III, 19 p. 609 cur ferre nolit et scribat *qua cumque*, me non intellegere fateor: videor enim mihi recte dicturus esse si speculum huc (id est in *hanc* partem, velut in dextram meam et paulo post in sinistram) verto ob superficiem rei, hic (id est modo in dextra, modo in sinistra) species illi similis respondet." v. 1046: sicere id *quo* se contendit dira lubido. V, 36. VI, 896: *quo* cum conveniunt aut in taedai corpore adhaerent. Interrogativum est V, 328: *quo* tot facta virum toties cecidere. Additur *ad*, ut fiat *quo ad*. V, 1033: Sentit enim vim quisque suam *quo ad* possit abuti. L.: „Sic Lambinus hic ut in II, 850 [*quo ad* licet], i. e. qua tenus. in II, 248 quod cernere possis ferri potest, sed bonus interpres dicet *quo ad*, non ut Creechius, et hoc ipsi oculi demonstrant." V, 1273: et simai ecquae sit finis. *quo ad* moenia mundi solliciti motus hunc possint ferre laborem. V, 1433. Quo – usque legitur II, 1046.

Pertinent huc accusativi adverbiales quantitatem intensivam sive gradum exprimentes. Sic II, 484 *multum* variare. IV, 1248: *multum* harmoniae Veneris *differre* videntur. V, 1112 nam facies *multum* valuit. VI, 1176: sitis — aequabat *multum* parvis umoribus imbrem. *Plerumque* III, 256. 297. 387. IV, 1049: namque omnes *plerumque* cadunt in vulnus. v. 1236: quod *plerumque* putant. 1265. V, 1115. IV, 1240: nam steriles *nimium* crasso sunt semine partim. IV, 417: a terris *quantum* caeli patet altus hiatus. V, 561 *quantum* tenuis natura *calere* possit. V, 3: quisve *calet* verbis *tantum*. V, 613: aestifer ut *tantum* radiorum exaugeat ictum. Sic Antonius Marii et Marullus. Ut tantum, quantum scilicet fieri intellegimus, radiorum exaugeat ictum (L.). I, 361 *tantundem pendere* par est. 967 tantundem. V, 494 tan-

tandem — succumbere. III, 783: neque inter se contendant viribus *hilum*. v. 830: Nil igitur mors est ad nos neque pertinet *hilum*. v. 867: neque *hilum* differre. IV, 379: Nec tamen hic oculos falli concedimus *hilum*. v. 515: si — claudicat *hilum*. v. 1268: nec molles opu' sunt motus uxoribus *hilum*. VI, 576 vacillant — ima *perhilum*. Deinde *tam* et *quam*. III, 1: *tam* clarum extollere lumen. v. 30 *tam* manifesta. v. 695: *tam contextae* cum sint. IV, 1245: aut non *tam* prolixo provolat ictu. V, 12: in *tam* tranquillo et *tam* clara luce locavit. v. 902: denique flamma quidem cum corpora fulva leonum *tam* soleat torrere. *Iam soleat* oblongus et olim impressi, vitiose. I, 343 sq.: non *tam* — *quam*, item VI, 116 sq. III, 764: nec *tam* doctus equae pullus *quam* fortis equi vis? VI, 102 sq.: neque *tam* condenso corpore nubes esse queunt *quam* sunt lapides. v. 104: *tam* tenues *quam* sunt nebulae. Etiam nullo interiecto vocabulo dicitur *tam quam*, quod vulgo coniunctim scribitur. Sic III, 916. 1056. IV, 263. VI, 426. 433. 975. 1245. Memorabile est, quod praegresso *quo* vel *quanto magis* respondet *tam magis*, nunquam autem dixit Lucretius *quam magis tam magis*, quod docuit Lachm. ad II, 586. Sic I, 536 sq.: et *quo* quaeque *magis* cohibet res intus inane. *tam magis* his rebus penitus temptata labascit. IV, 1006 quo magis — tam magis. v. 81 sq.: quanto — mage — tam magis. IV, 250 sqq. *quanto plus* aëris — *tam magis*. VI, 101: ubi cumque *magis* denso sunt agmine nubes, *tam magis* hinc magno fremitus fit murmure saepe. — *Quam* primum ponitur ante adiectiva, adverbia, verba, ad gradum eorum constituendum, in enunciationibus obliquis aut exclamationibus. II, 334: qualia sint et *quam* longe distantia formis percipe. III, 972: *quam nil* ad nos — fuerit. IV, 1203: in triviis *quam* saepe canes — tendant. Sic Lachm. pro *cum*. cf. VI, 801: Quam facile in medio fit uti des saepe ruinas! in II, 1038: Quam tibi iam nemo — suspicere in caeli dignatur lucida templa! in I, 104: quippe etenim quam multa tibi iam fingere possunt somnia! in VI, 1080: Cetera iam quam multa licet reperire! Deinde respondet praegresso *tam, ita, adeo* aut comparativo. III, 5: non *ita* certandi cupidus *quam* propter amorem. IV, 1147: nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, non *ita* difficile est *quam* captum retibus ipsis exire. III, 182 sq.: nil *adeo* fieri celeri ratione videtur, *quam* sibi mens fieri proponit. I, 198 potius — quam.

v. 640 clarus — magis inter inanis *quamde* gravis inter Graios. v. 1063 magis quam. II, 390: minora — quam. v. 1127: et plus dispendi faciant *quam* vescitur aetas. III, 391 sqq.: *prius* — *quam* primordia sentiscant concussa animai et *quam* in his intervallis tuditantia possint concursare. (Lachm. *quam in his* pro *quantis*). Respondet antecedenti *alius* cum negatione coniuncto III, 110 *non alio* pacto *quam* si, pes cum dolet aegri, in nullo caput interea sit forte dolore. Coniungitur cum *ante, post, praeter, pro,* ut fiat *ante quam, post quam, praeter quam, pro quam,* v. cap. IV. Compositum est *perquam,* de cuius significatione vide Handium in Tursell. IV, p. 466. III, 180: minutis *perquam* corporibus factum constare. v. 187: constare rutundis *perquam* seminibus debet *perquamque* minutis. v. 204. 229. IV, 169: *perquam* subito. V, 594: scire licet *perquam* pauxillo posse minores esse.

Denique huc spectant adverbia comparativorum et superlativorum accusativi formam habentia. IV, 871 sqq.: glomerataque multa vaporis corpora — dissupat adveniens liquor ac restinguit ut ignem. urere ne possit calor *amplius* aridus artus. I, 556 citius, item II, 34. I, 240 minus. I, 196 potius. v. 1019: sive adeo *potius*. VI, 1165: nec nimio cuiquam posses ardore tueri corporis in summo summam fervescere partem, sed *potius* tepidum manibus proponere tactum. Sic Marullus pro *totius*. I, 1111 prius. II, 792 proclivius. I, 157 rectius. v. 82 saepius. VI, 315 setius (secius prima manu oblongus, quod falsum est). I, 12: aëriae *primum* volucres te — significant. v. 66: *primum* Graius homo mortalis tendere contra est oculos ausus. IV, 1151: et praeter mittas animi vitia omnia *primum*. Lachm.: „In *primum* adverbio, quo primus cavendi gradus designatur, male haesit et Marullus et Naugerius.“ V, 851: pabula *primum* ut sint.

II. Accusativus qualitatis.

Primum genus accusativi qualitatis est id, ubi actio ita se explicat, ut interior quasi vis et natura eius in medium proferatur, quo pertinet primum acc. eiusdem etymi cum verbo coniunctus. II, 1137: largos exaestuat aestus. VI, 816: *hos* igitur tellus *omnis exaestuat aestus,* et in passivo III, 569 sqq.:

ideo conclusa *morentur sensiferos motus, quos* extra corpus — haut possunt — *moveri*. Deinde huc pertinent neutra adiectivorum et pronominum obiecta verbis addita, etiam intransitivis et passivis. I, 398: quamvis causando *multa* moreris. V, 1063: inritata canum cum primum *inmane* Molossum mollia ricta fremunt. Sic Lachm. pro *magna*. IV, 1274: *idque* sua causa consuerunt scorta *moveri*. II, 455: et procursus item *proclive* volubilis exstat. Lachm.: „Gellius in X, 24 veteres *proclive* et *proclivi* indifferenter posuisse dicit, idque ita ut ea adverbiorum loco habenda esse satis indicet.“ Praecipue adamatum Lucretio est *mutua*. II, 76: inter se mortales *mutua* vivunt. III, 801: quippe etenim mortale aeterno iungere et una consentire putare et *fungi mutua* posse desiperest. IV, 947 mutua fungi. IV, 325: e laevo sit *mutua* dexter. V, 1100: et micat interdum flammai fervidus ardor, *mutua* dum inter se rami stirpesque teruntur. III, 44 nec *quicquam* nostrae rationis egere. v. 850 pertineat *quicquam* - ad nos id — factum. II, 650 *nil* indiga nostri. v. 815: scire licet *nil* principiis opus esse colores. v. 1277: coniugibus quod *nil* nostris opus esse videtur. V, 263: *nil* opus est verbis. IV, 718: cum tamen haec nostras acies *nil* laedere possint. V, 265: ut *nil* umor abundet. Porro spectat huc interrogativum *quid*, ut II, 53 *quid* dubitas. III, 6: *quid* enim contendat hirundo cycnis. Tum *quod* coniunctio. I, 94. 152. 173: hac re — *quod*. 352. 742. 746. 1091. II, 630: inter se forte *quod* armis ludunt. III, 6: *quod* te imitari aveo. 29. 41. 47. 1005: *quod* faciunt nobis annorum tempora victum. IV, 194. 196. v. 1121 et 1122: *adde quod*, cuius copulationis alia exempla attulit Lachmannus ad VI, 335. VI, 730: fit quoque uti pluviae, forsan, magis ad caput ei tempore eo fiant, *quod* etesia flabra aquilonum nubila coniciunt in eas tunc omnia partis. Sic Marullus pro *quo*, quod ferri non debet, quia *tum* sequitur, Tempore *eo* quo etesia flabra aquilorum Nubila coniciunt in eas *tunc* omnia partis (L.). Denique huc referendus est accusativus, qui sequitur verba affectuum. II, 58 = III, 90 = VI, 38: *quae* pueri in tenebris *paritant*. V, 1139 sub pedibus vulgi *magnum lugebat honorem*.

Alterum genus accusativi qualitatis est, si obiecto demum natura actionis explicatur, quo pertinet etiam acc. aptus ex compositis verborum intransitivoram. I, 81 sq.: *inpia* te rati-

onis *inire elementa viamque indugredi* sceleris. III, 681 vitae cum *limen inimus*. 984 nec *Tityon* volucres *ineunt* Acherunte *iacentem*. IV, 314 init oculos. I, 200 sq.: pontum — transire. IV, 147: *transit*, ut in primis *vestem*. cf. v. 152: nam neque, uti *vestem*, potis est *transire*. v. 459: *campos* pedibus *transire* videmus. v. 612: dum *transit clausa* domorum. II, 1103 sq. nocentes praeterit. V, 760 cum *loca praeterit* flammis *infesta*. IV, 440: quae demersa *liquorem obeunt*. Sic Lachmannus pro *liquore*, dicens: „Non potuit dici quid obeant, nisi *liquorem*. ergo ita scribendum est.“ v. 967: proelia obire. 1020 mortem obeunt. V, 618 lunaque mensibus *id spatium* videatur *obire*. VI, 1243: labore, pudor *quem* tum cogebat *obire*. V, 616 brumalis adeat flexus. 1229 divom *pacem* — *adit*. V, 1330 *feros exibant* dentis *aductus*. VI, 1205: profluvium porro qui taetri sanguinis *acre exierat*. Recte Lambinus *qui* pro *cui*. Marullus *cui*. v. 1217: ut *aerem exeiret odorem*. Sic Lachm. pro *exciret*. Brixiensis editio *exiret*. VI, 1246: optimus *hoc* leti *genus* ergo quisque *subibat*. V, 55: Cuius ego *ingressus vestigia* etc. I, 326: *mare* quae *impendent*, vesco sale saxa peresa, sed VI, 489: haut mirumst, si parvo tempore saepe tam magnis nimbis tempestas atque tenebrae *coperiunt maria* ac *terras inpensa* superne accusativus potius a *coperiunt* pendet, v. Lachm. ad h. l. VI, 175 ventus ubi *inrasit nubem*. I, 15: persultant pabula laeta. II, 145: nemora avia pervolitantes. IV, 559: dum *transvolat auras*. II, 346: et quae pervolgant nemora avia pervolitantes. I, 924 sq. = IV, 1 sq.: *Aria* Pieridum *peragro loca* nullius ante *trita* solo. II, 355: viridis saltus — peragrans. IV, 321: *obsiditque rias* oculorum. L.: „Egregie corrector quadrati *obseditque rias* pro *obsidit quia*: sed rectius Itali et Marullus *obsiditque*.“ v. 1092: quae quoniam *certas* possunt *obsidere partis*. I, 927 = IV, 2: iuvat *integros accedere fontis*. IV, 838 sq. longe linguae *praecessit* origo *sermonem*. IV, 568: Non *auris incidit ipsas*, ad. q. l. Lachmannus: „Recte, ut puto, Lambinus *accidit*: hoc enim cum accusativo non modo Plautus sed Lucretius ipse, ut videtur, iunxit in V, 608 segetes stipulasque videmus Accidere ex una scintilla incendia passim — at *incidere* accusativum vix admittit.“ In contextu verborum tamen ipso *incidit* retinuit Lachmannus. II, 163 sq. = IV, 207 sq. *multiplexque* loci *spatium transcurrere* eodem tempore quo solis *pervolgant* lumina

caelum? IV, 588: calamos percurris hiantis. V, 1221 *magnum percurrunt* murmura *caelum*. VI, 287 sq.: *altum* murmura *percurrunt caelum*. IV, 1196 *spatium decurrere* amoris. IV, 660 *caulas intrare* palati. IV, 1157: atque *alios* alii *irident* Veneremque suadent ut placent. I, 14: et *rapidos tranant amnis*. I, 406: cum semel *institerunt vestigia certa* viai. II, 1123: *gradus* aetatis *scandere* adultae. III, 60: transcendere fines iuris. V, 1501: falciferos — escendere currus. VI, 47 sq.: conscendere currum ventosum. I, 101: *tantum* religio potuit *suadere* malorum. VI, 1282: *multa*que res subitae et paupertas horrida *suasit*. I, 858: *testor res* ante *probatas*. I, 1044: *partemque morari*. II, 233. I, 1067: *noctis pariles agitare* diebus. II, 242 qui *varient motus*. v. 439 *confundunt* inter se concita *sensum*. II, 716: quae neque conecti quoquam potuere neque intus *vitalis motus consentire* atque *imitari*. Lachm.: „*consentire*, hoc est una sentire, hic cum accusativo coniunctum esse ex eo apparet quod adicitur *atque imitari*. itaque *intus* in corporibus animatis ea corpuscula quae eiusdem generis sunt, cum corporibus insinuata sunt, *vitales motus* ceterorum et una sentiunt sive *consentiunt*, *κατὰ συμπάθειαν*. et *imitantur*, hoc est eosdem motus moventur suosque consociant.“ Ego tamen accusativum ex *imitari* tantum aptum esse puto, ita ut *consentire* sit *διὰ μέσου*. II, 1094: quae *placidum degunt aevum vitamque serenam*. cf. II, 16. V, 172 cum pulchre *degeret aevum*. III, 509: aetatem degere. IV, 1122 degitur aetas. IV, 1282 degere vitam. IV, 968: nautae *contractum* cum ventis *degere bellum*. Lachm.: „vellem hoc tam apertum esset quam est in superioribus [v. 966] *componere leges*, quod de emptionum venditionum legibus accipiendum esse interpretes non viderunt e. q. s.“ III, 12 omnia — depascimur aurea dicta. III, 432: quod genus est, somnis sopiti ubi cernimus alte *exalare vaporem* altaria ferreque fumum. Sic Lachm. pro *vapore*, dicens: „in libro V, 253 est Pulvis exhalat nebulam, item 463 Exalare lacus nebulam, alia similia.“ VI, 221: notaeque *gravis halantis* sulpuris *auras*. Sic recte Marullus eumque secutus Lachm. pro *auris*. 523 terraque cum fumans *amorem* tota *redhalat*. III, 1068: hoc *se* quisque modo *fugit*. V, 1072 fugiunt — plagas. III, 750 sq. effugeret — incursum. IV, 822 sq. vitium effugere. V, 150 manuum *lactum suffugit* et *ictum*. III, 672

super ante *actam aetatem meminisse*. III, 952 obitum lamentetur. 1061 esse domi *quem pertaesumst*. V, 1150 est homines pertaesum. III, 1070 *causam* non *tenet* aeger. v. 1082 sqq.: sed dum abest *quod aremus*, id *exsuperare* videtur cetera: post *aliut*, cum contigit illud, *aremus*, et sitis aequa *tenet* vitai semper *hiantis*. V, 545 (aveat). III, 1090 sq. proinde licet *quot* vis vivendo *condere saecla*: mors aeterna tamen nilo minus *illa manebit*. IV, 563 perciet auris. v. 576 dispersos — ciemus. IV, 1282: ut facile *insuescat* secum *nos* degere vitam. VI, 68 sq.: quae nisi respuis ex animo longeque remittis dis *indigna putare alienaque* pacis eorum. Lachm., quem vide, coniunxit inter se haec, *putare dis indigna*. Sed simplicius tamen esse puto duplicem accusativum statuere, *quae* — dis *indigna putare*. V, 808: crescebant uteri *terram* radicitus *apti*. Lachm.: „Ita membranae et Veronensis editio, neque aliter in Lactantii institutionum II, 11, 9 exemplaria olim impressa et inter nostros Erfurtensis codex, cum in Everzehusanis sit *terra*. quartus casus rectissime positus est: nam uteri terram radicibus apti sunt terram adepti vel nacti, in qua radices suas ponerent. *aptum* eo modo cum accusativo iunctum Attii Pacuvii Lucilii versibus allatis Nonius tuetur p. 234, 22, itaque mortem aptus Plautus, Terentius Deorum vitam apti sumus." VI, 1235 sq. quippe etenim nullo cessabant tempore *apisci* ex aliis *alios* avidi contagia morbi. Composita sunt III, 211 simul atque *hominem* leti secura quies est *indepta*. V, 821 maternum nomen adepta. IV, 590 *monstra* ac *portenta loquuntur*. V, 688 anni nodus *nocturnas exaequat* lucibus *umbras*. v. 764: menstrua dum *rigidas* coni *perlabitur umbras*. IV, 1242: tenve locis quia non potis est *adfigere adhaesum*. I, 40: *petens placidum* Romanis — *pacem*. III, 996 *petere* — *fasces sacrasque secures*. 998 petere imperium. 1002 *petit aequora* campi. 1067 *urbem petit* atque *revisit*. IV, 4. III, 648 *pugnam caedesque* petessit. III, 734: et *mala multa* animus contagi (sic Goebel. mus. Rhen. XV, 406) *fungitur* eius. v. 956: *omnia perfunctus* vitai *praemia*. V, 358: neque ab ictu *fungitur hilum*. III, 940: ea *quae fructus* cumque *ea*. IV, 1078: nec constat *quid* primum oculis — *fruantur*, cf. v. 1095: nil datur — fruendum. II, 653: et quia multarum *potitur primordia* rerum. III, 1038: sceptra potitus. IV, 760 sq.: *quem* — mors et terra *potitast*. III,

476 *hominem* cum vini vis *penetrarit*. IV, 197: quasvis penetrare — res. v. 613 auris — penetrat. v. 662 penetrant — fauces. v. 894. 1246: penetrare locos. VI, 953: qui ferri quoque *vim penetrare* nëvit. V, 886: *eum* — vires — *deficiunt*. De *exolvere* cum acc. obiecti v. Pollium Philol. XXVI, 315 sq. collatis rationem exponere nostram IV, 21 et rationem reddere. I, 16: ita capta lepore *te sequitur* cupide. v. 157: quod sequimur. III, 3 te sequor. III, 622 *sequitur* res *rem*. 741 sq. 930. v. 968: te — sequentur. IV, 321: *aëra* continuo rerum simulacra *secantur*. Sic Lachmannus. v. 374. 994 sq. V, 171. 747. 868 sq.: *pacemque secuta sunt*. VI, 339: *itinerque sequatur*. II, 495 sq. novitatem — subsequitur. IV, 866: quod *consequitur rem quamque*. v. 866: dolor *quam consequitur rem*. V, 55 sq.: rationes persequor. VI, 285 *quem* gravis *insequitur* sonitus. III, 14 sq. *cociferari naturam* rerum. VI, 406: si vult *caveamus* fulminis *ictum*. III, 663: volneris ardenti ut morsu premat icta *dolorem*. Sic Lachm. pro *dolore*, ita, ut vulneris dolorem premat ardenti morsu. IV, 752: nunc igitur quoniam docui me forte *leonem* cernere per simulacra. Sic Lachm. pro *leonum*. Marullus *leones*, quod Wakefieldus cogitando addendum censet. IV, 907: Nunc quibus ille modis somnus per membra *quietem* inriget cett. Sic Macrobius pro *quiete*. IV, 1096: quae *mentem* spes raptat saepe misella. Sic vere Bentl. pro *vento*. V, 1409: et numerum servare *genus* didicere. V, 1300: et *biiugos* prius est quam bis coniungere binos. Sic rectissime Faber pro *biiugo*. VI, 118: radentes *corpora* tractim. Sic I. F. Gronovius observationum II, 1 p. 214 et T. Faber pro *corpore*. VI, 509: confertae nubes *umentia* mittere certant. Sic Wakefieldus pro conferte nubes vi venti mittere. VI, 803: nisi *aquam* praecepimus ante. Sic Itali pro *aqua*. II, 1031: conspicito — *quaeque* in se cohibet (sc. caelum), *palantia sidera* passim. Sic Lachm. pro cohibent. III, 441: *quam* cohibere nequit (sic bene Marullus pro *eum*).

Exempla utriusque generis *duplicis accusativi* sunt I, 834: rerum *quam dicit homoeomeriam*. IV, 1186: quo magis ipsae *omnia* summo opere *hos* vitae *poscaenia celant*. In passivo III, 475: multorum exitio *perdocti quod* sumus ante. Alius generis est II, 125: hoc etiam magis *haec animum* te *advertere* par est. V, 91: ne *te* in promissis *plura morentur*. VI, 245: neque *te* in promissis *plura morabor*.

D. Dativus.

I. Dativus qualitatis.

Dativus cum ei verbi statui conveniat, quae ex actione ad finem perducta prodiit, sequitur, ut obiectum quasi remotius exprimat, quod actione illa etiamnum tangatur quodque *effectum* dicere possis (v. Herm. de emend. rat. gr. gr. p. 141). Hic effectus autem talis est, ut ipse quoque vicissim respiciat statum verbi et vim suam in eo exerceat. Prouti autem actionis aut effectûs vis maior est, dativus magis passivam aut activam significationem habere dici potest, quamquam discrimen ita fluctuat, ut interdum non possis accurate discernere, ad utrum genus dativus aliquis referendus sit. Hanc igitur distributionem sequens iam locos Lucretianos potissimos recensebo.

a. *Dativus effectûs.* Huc ante omnia dativus, qui dicitur, commodi referendus est. I, 8: *tibi* rident aequora ponti. v. 416: quam *tibi* — sit copia *missa*. v. 688 sq.: quae corpora *mittere* possit *sensibus*. v. 411: hoc *tibi* — possum *promittere*. v. 40: *petens* placidam *Romanis* — pacem. v. 929: insignemque *meo capiti petere* inde coronam = IV, 4. V, 1142: imperium *sibi* cum ac summatum quisque *petebat*. I, 43: communi desse saluti. v. 52: mea dona *tibi* studio disposta fideli. v. 54 sq.: *tibi* disserere incipiam. v. 75 refert *nobis*. v. 76 sq.: finita potestas denique *cuique* qua nam sit ratione atque alte terminus haerens = 595 sq. v. 87: *cui* simul infula virgineos circum data comptus ex utraque pari malarum parte profusast. v. 93: nec *miserae prodesse* — quibat. II, 39: *animo* quoque nil *prodesse* putandum. I, 104: quam multa *tibi* iam fingere possunt somnia. v. 124: unde *sibi* exortam semper florentis Homeri commemorat speciem lacrimas effundere salsas coepisse. v. 168: qui posset mater *rebus* consistere certa? v. 184: nec porro *augendis rebus* spatio foret usus. v. 206: semine quando *opus est rebus*. II, 815: scire licet nil *principiis opus esse* colores. IV, 1268: nec molles *opu' sunt* motus *uxoribus* hilum. v. 1277: *coniugibus* quod nil *nostris opus esse* videtur. VI, 1081: nec *tibi* — *opus est*. I, 219: quae *partibus* eius discidium parere — posset. v. 267: ne qua forte tamen coeptes *diffidere dictis*. v. 334: nostris diffidere dictis. v. 372: *cedere squamigeris* latices *nitentibus* aiunt. v. 832: nec nostra dicere lingua *concedit nobis* patrii sermonis egestas. v. 400 sq.:

multaque praeterea *tibi* possum commemorando argumenta fidem *dictis* conradere *nostris*. v. 423 *cui* nisi prima fides fundata valebit. v. 476: nec clam durateus *Troiianis* Pergama — inflammasset equos. v. 506: esse utramque *sibi* per se puramque necessest. v. 551 sq.: si nullam finem natura parasset *frangendis rebus*. v. 844: neque *corporibus* finem esse *secandis*. v. 563 sq.: et finita simul generatim tempora *rebus* stare. v. 614 reservans semina *rebus*. v. 707 sq.: qui principium *gignundis* aëra *rebus* constituere. v. 746 sq.: quod omnino finem non esse *secandis corporibus* faciunt neque pausam stare *fragori*. v. 797: ne *tibi* res redeant ad nilum funditus omnes. v. 876: id quod Anaxagoras *sibi* sumit. II, 1124: plura *sibi* adsumunt. I, 903: quae — creant incendia *silvis*. v. 918: hac ratione *tibi* pereunt primordia rerum. v. 930: unde prius *nulli* velarint tempora musae. v. 945 sq.: volui *tibi* — exponere. v. 948: si *tibi* forte animum — tenere — possem. v. 975: quorum utrumque *tibi* effugium praecludit. v. 1008: modum — *sibi* — parare. v. 1047 sq. *principiis* rerum spatium tempusque fugai largiri. v. 1112: haec *rebus* erit pars ianua leti. v. 1117: ita res accendent lumina *rebus*. II, 17: nil aliud *sibi* naturam latrare. v. 44. 66: tu te *dictis praebere* memento. V, 816: terra cibum *pueris* — *praebebat*. v. 991: pabula viva *feris praebebat*, *dentibus* haustus. VI, 893: *praebet* — utilitatem — *sitientibu' nautis*. II, 108: haec aëra rarum sufficiunt *nobis*. v. 180: nequaquam *nobis* divinitus esse creatam naturam mundi. v. 182: quae *tibi* posterius, Memmi, faciemus aperta. v. 185: confirmare *tibi*. v. 770: ordo *principiis* mutatus. v. 1120: *omnibus his* aetas debet consistere *rebus*. III, 7: quid enim *contendat* hirundo *cycnis*. v. 129: est igitur calor ac ventus vitalis in ipso corpore, qui *nobis* moribundos deserit artus. v. 183: nil adeo fieri celeri ratione videtur, quam *sibi* mens fieri proponit et inchoat ipsa. Lachm.: „ita semper Lucretius: vide huius libri versum 627 et 879.“ v. 256 sq.: plerumque fit in summo quasi corpore finis *motibus*. v. 553: sed tamen in parvo linguntur tempore *tabi*, v. Lachm. v. 684 *sibi* vivere solam. v. 729: ipsaeque *sibi* fabricentur ubi sint. v. 983: casumque timent quem *cuique* ferat fors. Sic oblongus, Itali, olim impressi, Marullus. *quemcumque* quadratus, itaque ex suis Lambinus. infra 1086 Quidve *ferat nobis* casus. — v. 1028: *magnis* qui *gentibus imperitarunt*. IV, v. 398. v. 437: obnitier *undae*. Sic Lachmannus. Itali et Marullus non satis

eleganter *undis*. v. 463: quae violare fidem quasi *sensibus* omnia quaerunt. v. 564: verbum saepe unum perciet auris *omnibus* in populo. v. 641: at *capris* adipes et *coturnicibus* auget. v. 1064: pabula amoris *absterrere sibi*. v. 1233: Nec divina satum genitalem numina *cuiquam absterrent*. v. 1067: et servare *sibi* curam certumque dolorem. v. 1098: ardorem qui *membris* stinguere possit. v. 1259: crassaque conveniant *liquidis* et liquida *crassis*. v. 1261: namque aliis rebus concrescunt semina *membris* cett. V, 15: Ceres fertur fruges — *mortalibus* instituisse. V, 174: quidve mali fuerat *nobis* non esse *creatis*? v. 300 sq.: usque adeo properanter ab omnibus ignibus *ei* exitium celeri celatur origine flammae, v. Lachm. v. 373: haut igitur leti praeclusa est ianua *caelo*. v. 1052: nec ratione docere ulla *suadere*que *surdis*. v. 1082: et quom de victu certant *praedae*que repugnant (velut angui capto). Sic Avantius. v. 1267: silvasque ut caedere possent materiemque *domo*, levare ac radere tigna. Sic Lachmannus dandi casu pro: materiemque dolaret levare ac radere tigna. v. 1312: qui *moderarier his* possent. VI, 663: et satis haec tellus *orbi* caelumque mali fert. Sic Lachm. pro *morbi*. v. 729: fit quoque uti pluviae, forsan, magis ad caput *ei* tempore eo fiant. Lachm.: „Itali et Marullus *eius*. correctionis causam non perspicio, et quaerendum puto quis ante Hirtium Horatium Vergilium Vitruvium dixerit caput amnis fontis, Rheni, genetivo addito. supra versu 636 et ad caput *amnibus* omnis Confluit." v. 755: sed natura loci vi *ibus* officit ipsa suapte. Sic Lachm. pro s. n. l. efficit ipsa suapte. v. 974 Denique amaricinum fugitat sus et timet omne ungentum: nam *saetigeris subus* acre venenumst. v. 1092: cladem — conflare — hominum *generi* pecudumque *caterris*. v. 1131 sq. venit *bubus* — saepe pestilitas et iam *pigris balantibus* aegror. v. 1135: an caelum *nobis* — deferat. v. 1170: nil adeo posses *cuiquam* leve tenveque *membris* vertere in utilitatem. L.: „Frustra, nisi fallor, Lambinus *quicquam*." v. 1232: *morti* damnatus ut esset.

Verba dandi et adimendi: I, 28: *da dictis* — leporem. v. 100: exitus ut *classi* felix faustusque *daretur*. v. 936 sq.: vel uti *pueris* absinthia — cum *dare* conantur. v. 992: requies *data* principiorum *corporibus* nulla*st*. II, 187: ne *tibi* dent in eo flammarum corpora fraudem. IV, 995: *fugae* quasi *dedita* cernant. V, 970: silvestria membra nuda *dabant terrae*. v. 1000: una dies

dabat exitio. VI, 1144: inde catervatim *morbo mortique dabantur.* VI, 1 sq.: Primae frugiparos fetus *mortalibus aegris dididerunt* — Athenae. v. 203 sq.: materies quia *rebus reddita* certa*st.* 577: Porro si nullast *frangendis reddita* finis *corporibus.* v. 585: quoniam generatim *reddita* finis crescendi *rebus* constat. II, 64 sq.: quaeque *sit ollis reddita* mobilitas. v. 95 sq.: nulla quies *est reddita corporibus primis.* v. 142 sq.: quae mobilitas *sit reddita* materiai *corporibus.* V, 620: non, inquam, simplex *his rebus reddita* causa*st.* IV, 1222: quae *patribus* patres *tradunt.* I, 322 sq.: quae cumque dies — *rebus* — *tribuit.* II, 1112 sq. nam sua *cuique,* locis ex omnibus, omnia plagis corpora *distribuuntur.* I, 660: *exempto rebus* inani. v. 742. v. 1115: nec *tibi* caeca nox iter *eripiet.* VI, 92 sq. tu *nibi* — ad candida calcis *curreuti* spatium *praemonstra.* I, 429: id quod iam supera *tibi* paulo *ostendimus* ante. v. 531: id quod iam supra cett.

Adiectiva: I, 58: *genitalia* corpora *rebus.* v. 167: ubi non essent *genitalia* corpora *cuique.* v. 196 sq.: ut potius *multis communia* corpora *rebus* multa putes esse, ut *verbis* elementa videmus. v. 824: multa elementa vides *multis communia verbis.* v. 296 sq.: aemula magnis amnibus. IV, 1276: et simul ipsa *viris* Venus ut *concinnior* esset. VI, 1094: quae sint *vitalia nobis.* v. 1117: *aliis* alius locus est *inimicus partibus* ac *membris.* v. 1119: caelum quod *nobis* forte *alienum.* v. 1134: in loca — *nobis adversa.*

Dativus effectûs coniunctus cum verbis *esse, habere, vertere.* I, 759 sq.: inimica modis multis *sunt* atque *reuenu* ipsa *sibi* inter se. Quadratus *reueni,* corrector oblongi *reuena.* IV, 783 cordist. V, 1391 nam tum *sunt* carmina *cordi.* IV, 1019: *iudicioque* sui facti persaepe *fuere.* V, 541 nec caput *est oneri collo.* v. 539: propterea non *est oneri.* v. 982: sed magis illud *erat curae.* VI, 771: multa, *cibo* quae *sunt.* Sic recte Wakefieldus, et quidem primus, edidit. sic versu 1095 Et contra quae *sint morbo mortique* necessest Multa volare. V, 1235 ludibrio sibi habere. v. 1357: agricolae donec *ritio vertere* severi.

b) *Dativus energicus.* I, 365: plus *esse sibi* declarat inanis. v. 402: *animo* satis haec vestigia parva *sagaci* sunt. II, 340: debent — non omnibus omnia prorsum esse pari filo. 1048 sqq. nobis in cunctas undique partis — nulla et finis. III, 43: et se scire *animae* naturam sanguinis esse, v. Lachm. v. 317 sq.: nec reperire

figurarum tot nomina quot *sunt principiis*. v. 632: nec manus ipsa esse potest *animae*. L.: „Sic Baptista Pius, scil. *ulli animae*, dandi casu, quem res et oratio requirit, ut supra 13 et 288 Est etenim calor ille animo." — v. 775: at non *sunt immortali* ulla pericla. v. 875: quemquam *sibi* sensum in morte futurum. v. 1046: mortua *cui* vita est prope iam. v. 1050: nec reperire potes *tibi* quid *sit* saepe mali. IV, 1058: Haec Venus est *nobis*. v. 1075 sq.: nam certe purast *sanis* magis inde voluptas quam *miseris*. V, 530: causas, *motibus* astrorum quae possint esse per omne. VI, 208: flammeus est plerumque colos et splendidus *ollis*. v. 389: quo *cuique* est cumque voluptas. v. 1090: ratio quae sit *morbis*. I, 773: nulla *tibi* ex illis poterit res esse creata. II, 321: nobis — videntur. IV, 406: quos *tibi* tum supra sol montis esse *videtur*. Sic Naugerius pro *ubi tum*. V, 565: *nostris* quam *sensibus* esse *videtur*. I, 127 sq.: *habenda nobis est* ratio. III, 836 sq. utrorum ad regna *cadendum omnibus humanis esset*. 866 *nobis* nil *esse* in morte *timendum*. V, 43: quae proelia *nobis* atque pericula tum*st* ingratis *insinuandum!* I, 944: *quibus* non *est tractata*. I, 331: *tibi* — erit *utile*. v. 149: principium cuius hinc *nobis* exordia sumet. v. 253: ramique viresceunt *arboribus*. v. 337 sq.: id in omni tempore adesset *omnibus*. v. 579: nunc etiam *superare* necessest corpora *rebus*. v. 1092: nec prorsum *arboribus* summos frondescere ramos posse. v. 1106: terraque se *pedibus* raptim subducat. II, 17: *cui* corpore seiunctus dolor absit. v. 72: quae decedunt corpora *cuique*. v. 113: ante oculos *nobis* versatur et instat. III, 617: certis regionibus *omnibus* haeret, ad q. l. Goebel. quaest. Lucr. p. 23 comparat v. 169 et 375. IV, 99: apparent *nobis*. v. 408: vix absunt *nobis* etc. V, 888: tum demum *pueris* aevo florente iuventas occipit. Sic Avantius pro *puerili*. VI, 315: nec, quod frigida vis ferrist, hoc setius *illi* semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. Lachm.: „qui Lucretium noverit *illi* scribendum videbit. male omnes Marullum secuntur, qui fecit *illa*." v. 498: multa simul vincam consurgere *nubibus ipsis* omnibus ex rebus. v. 501: ut pariter *nobis* corpus cum sanguine crescit. v. 535: quae ratio terrae *motibus* extet. v. 643: *finitimis* ad se convertit *gentibus* ora. v. 727 sq.: quo fit uti pacto liber minus exitus *amni* et proclivis item fiat minus impetus *undis*. Sic Marullus pro *amnis*. v. 944: manat item *nobis* e toto corpore sudor.

v. 1152: morbida vis in cor maestum confluxerat *aegris*. v. 1206: qui taetri sanguinis aere exierat, tamen in nervos *huic* morbus et artus ibat.

II. Dativus quantitatis.

Huc pertinet primum dativus post verba positus motum ad locum significantia, inprimis composita cum praepositionibus *ad, in, sub* cett. Saepe tamen obiectum non verus locus est, sed per metaphoram tantum pro loco accipiendum. Deinde dativus ponitur in comparatione magnitudinis, ubi similitudo vel aequalitas significatur vel contrarium. I, 713: aëra *iungentes igni*. III, 800: mortale *aeterno iungere*. v. 804 sq. *immortali* atque *perenni iunctum*. IV, 430 tecta *solo iungens* atque omnia dextera *laevis*. v. 1079: *aeri*que aes plumbo fit uti *iungatur* ab albo? Sic optime Lambinus pro aeraque plumbo. I, 884: cum *lapidi* lapidem *terimus*. IV, 1179: *foribus* miser oscula *figit*. IV, 1138: cupido adfixum cordi. v. 1142 tenve *locis* quia non potis est *adfigere* adhaesum. V, 630: *terris*que *propinquat*. III, 234 *cui mixtus* non *siet* aër (abl. v. 233). I, 369: admixtum rebus. v. 382: *admixtum rebus* inane. v. 655. II, 467. I, 877: res — *inmixtas rebus*. III, 393: semina corporibus nostris inmixta. IV, 297 *adlidat pilae*ve *trabi*ve. 570 solidis adlisa. 1080: dentes *inlidunt* saepe *labellis*. I, 19: *omnibus incutiens* blandum per pectora amorem. III, 1078: mortalibus adstat. I, 65: mortalibus instans. v. 208: quoniam *incultis praestare* videmus culta loca. v. 358 sq.: cur alias *aliis praestare* videmus pondere res *rebus*. v. 289: quidquid *fluctibus obstat*. II, 88. IV, 1150 nisi tute *tibi* obvius *obstes*. V, 567: *membris adflare* vaporem. I, 113: nascentibus insinuetur. III, 671: in corpus *nascentibus insinuatur*. v. 689: *corporibus nostris* extrinsecus *insinuatas*. v. 722 sq.: animas extrinsecus *insinuari vermibus*. v. 729: an quasi *corporibus perfectis insinuentur*. I, 287: molibus incurrit. III, 523 sq.: usque adeo *falsae rationi* vera videtur res *occurrere* (sic Marullus pro *rationis*). IV, 782: *nobis occurrit* imago? I, 901: non est *lignis* tamen *insitus* ignis. II, 227: incidere — levioribus. 241 levioribus incidere. VI, 1178: multi praecipiter *lymphis potealibus* alte *inciderunt*. v. 351 *corporibus* rerum *inciderunt*. VI, 1143: *incubuit* — *populo* Pandionis *omnei*. I, 7 sq.: *tibi* suavis daedala tellus *summittit* flores. VI, 818: Sic

ea Averna loca *alitibus summittere* debet mortiferam vim. IV, 715: cum sunt *oculis inmissa* leonum. VI, 125: *nubibus intorsit* sese. 443 *involvat* venti se *nubibus* ipse vertex. I, 78: religio *pedibus subiecta*. v. 547: materies ut *subpeditet rebus reparandis*. VI, 1066: ut mihi multa parum genere ex hoc *suppeditentur*. [v. 1212: usque adeo mortis metus *his* incesserat acer. Lambinus Latine incesserat pro incusserat.] III, 873 sq. subesse — cordi. I, 1079: nec quod inane autem est *ulli subsistere* debet. II, 235: at contra *nulli* — inane potest vacuum *subsistere rei*. I, 109: *religionibus* atque *minis obsistere* vatum. V, 286 succedere soli. IV, 411: aequora *substrata aetheriis ingentibus oris*. v. 1198: maribus subsidere. VI, 482: *subterit* caerula *nimbis*. I, 132: et quae res *nobis vigilantibus obvia* mentes terrificet morbo *adfectis* somnoque *sepultis*. IV, 309: *simulacris obvia* rerum. I, 144: clara *tuae* possim praepandere lumina *menti*. IV, 139: interdum magni montes avolsaque saxa *montibus ante ire*. III, 372 sq.: singula *priris adposita*. VI, 1036: aër *omnibus* est *rebus circum datus adpositus*que. IV, 109: tanto opere ut *similes* reddantur *cuique* figurae. v. 750: qua tenus hoc *simile* est *illi*. v. 1211 sq.: tum *similes matrum* materno semine fiunt, ut *patribus* patrio. v. 1230: atque *utri similes*t magis id quod cumque creatur. cett. V, 435: nec *similis nostris rebus* res ulla videri. V, 153 sq.: quare etiam sedes quoque *nostris sedibus* esse *dissimiles* debent. IV, 687 sq.: neque sunt *igni simulata* neque *ulli* praeterea *rei*. II, 914: linquitur ut *totis animantibus adsimulentur*. v. 980: totis mortalibus adsimulata. VI, 189 montibus adsimulata. VI, 1176: sitis — *aequabat* multum *parvis umoribus* imbrem. I, 79: nos *exaequat* victoria *caelo*. V, 688 *exaequat lucibus* umbras. II, 918: adque animalia sint mortalibus *una eademque*. III, 1038: Homerus — *eadem aliis* sopitu' quietest. IV, 1174: nempe *eadem* facit — omnia *turpi*, h. e. eadem, quae turpis facere solet. II, 1166 sq.: cum tempora *temporibus* praesentia *confert praeteritis*. IV, 477: et dubium *certo* quae res *differre* probarit.

E. Genetivus.

I. Genetivus subiectivus.

a) Gen. *quantitatis* s. *partitivus*. I, 360 sq.: *quantum corporis* in plumbo est. v. 365: *plus* esse sibi declarat *inanis*. v. 366

plus — corporis. v. 367: multo *cuncti minus*. IV, 1217: utrum — eorum. I, 758 quorum utrumque. item I, 975 et V, 1101. II, 16 hoc aevi. V, 206 *quod* super est *arvi*. III, 255: atque *animai* diffugiant *partes*. IV, 944: fit uti *pars* inde *animai* eiciatur. V, 485: a *limini' parte*. Sic Lachm. pro *ad limina partem*. III, 1037 quorum unus. IV, 1134: amari aliquit. V, 264: quicquid aquai. v. 304 quicquid flammarum. III, 498: *qua* quasi consuerunt et sunt munita *viai*. VI, 550: nec minus exultant, et *ubi* lapi' cumque *viai* ferratos utrimque rotarum succutit orbes.

b) Gen. *qualitatis*. I, 37: eque tuo pendet *resupini* spiritus ore. v. 81 sq. *rationis* - elementa viamque *sceleris*. v. 107 sq.: finem — aerumnarum. v. 119: per gentis Italas *hominum*. v. 131: *animi* — natura. v. 281: et cum mollis *aquae* fertur natura repente. v. 505: natura — *corporis* atque *loci*. II, 233: naturaque tenuis *aëris*. IV, 40: *animi* natura. IV, 740: nulla fuit quoniam talis natura *animalis*. I, 241: tactus — *leti*. v. 249: corpora *materiai*. v. 350: corpus — *animantum*. II, 467 sq.: *doloris* corpora, quae sunt pungentia sensus et laedentia. VI, 897: quo cum conveniunt aut in *taedai* corpore adhaerent. Sic paulo ante 863 corpus aquai. II, 153: corpuscula quaeque *cuporis*. I, 268: *rerum* primordia. v. 318: *salutantum* tactu praeterque *meantum*. v. 334: de *summa rerum*. v. 1028: qualibus haec *rerum* consistit *summa* creata. cf. V, 194: si in talis disposituras deciderunt quoque et talis venere meatus, qualibus haec *rerum* geritur nunc *summa* novanda. I, 362: *corporis* officiumst quoniam premere omnia deorsum. V, 533: sed quae sit earum praecipere haut quaquamst pedetentim *progredientis*. Lachm.: „Sic tacite Lambinus pro *progredientes*, quod verissimum est, non modo quod quartum casum constructio respuit, ut Wakefieldus dicit (certe alii iunxerunt tertio), sed quia *est* cum infinitivo pro *licet* non est antiquae et germanae Latinitatis.“ I, 454: pondus uti *saxi*st, calor *ignis*, liquor *aquai*, v. Lachm. v. 467: saecla *hominum*. - *Principia rerum* invenitur I, 740 1047. II, 789. (Lachm. ad I, 834). I, 1062: in loca *caeli*. v. 1064: in *caeli* templa. IV, 624: unida *linguae* circum sidentia templa. I, 1107: inter permixtas *rerum caeli*que ruinas. v. 1109: *temporis* — puncto. v. 1112: ianua *leti*. IV, 532: scilicet, *expleti* quoque ianua raditur *oris*. Sic Lachmannus pro *expletis*. II, 6: *belli* certamina. v. 18:

menti' fruatur iucundo sensu. Lachm. confert v. 398 sq.: mellisque lactisque liquores iucundo sensu *linguae* tractentur in ore, non *lingua*. v. 53: quid dubitas quin omni' sit haec *rationi'* potestas? v. 219: incertisque *loci* spatiis. v. 292: nec regione *loci* certa nec tempore certo. v. 222: *imbris* uti guttae. v. 281: copia *materiai*. — *Animi rationem* Lucretius tum dicit, cum ei opponit *sensus*. I, 425 448 IV, 384 (Lachm. ad II, 381). V, 9: *vitae* rationem. VI, 1138 sq.: haec ratio quondam *morborum* et *morti' ferai* finibus in *Cecropis* funestos reddidit agros. II, 615: numen qui violarint *matris*. v. 626: sternunt iter omne *viarum*. v. 1079 quin *aliquoin'* sint *saecli*. v. 1165: in cassum *manuum* cecidisse labores. III, 72: in tristi funere *fratris*. v. 78: intereunt partim *statuarum* et *nominis ergo*. V, 1246 hostibus intulerant ignem *formidinis ergo*. III, 173: at tamen insequitur languor terraeque petitus suppus, et in terra *mentis* qui gignitur aestus (h. e. mentis aestus in terra iacentis). v. 222: spiritus *unguentei*. v. 240: sensiferos motus quaedam *vis menti'* volutat. v. 583: diffusa *animae vis*. VI, 281: inde ubi percaluit gravida, aut vis *ignis* et acer impetus incessit. Sic Lachm. pro i. u. p. gravis ventivis igni impetus incessit. v. 436: venti vis. v. 447: *turbinis* immanem vim provomit atque *procellae*. v. 815: quos opere in tali cohibet vis magna *necessis?* Sic Lachm. pro *necessest*. *Necessis* genetivi formam et Donatus agnoscit et S. C. de bacchanalibus factum. III, 303: nec nimis *irai* fax umquam subdita percit. v. 309: tamen illa relinquit *naturae eiusque animi* vestigia prima. Lachm.: „Bene Marullus *Naturae*, ut paulo post 320 Usque adeo naturarum vestigia linqui Parvola. sed idem Marullus nescio qua re deceptus scripsit *animus: animi* recte uterque codex. v. 456: in altas *aëris* auras. v. 617: sed unis sedibus et certis regionibu' *pectoris* haeret. ita versu 140 Idque situm media regione in *pectoris* haeret. v. 693: morsus ut indicat, et *gelidai* stringor *aquai*. v. 740: neque *consensus* contagia fient. Sic Lachm. pro *consensu*, recte enim Creechius interpretatur 'neque ita corpus et anima consentirent ut motus vitales sibi invicem mutuo impertirent.' v. 1052: atque *animi* incerto fluitans errore vagaris. (sic Lambinus pro *animo*). IV, 69: et *formai* servare figuram. v. 79: et omnem *scaenai* speciem variumque decorem inficiunt. v. 236: *eius* imago. v. 238: causa — *cernundi*. v. 419: sub terras abdita *caeli* nubila. Sic Lach-

mannus. v. 462: cetera de genere hoc *miracli* multa videmus. v. 567: obsignans formam *verbi*. Sic pro *verbis* Lachm. v. 602: qualia sunt *vitrei*. v. 741: verum ubi *equi* casu atque *hominis* convenit imago. v. 983: et consessum cernere eundem *scenai*que simul varios splendere decores. v. 1059: primum *Veneris dulcedinis* in cor stillavit gutta. v. 1286: guttas — *umoris*. v. 1116: parva fit *arboris violenti* pausa parumper. v. 1200: et Venerem *salientum* laeta retractat. v. 1215: *Veneris* stimulis. v. 1264: more *ferarum*. V, 7: maiestas cognita *rerum*. v. 34: *arboris* amplexus stirpes. v. 45: quantae tum scindunt hominem *cuppedinis* acres sollicitum curae. v. 51: numero *dicam*. v. 64: nunc huc *rationis* detulit ordo. v. 67: congressus *materiai*. v. 211: *terrai*que solum. v. 586: *flammae* dum tremor est clarus. *Flammae* adiecit Lachmannus. v. 599: elementa *vaporis*. Sic Lambinus pro *vapore*. v. 700: radiatum insigne *dici*. v. 727: Babylonica *Chaldaeum* doctrina. v. 753: terram secludere *solis* lumine. v. 1130: angustum per iter luctantes *ambitionis*. v. 1137: pristina maiestas *solioram*. v. 1220: *fulminis* horribili cum plaga torrida tellus contremit. v. 1227: induperatorem *classis*. v. 1307: *belli* terroribus. v. 1410: maiorem interea capiunt *dulcedini*' fructum. Sic Lambinus pro *dulcedine*. VI, 206 sq.: semina quod nubes ipsas permulta necessust *ignis* habere. v. 220: *vaporis* signa. *Vapore* impressi omnes. v. 382: indicia *occultae* divum perquirere *mentis*. v. 386: *fulminis* ictus. v. 548: et merito, quoniam *plaustri* concussa tremescunt tecta, viam propter, non magno pondere tota. Sic Lachmannus pro *plaustris*, id est levi plaustro. v. 632: oras *maris* undique cingens. v. 698: et penetrare *maris* penitus percocta im apertum. Sic Lachm. pro mari penitus res cogit aperto. v. 746: cadunt — in terram - aut in aquam, est si forte lacus substratus *Averni*. L.: „Lambinus, nescio unde, *Avernost*, casu nominis parum apto." v. 804 sq.: at cum membra *domus* percepit fervidior vis, tum fit odor *viri* plagae mactabilis instar. Recte emendator *viri* pro *vini*, qui genetivus (a *virus*) est in libro II, 476. VI, 808: denique ubi *argenti* venas *auri*que secuntur. - - qualis expiret Scaptensula subter odores? v. 825: reliquias *vitae* membris ex omnibus aufert. v. 874: praeterea solis radiis iactatur *aquai* umor. v. 890: endo marist *Aradi* fons. Sic Iacobus Bernaysius et Lachmannus pro endo maris parat fons.

v. 957: et tempestate in terra caeloque coorta, in caelum terrasque *remotae* iura facessunt. V. de interpretatione huius loci Lachmannum (tempestatis in caelum terrasque resolutae iura facessere). v. 958: quandoquidem nil est nisi raro *corpori'* nexu. Sic Lachm. pro nihil est nisi raro corpore nexum. v. 1006: primordia *ferri*. v. 1148: *rocis* via saepta coibat. v. 1153: *ritai* claustra. v. 1157: *leti* iam limine in ipso. Infra v. 1208 limina leti. v. 1177: nec requies erat ulla *mali*. v. 1205: profluvium porro qui *taetri sanguinis* acre exierat.

Coniungit Lucretius neutra adiectivorum et participiorum perf. pass. in plurali positorum cum genetivis substantivorum, de quo vide Reisig. gramm. lat. p. 636 ibique Haasium adnot. 524. Sic I, 86 prima virorum. I, 315: *strata*que iam volgi pedibus detrita *viarum*. IV, 415: strata viarum. VI, 332 penetrat per *rara viarum*. I, 340: *sublima*que *caeli*. II, 1100 caeli — serena. I, 1090 et VI, 96 caerula caeli. I, 659: ardua dum metuunt, amittunt *vera viai*. IV, 361: saxorum structa. I, 489 per *saepta domorum* clamor it ac voces. VI, 859 septa domorum. VI, 951 per *dissepta domorum* saxea voces pervolitant. II, 115 opaca domorum. IV, 612: dum transit *clausa domorum*. Versum in fine mutilum suplevit Lachmannus ex libro I, 354, ubi est Inter saepta meant voces et clausa domorum Transvolitant. VI, 561: quae sunt *extructa domorum*. VI, 990 propter dissimilem naturam *texta*que *rerum*.

Ad genetivum qualitatis referenda est etiam formula Lucretio admodum frequentata *nec me animi fallit*, sic I, 136. 922. V, 97. Vide Lindem. ad Plaut. Mil. glor. III, 1, 124.

II. Genetivus obiectivus.

a) Gen. *quantitatis*. Huc pertinet primum genetivus *pretii*, ut I, 817: magni refert. I, 908 permagni referre. II, 760 magni quod refert. II, 883 sq. magni — referre, item v. 894. IV, 984 et 1257: usque adeo *magni refert*. v. 1264: id quoque *permagni* refert. V, 545: magni refert. VI, 1276 sq. magni pendebantur. Deinde gen. *materiae*. II, 663 flumine aquai. V, 949 sq.: quibus e scibant *umori'* fluenta lubrica proluvie larga lavere umida saxa. Sic Lachm. sec. Bentleium pro *umore*. v. 1418: *pellis*

item cecidit vestis contempta *ferinae*. Sic recte Marullus pro *ferina*. VI, 683: primum totius subcava montis est natura fere *silicum* suffulta cavernis. v. 1072: vitigeni latices *aquai* fontibus audent misceri, v. Lachm. ad versum 552.

b) Gen. *qualitatis*. I, 591: *inmutabili' materiae* quoque corpus habere debent, ad q. l. Lachm.: „hoc est ex immutabili materia confectum, corpus habere Debent". IV, 1212: sed quos *utriusque figurae* esse vides cett. Hic est gen. qualitatis *κατ' ἐξοχήν* dictus.

Adiectiva: II, 50: *rerum*que *potentis*. III, 1027: *rerum*que *potentes*. II, 167: ignari materiai. IV, 436: maris ignaris. II, 650: nil *indiga nostri*. III, 5: certandi — cupidus. VI, 1239 *ritai* nimium *cupidos mortis*que *timentis*. IV, 594: avidum — terricularum (sic Bergk). II, 1052: veri simile. IV, 1211 sq.: tum *similes matrum* materno semine fiunt, ut *patribus* patrio. v. 1218 fit quoque ut inter dum *similes* existere *avorum* possint. V, 830: nec manet ulla *sui similis* res. VI, 542: undique enim *similem* esse *sui* res postulat ipsa. v. 1124 reddatque *sui simile*. V, 813: sucum *consimilem lactis*. III, 462 participem leti. III, 247: cast omnino *nominis expers*. v. 279 *nominis* haec *expers* vis. v. 686 sq *originis expertis* animas. v. 712 funeris expers. V, 357: *plagarum* quia sunt *expertia*. v. 998 expertis opis. VI, 1241: opis expertis (acc.). III, 938 plenus vitae. v. 960 quam satur ac *pleno* discedere *rerum*. IV, 1163: *plena*que *honoris*. III, 1011 *lucis egenus* Tartarus. IV, 704: nec calida ad sensum decurrunt *nuntia rerum*. v. 1033: *nuntia praeclari voltus pulchri*que *coloris*. VI, 77 divinae nuntia formae. v. 1180: quippe patentia cum totiens ac *nuntia mortis* lumina versarent oculorum. Sic Lachm. pro ardentia mortis Lum. V, 840: *orba pedum* partim, *manuum viduata* vicissim. VI, 69: *aliena*que *pacis* eorum. v. 1065: aliarum rerum aliena. II, 843: *secreta teporis* sunt ac *frigoris* omnino *calidi*que *vaporis*.

Verba: II, 13: *rerum*que *potiri*. IV, 766: *mortis leti*que *potitum*. III, 44: nec — quicquam *nostrae rationis egere*. IV, 502 rationis egentem. III, 881: ipse *sui miseret*. V, 1023 imbecillorum — misererier. IV, 713 meminere fugai. V, 1206: et *venit in mentem* solis lunaeque *viarum*. VI, 743: remigi oblitae. Sic Lachm. pro *remigio*. IV, 1183: *stultitiae*que ibi se *damnet*. Sic recte Marullus pro *stultitia*que, v. Lachm. V, 39 sq.: ita ad

satiatem terra *ferarum* nunc etiam *scatit*. VI, 890: fons, *dulcis aquai* qui *scatit*. V, 1162: *ararum complererit* urbes.

Substantiva: I, 924 sq. amorem musarum. V, 173 novitatis amorem. v. 179 vitae — amorem. I, 1082: *medii cuppedine* victae. III, 59 *honorum* caeca *cupido*. v. 1077 *vitai* tanta *cupido*. IV, 1093: *laticum frugum*que *cupido*. II, 360: *desiderio* perfixa *iuvenci*. III, 900 sq. earum — desiderium rerum. v. 918: aut *aliae cuius desiderium* insideat *rei*. v. 922 desiderium nostri. II, 623: conterrere *metu* quae possint *numini'* divae. III, 37: metus — Acheruntis. III, 982 *divom metus* — inanis. v. 1014 metus — poenarum, item V, 1151. V, 73 divom metus. VI, 1212 mortis metus. V, 1180 mortis timor. v. 1223 divum — timore. III, 64 mortis formidine, item v. 79. V, 1218 formidine divum. VI, 52 formidine divom. III, 79 sq. *vitae* percipit humanos *odium lucis*que *videndae*. V, 1416: sic *odium* coepit *glandis*. III, 172: at tamen insequitur languor *terrae*que *petitus* suppus. III, 828 oblivia rerum. VI, 1213 sq. oblivia rerum cunctarum. III, 851: interrupta semel cum sit *retinentia nostri*. Lachm.: „*retinentia* quid sit intellegi non potest, nisi adiciatur cuius rei sit. Lucretius supra v. 675 dixit actarum rerum retinentiam. quarum hanc alteram homo vivus habet, eaque potest non modo amitti atque *excidere*, sed etiam *interrumpi*. huic similis est *nostri retinentia*, per quam retinemus nos tam diu quam non amiserimus nos, ut *et interrumpi* et recipi possit". III, 1015 *scelerisque luella*. III, 1084: *sitis* aequa *vitai*. IV, 264 *sui* det *sensum corporis*. IV, 476: *notitiam veri — falsi*que. v. 479 notitiem veri. v. 854 suae — notitiam utilitatis. V, 182 notities hominum. v. 1047 sq. unde insita *notities* est *utilitatis*. IV, 847 obiectum parmai. IV, 1019: *indicio*que *sui facti* persaepe fuere. IV, 1063: pabula amoris. V, 1405: et vigilantibus hinc aderant *solacia somni*. Sic recte Lambinus pro *somno*, v. Lachm. VI, 54 ignorantia causarum. VI, 971: effluat *ambrosiae* quasi vere et *nectari' linctus*, v. Lachm. VI, 1276 religio divom. Etiam *tenus* cum gen. iunctum ad gen. obiectivum referendum erit. Sic I, 940; IV, 15 labrorum tenus.

II. Syntaxis praepositionum.

Cap. IV.

I. Praepositiones cum ablativo coniunctae.

A, ab a) exprimit locum aut rem, unde aliquid movetur. Motus ille aut cerni potest aut cogitare tantum; dicitur autem cogitato illo motu, ubi quid exit, initium capit, proficiscitur, oritur. (Kampm. de AB praepositionis usu Plautino p. 1). I, 51 animumque sagacem *semotum a curis* adhibe veram ad rationem. v. 463: *semotum ab* rerum *motu placidaque quiete*. II, 648 *semota ab nostris rebus seiunctaque* longe. III, 66 *semota ab dulci vita stabilique* videntur. V, 149 remota sensibus ab nostris. V, 350 quos *a vita* natura *removit*. I, 430 sq. *ab omni corpore seiunctum secretumque* esse *ab inani*. II, 861 omnia sint *a principiis seiuncta* necessest. II, 912 a nobis secreta. III, 552 secreta ab nobis. v. 625: secreta a corpore nostro. IV, 468 sq. res *secernere* apertas *ab dubiis*, animus quas *ab se* protinus addit. V, 446 *a terris* altum *secernere* caelum. I, 410 paulumve *recesseris ab re*. IV, 65: nam cur illa cadant magis *ab rebus*que *recedant* cett. v. 130: quae cumque *ab rebus* rerum simulacra *recedunt*. v. 737 variis ab rebus — recedunt. VI, 1042 Fit — ut *a lapide hoc* ferri natura *recedat*. V, 707 quantum solis *secedit ab orbi*. I, 64 quae caput *a* caeli *regionibus* ostendebat. v. 102: *a nobis* — *desciscere* quaeres. v. 352: usque ab radicibus imis. v. 459: rebus ab ipsis consequitur sensus, transactum quid sit in aevo. v. 637: *a vera* lapsi *ratione* videntur. v. 711: magno opere *a vero* longe derrasse videntur. v. 880: quod tamen *a vera* longe *ratione* repulsumst. II, 82: avius *a vera* longe *ratione* vagaris. v. 176: magno opere *a vera* lapsi *ratione* videntur. v. 229: avius *a vera* longe *ratione* recedit. v. 645: longe sunt tamen *a vera ratione* repulsa. V, 23: longius *a vera* multo *ratione* ferere. v. 406: quod *procul a vera* nimis *est ratione repulsum*. VI, 767: quod *procul a vera* quam sit *ratione* repulsum percipe. v. 853: quod nimis *a vera*st longe *ratione* remotum. I, 662: nil *ab se* mittere possunt. II, 1135

plura modo dispargit et *ab se* corpora mittit. IV, 43: rerum effigias mittier *ab rebus*. v. 64: tenuis quoque debet imago *ab rebus* mitti. v. 564: verbum — missum praeconis *ab ore*. I, 693: nam contra sensus *ab sensibus* ipse repugnat. v. 719: quam fluitans cum magnis anfractibus aequor Ionium *glaucis* aspargit *virus ab undis*. Simile est II, 51: neque *fulgorem* reverentur *ab auro*, utrobique praep. *ab* cum abl. prope distat a significatione genetivi. I, 721: mare *dividit* — Italiae terrarum oras *a finibus* eius. III, 271 initum motus *ab se* quod dividit ollis. v. 882: neque enim se dividit illim nec removet satis, *a proiecto corpore*. I, 739: Pythia quae *tripodi a* Phoebi *lauro*que profatur. V, 112 P. q. *tripode a* Ph. *lauro*que prof. I, 758: quorum utrumque quid *a vero* iam *distet* habebis. IV, 288: eoque distare *ab speculo* tantum semota videtur. V, 122: divino a numine distent. IV, 244: quantum quaeque *ab nobis* res *absit*. V, 630: abest procul a caelo. V, 133: animi natura nequit — *a nervis* et *sanguine* longiter esse. Sic etiam III, 789. I, 782: repetunt *a caelo* atque *ignibus* eius. III, 996 *petere a populo* fasces. V, 1040 *a pinnis* — *petere* auxiliatum. I, 785 retroque *a terra* cuncta reverti. II, 960: nam quare potius leti iam *limine ab ipso* ad vitam possit — reverti. I, 788: meare *a caelo* ad terram. v. 850: neque *ab exitio* res ulla refrenat. I, 935 = IV, 10: id quoque enim non *ab nulla ratione* videtur, ubi *ab* originem exprimit, quasi: non ab nulla ratione profectum. I, 945: volgus abhorret *ab hac*, = IV, 20. I, 980: non est *a fine profectum*. IV, 1222: quae patribus patres tradunt *ab stirpe profecta*. Sic Lachm., quem vide ad VI, 925. — VI, 81: quamquam *sunt a me* multa *profecta*. IV, 483 sq.: an *ab sensu falso* ratio *orta* valebit dicere eos contra, quae tota *ab sensibus orta est*? v. 521: *falsis* quae cumque *ab sensibus ortast*. I, 1088: et calidos simul *a medio* differrier ignis. IV, 163 *ab rebus* — necessest — simulacra ferantur. v. 225 *omnibus ab rebus* res quaeque fluenter fertur, = VI, 935. IV, 284 continuo *a nobis* in eum quae fertur imago pervenit. I, 1091: *a medio* fugiens. VI, 1047 fugere *ab saxo*. Sic Lachm. pro *a*, ut dixit ad versum 925. V, 1320: et nec opinantis *a tergo* deripiebant. VI, 1026: aër *a tergo* quasi provehat atque propellat. v. 1024 a fronte. II, 138: *a principiis* ascendit motus. v. 312: omnis enim longe *nostris ab sensibus* infra primorum natura iacet. v. 515: *ab ignibus* ad

gelidas — pruinas. v. 729: caelumque *a terris* omne retentant. v. 950: a corpore solvit. III, 38: qui vitam turbat *ab imo*. V, 163: *ab imo* evertere summa. III, 57: nam verae voces tum demum *pectore ab imo* eiciuntur. VI, 141: alta arbusta evolvens *radicibus* haurit *ab imis*. III, 197: cogere ut *ab summo* tibi diffluat altus acervus, v. Lach. ad III, 1001, ubi est: quod tamen e summo iam vertice rursum volvitur. III, 74: *ab eodem* saepe *timore* (in Folge derselben Furcht) macerat invidia. v. 644: ut tremere in terra videatur *ab artubus* id quod decidit abscisum. v. 676: id *a leto* iam *longiter* errat. v. 924: nec — *longe ab sensiferis* primordia *motibus* errant. v. 860: *deerrarunt* passim motus *ab sensibus* omnes. v. 820: quod *letalibus ab rebus munita* tenetur. v. 909: illud *ab hoc* igitur *quaerendum est*. IV, 144: perpetuoque fluant *ab rebus*. v. 218 sq.: perpetuoque fluunt *certis ab rebus* odores; frigus ut *a fluviis*, calor *ab sole*, aestus *ab undis*. Iidem versus leguntur VI, 924 sq. VI, 921 *omnibus ab rebus* — fluere. Ita quadratus, neque aliter usquam Lucretius. oblongus *a rebus*. IV, 347: resilire *ab rebus*. v. 685: *a tetro* resilire *reneno*. IV, 417: *a terris* quantum caeli patet altus hiatus. Lachm. ad IV, 830: „non saepius quam ter, nisi fallor, hic poeta dixit *a parte*, in IV, 428 Longe tamen parte ab summa cum tota videtur, et in V, 685 Et quod ab alterutra detraxit parte, item in VI, 1111 Quattuor a ventis et caeli partibus esse; quarto ex emendatione nostra in V, 485 extrema a limini' parte [pro: ad limina partem] propulsa." V, 107: *procul a nobis* flectat. v. 491: procul a terris. VI, 1004 *procul a patria* qui cumque domoque adveniunt. V, 313: ruere avolsos — *a montibus altis*. v. 641: reiciat *gelidis a* frigoris *umbris*. VI, 80: quam quidem ut *a nobis* ratio verissima longe reiciat. v. 960: quae iaciuntur corpora cumque *ab rebus*. V, 754: *a terris* altum caput obstruere ei. v. 1253 sq.: silvasque exederat *altis ab radicibus*. v. 1332: *ab nervis* succisa videres concidere. VI, 424: presteras Graiei quos *ab re* nominitarunt. v. 740: principio, quo Averna vocantur nomine, id *ab re* inpositumst. Consentit cum libris nostris Nonius p. 14, 8, ubi est id a re Impositum est. v. 569: neque *ab exitio* possit reprehendere euntis. v. 621: proinde licet quamvis ex uno quoque loco sol umoris parvam delibet *ab aequore* partem. v. 687: *ab ollis* excussit calidum — ignem. v. 721: venit — *ab austro*. v. 723: exoriens penitus *media ab*

regione dici. v. 968: umor aquae porro ferrum condurat *ab igni*, cui loco plane similis est locus V, 1106, ubi Goebel. quaest. p. 26 certissima emendatione scripsit vitamque priorem commutare novis monstrabant rebus *ab igni*. v. 1054: respuit *ab se*. v. 1191: *a pedibus*que minutatim succedere frigus non dubitabat.

b) Significatio loci transfertur ad tempus. I, 554: ut nil ex illis *a certo tempore* posset conceptum summa aetatis pervadere finis. v. 769: tempore ab omni. III, 331: ab origine prima. V, 548: *prima* concepta *ab origine* mundi. v. 678: ita res mundi cecidere *ab origine prima*. IV, 538 sermo — aurorae perductus *ab exoriente nitore*. V, 977: *a parvis* quod enim consuerant cett.

c) Motus notio transfertur ad *actiones*, quae alicunde exeuntes vim suam exercent. Saepissime id fit apud passivas verbi formas, interdum etiam apud intransitivas. (Kampm. l. c. p. 17). I, 813: *adiutamur* — atque *alimur* nos *certis ab rebus*. II, 99: pars etiam brevibus spatiis *vexantur ab ictu*. III, 285: ut quiddam *fieri* videatur *ab omnibus* unum. v. 323: Haec igitur natura *tenetur corpore ab omni*. v. 430: *a tenui causa* magis icta movetur. v. 522: flectitur a medicina. v. 567: tenentur corpore ab omni. IV, 478: invenies *primis ab sensibus esse creatam* notitiem veri. v. 551: asperitas — vocis *fit ab asperitate* principiorum. v. 591: loca *deserta ab divis*. v. 1087: *restingui* quoque posse *ab eodem corpore* flammam. v. 1168: at Lamia et mammosa Ceres est ipsa *ab Iaccho*, quod est elliptice dictum, v. Hand. Tursell. I, p. 29. IV, 1234: pater *a gnatis* ne *dulcibus* umquam *appelletur*. V, 222: *saevis proiectus ab undis* navita. v. 300: *ab omnibus ignibus* ei exitium — *celatur*. v. 306: non lapides quoque *vinci* cernis *ab aevo*. v. 358: neque *ab ictu fungitur* (h. e. patitur) hilum. v. 604: uti non *magno* solis *ab igni* aera percipiat — ardor. VI, 709: nam neque eum *ferro* nec *frigore* vincere possis interiisse neque *a morbo* neque forte *veneno*. v. 720: quae *gelidis ab stellis* axis *aguntur*. v. 875: in lucem *tremulo* rarescit *ab aestu*. v. 1079: aerique aes *plumbo* fit uti *iungatur ab albo?* v. 1266: *interclusa* anima *nimia ab dulcedine* aquarum.

Cum. I, 114: simul — nobiscum. v. 777: mixtusque videbitur aër *cum terra simul* atque ardor *cum rore* manere. III, 639: simul cum corpore. v. 667: divisast ea quae fuit una *simul cum corpore*. VI, 276: seque simul *cum eo commiscuit igni*. I, 130: cum primis.

v. 716: quorum Acragantinus *cum primis* Empedocles est (opponuntur v. 734 *inferiores*, v. Hand. Tursell. II, p. 172). II, 536. 849: *cum primis* quaerere par est. III, 619: tam quam in morte mali *cum primis* hoc sit eorum. V, 336: et hanc primus *cum primis* ipse repertus nunc ego sum etc. v. 621: nam fieri vel *cum primis* id posse videtur. VI, 260. 939. 1222. I, 275 sq.: ita perfurit *aeri cum fremitu* — ventus. v. 287: molibus incurrit. *validis cum viribus*, amnis. v. 347: esse *raro cum* corpore. VI, 631 *raro cum corpore* tellus *est*. v. 1059: *raro* quia *sunt cum corpore*. I, 755: quae nos nativa videmus *esse* et *mortali cum corpore*. V, 126 cum quovis corpore — esse. v. 352: quia *sunt solido cum corpore*. v. 364: at neque, uti docui, *solido cum corpore* mundi natura*st*. v. 439: deducit pariter *lento cum corpore* nubem. v. 904: *triplici cum corpore* — una. I, 818: *cum quibus et* quali positura contineantur. Eadem leguntur v. 909. II, 761. 1008. — I, 1066: alternis *nobiscum* tempora caeli *dividere*. II, 166 *qua* quicque geratur *cum ratione*. II, 367 teneri *tremulis cum vocibus* haedi. v. 647: *summa cum pace* fruatur. VI, 73 sed quia tute tibi *placida cum pace* quietos constitues magnos irarum volvere fluctus. II, 681 quibus et color et sapor *una* reddita sunt *cum odore*. III, 682 sq. haud ita conveniebat uti *cum corpore* et *una cum membris* videatur in — sanguine cresse. v. 759: ut intereant *una cum corpore* cunctae. V, 1083: mutant *cum tempestatibus una* — cantus. II, 1014 cum quibus — sint — locata. III, 101: vivere *cum sensu*. v. 159: esse animam *cum animo coniunctam*. v. 562: ubi *est coniuncta gravi cum corpore*. IV, 1193: quae conplexa viri corpus *cum corpore iungit*. V, 438: paresque cum *paribus iungi* res (coepere). VI, 1074 sq. *iungitur uno corpore cum* lanae. III, 168 *pariter* fungi *cum corpore*. v. 445 pariter cum corpore. v. 747: *pariter* crescit *cum corpore toto*. v. 769: pariter cum corpore quoque. V, 1228: *cum validis pariter legionibus* atque *elephantis*. VI, 501: ut *pariter* nobis corpus *cum sanguine* crescit. VI, 590: subsedere *suis pariter cum civibus* urbes. III, 201: quae — magis *cum pondere magno* asperaque inveniuntur. v. 233 vapor — trahit aëra *secum*. v. 509: *cum validis ventis* aetatem degere. v. 601: haec *ipso cum corpore* conlabe fiunt. v. 649 amissam laevam *cum tegmine*. v. 700 tanto quique magis *cum corpore* fusa peribit. v. 824 praeter enim quam quod *morbis cum* corporis aegret. IV, 27 *cum corpore* — vigeret. v. 343 pedemque

ponere *nobiscum* credas. v. 539 *cum summost clamore* profusus. v. 968 contractum *cum ventis* degere bellum. v. 1126 grandes *viridi cum luce* zmaragdi auro includuntur. v. 1282 *secum* nos degere vitam. V, 459 *secum* — abstulit. v. 624 *cum* caeli *turbine* ferri. v. 627 relinqui — solem *cum posterioribu' signis*. v. 631 *cum signis* tendere cursum. v. 715 *proprio cum lumine* — volvier. v. 864 canum *fido cum pectore*. v. 1311 prae se misere leones *cum doctoribus armatis*que *saevis*que *magisstis*. v. 1391 haec — iuvabant *cum satiate* cibi. VI, 5: virum *tali cum corde* repertum. v. 75 nec delubra deum *placido cum pectore* adibis. v. 95 te duce ut *insigni* capiam *cum laude* coronam. v. 225: hunc tibi subtilem *cum primis ignibus* ignem constituit natura. v. 371: et calor extremus *primo cum frigore mixtus*. v. 678 cum tamen omnia *cum caelo terra*que *mari*que nil sint ad summam summai totius omnem. v. 1202 capitis *cum* saepe *dolore* corruptus sanguis expletis naribus ibat. v. 1233 deficiens animo *maesto cum corde* iacebat. v. 1268 languida *semanimo cum corpore* membra videres cett. v. 1285 *multo cum sanguine* saepe rixantes potius cett.

De a) dicitur de loco, unde aliquid movetur, sive verus est locus sive res per metaphoram pro loco accepta. I, 191: quicque *suo de materia* grandescere alique. v. 384: duo *de concursu* corpora lata si cita *dissiliant*. v. 411: hoc tibi *de plano* possum promittere, Memmi. v. 413: lingua *meo* suavis *diti de pectore* fundet. v. 437: *nulla de parte* quod ullam rem prohibere queat. v. 788: meare *a caelo* ad terram, *de terra* ad sidera mundi. v. 1017: dispulsa *suo de coetu*. v. 1111: nam *qua* cumque prius *de parti* corpora desse constitues. II, 210: sol etiam *summo de vertice* dissipat omnis ardorem in partis. v. 235: at contra nulli *de nulla parte* - inane potest vacuum subsistere rei. v. 354: sanguinis expirans — *de pectore* flumen. v. 846: nec iaciunt ullum proprium *de corpore* odorem. v. 877: *nostro de corpore* saepe ferarum augescunt vires. v. 1124: plura sibi adsumunt quam *de se* corpora mittunt. v. 1154: haud - mortalia saecla superne aurea *de caelo* demisit funis in arva. III, 213: libatum *de toto corpore*. v. 223: sucus *de corpore* crescit. v. 225 detractum de pondere. v. 514: de summa detrahere. v. 594: *toto solvi de corpore* velle. v. 608: ire foras — *de corpore toto*. v. 991: praebere cibum *proprio de corpore*. v. 1016: horribilis *de saxo* iactu' deorsum. v. 1088: nec — demimus

hilum *tempore de* mortis. IV, 31: membranae *summo de corpore* rerum dereptae. v. 43: mittier ab rebus, *summo de corpore* rerum. v. 53: cuius cumque cluet *de corpore* fusa vagari. v. 59: vitali cum membranas *de corpore summo* nascentes mittunt. v. 64: tenuis quoque debet imago ab rebus mitti, *summo de corpore* rerum. v. 74: (largiri) *de summis* — colorem. v. 84: lintea *de summo* cum *corpore* fucum mittunt. v. 123: *suo de corpore* odorem expirant. v. 308: quia luroris *de corpore* eorum semina multa fluunt. v. 326: fit quoque *de speculo* in speculum ut tradatur imago. v. 338: quia *de speculo* in speculum transfertur imago. v. 344: *de* speculi *qua parte* recedas. v. 397: exstant usque procul *medio de gurgite* montis. v. 541: amittit *de corpore* partem. v. 816: adopinamur *de signis* maxima *parvis*. v. 875: sitis *de corpore nostro* abluitur. v. 932: *externa* corpus *de parte* necessum est — tundier. v. 998: corpus *de terra* corripere instant. v. 1020: *de montibus altis* ut qui praecipitent. v. 1056: umorem — *de corpore* ductum. v. 1133: quoniam *medio de fonte* leporum surgit amari aliquit. v. 1214: *corpore de patrio* et *materno sanguine* crescunt. V, 275: fluit *de rebus*. v. 487: expressus — *de corpore* sudor. v. 568: nil ea in his intervallis *de corpore* libant flammarum. v. 576: sive suam *proprio* iactat *de corpore* lucem. v. 793: *de caelo* cecidisse. v. 794 *de salsis* exisse *lacunis*. v. 906: ore foras aerem flaret *de corpore* flammam? v. 920: quae *de terris* nunc quoque abundant. VI, 76: nec *de corpore* quae *sancto* simulacra feruntur in mentes hominum. v. 99: nec fit enim sonitus caeli *de parte serena*. v. 117: *de latere* ire. v. 209: quin etiam solis *de lumine* multa necessest concipere. v. 329: ut validis quae *de tormentis* missa feruntur. v. 386: quidve nocere queat *de caelo* fulminis ictus. v. 427: in mare *de caelo* descendat. v. 433: in mare *de caelo* — demissa columna. v. 466 sq.: ipso *vertice de* montis videantur surgere in aethram. v. 477 surgere *de terra*. v. 512: urget, *de supero* premit. Sic Lachm. pro *urgete supero*, dicens: „magis proprie *de supero*, quo Plautus usus est, dicitur quam *desuper*." v. 522: *omni* — *de parte* feruntur. v. 604: subdit et hunc stimulum *quadam de parte* timoris. v. 633: in mare *de terris* venit. v. 735: forsitan Aethiopum penitus *de montibus altis* crescat. v. 766: ducere *de latebris* serpentia saecla ferarum. v. 819 sq.: *de terra* quae surgit in auras, ut spatium caeli *quadam de parte* venenet. v. 855: non quierit calidum *supera de* reddere *parte*. v. 884: *de terra*que

necessest funditus ipsa ignis corpora — consurgere. v. 908: quem Magneta *vocant patrio de nomine* Grai. v. 1101: *de terra* surgunt.

b) significationem habet partitivam. II, 104: et cetera *de genere* horum paucula. v. 183: nunc id quod super est *de motibus* expediemus. v. 430: fecula iam *quo de genere* estinulaeque sapores. III, 481: cetera *de genere hoc*. v. 852: nil — *de nobis*. IV, 145: semper enim summum quicquid *de rebus* abundat. v. 462: *cetera de genere hoc* miracli multa videmus. v. 590: *cetera de genere hoc* monstra ac portenta loquontur (Brixiensis editio *Praeterea genere hoc*). Eodem modo V, 845 *Cetera de genere hoc* monstra ac portenta creabat. IV, 744: cetera de genere hoc. 832. 1170. VI, 244. V, 37: *cetera de genere hoc* quae sunt portenta perempta. v. 164. v. 893 et 1449: *cetera de genere* horum. VI, 676: omnia *de genere omni*.

c) dicitur de origine. I, 157: nil posse creari *de nilo*. v. 159: Nam si *de nilo* fierent. v. 180: quod si *de nilo* fierent. v. 205: nil igitur fieri *de nilo* posse fatendumst. v. 266: creari *de nilo*. v. 542: *de nilo*que *renata* forent. v. 544: nil posse *creari de nilo*. v. 674: *de nilo*que renata vigescat copia rerum. v. 757: *de nilo*que renata vigescere copia rerum. v. 836: *de pauxillis* atque *minutis visceribus* viscus gigni — putat. v. 840: *de terris* terram concrescere *parvis*. v. 858: creari *de nilo*. II, 287: *de nilo* quoniam fieri nil posse videmus. v. 389: nisi luminis illa minora corpora sunt quam *de quibus* est liquor almus aquarum. v. 733: *nigro de semine* nata. v. 791: de nigris (creantur). v. 793: exorientur candida *de nullo*. v. 824 et nigros fieri *nigro de semine* cycnos. v. 872: videre licet vivos existere vermes *stercore de taetro*. v. 975: quid, genus humanum propritim *de quibu' factumst?* v. 999: *de terra* quod fuit ante. III, 278: *corporibus* quia *de parvis paucis*que *creatast*. v. 750: canes *Hyrcano de semine*. IV, 1225: quandoquidem nilo magis haec *de semine certo* fiunt quam facies et corpora membraque nobis. Sic Antonius Marii et Marullus, hoc est aut virili aut muliebri. v. 1227: et muliebre oritur *patrio de semine* saeclum. v. 1229: semper enim partus *duplici de semine* constat. V, 279: haut igitur cessat gigni *de rebus*. v. 440: sed nova tempestas quaedam molesque coorta omne genus *de principiis*. Sic Lachm. pro *omnigenus e princ.* VI, 290: *quo de concussu* sequitur gravis imber et uber.

d) de tempore. II, 265: de subito, item III, 643. V, 651: *de longo cursu* sol ultima caeli impulit.

e) Significat causam. VI, 85 qua de causa. v. 204 *Hac — fit — de causa.*

f) Respondet Graecorum *περὶ* cum genetivo. I, 25: (versibus) quos ego *de* rerum *natura* pangere conor. v. 54: nam tibi *de summa* caeli *ratione* deumque disserere incipiam. v. 127 sq.: *superis de rebus* habenda nobis est ratio. v. 334: quaerere — *de summa* rerum. v. 416: quam tibi *de quaris una re* versibus omnis argumentorum sit copia missa. v. 424: haut erit *occultis de rebus* quo referentes confirmare animi quicquam ratione queamus. v. 931 (= IV, 6): magnis doceo de rebus. I, 933 (= IV, 8): quod *obscura de re* tam lucida pango carmina. II, 978: *de* rerum *mixtura* dicere. III, 825: quod eam *de rebus* saepe *futuris* macerat. v. 843: si iam *nostro* sentit *de corpore.* v. 853: neque iam *de illis* nos adficit angor. IV, 989: et quasi *de palma* summas contendere viris. Sic Lambinus pro *de palmas.* Corrector oblongi *de palmis,* itaque Antonius Marii, item olim impressi et Marullus. v. 1018: *de magnis rebu'* loquuntur. V, 52 sq.: *ipsis immortalibu' de divis* dare dicta. v. 110 *Qua — de re* fundere fata. v. 393 magnis inter se *de rebus* cernere. v. 1082 *de victu* certant. VI, 768: nam *de re* nunc *ipsa dicere* conor. v. 940 *qua de* disserere adgredior. v. 979 ipsa — dicere de re.

E, ex. a) significat exire aliquid ex interioribus alicuius rei partibus nec solum de loco dicitur, sed etiam de aliis rebus et actionibus, in quibus aliqua loci similitudo est (Kampm. de DE et EX praep. usu Plaut. p. 9). I, 37: *eque tuo pendet* resupini spiritus *ore.* VI, 911 pendentibus ex se. VI, 914: unus ubi *ex uno dependet.* II, 479 et 523: ex hoc apta. III, 839: *quibus e* sumus uniter *apti.* IV, 829: validis ex apta lacertis. I, 39: suavis *ex ore* loquellas *fundo.* I, 88: *ex utraque* pari malarum *parte profusast.* V, 225: cum primum in luminis oras nixibus *ex alvo* matris natura *profudit.* I, 117 sq.: qui primus *amoenо* detulit *ex Helicone* cett. v. 161: *e mare* primum homines, *e terra* posset oriri squamigerum genus. v. 185: si *e nilo* crescere possent. v. 187: *e terra*que exorta repente arbusta salirent. v. 867: quae cumque *e terra* corpora crescunt. IV, 432: *ex vadis* ortus — sol. I, 804: in auras aëris *e terra* res omnis crescere alique. II, 1156: sed gemit tellus eadem quae nunc alit *ex se.* VI, 1013: corpora si nequeunt *e ferro* plura coorta in vacuum ferri, quin anulus ipse

sequatur. I, 217: nam siquid mortale *e cunctis partibus* esset. Sic Itali et impressi pro *cunctis p. e.* v. 843, ad quem l. Lachm. confert v. 667: *ex nulla* facere id si *parte* reparcent. IV, 721: Laedere ne possint *ex ulla* lumina *parte*. — III, 30: natura — *ex omni parte* retecta est. v. 107: cum tamen *ex alia* laetamur *parte latenti*. IV, 515: aliqua — ex parti. v. 830: esse manusque datas *utraque ex parte* ministras. Lachm.: „Marullus *a parte*. verius est *utraque EX parte*, ut in V, 511 Ex utraque polum parti premere aëra. *ex parte*, non *e*, ut dixi ad librum I, 843." V, 511 ex utraque — parti. v. 712: labitur *ex alia* signorum *parte* per orbem. v. 721: dimidia ex parti. VI, 409: cur tonat *ex illa parte*. v. 558: collectus *parte ex una*. v. 610: veniant *ex omni — parte*. v. 694: *magna ex parti* mare montis ad eius radices frangit fluctus. v. 721: *ex aestifera parte* venit. v. 1029: *parte* quod *ex una* spatium vacat. I, 218: *ex oculis* res quaeque repente erepta periret. v. 263: alid ex *alio* reficit natura. v. 283: *montibus ex altis* magnus decursus aquai. v. 1086: magnasque *e montibus* undas. V, 646: *montibus e magnis* decursus aquai. I, 412: *largis haustos e fontibus* amnis. v. 611: non *ex* ullorum *conventu* conciliata. v. 737 ex adyto. v. 811: vita — *omnibus e nerris* atque *ossibus exsolvatur*. III, 697: *exsolvere* sese *omnibus e nerris* atque *ossibus articulis*que. IV, 908: e pectore solvat. I, 854 ex aequo. III, 125: neque *ex aequo* fulcire salutem. I, 856: quae manifesta videmus *ex oculis nostris* — victa perire. v. 873 sq.: auget *ex alienigenis*. v. 1062: neque posse *e terris* in loca caeli recedere. II, 2: *e terra* magnum alterius spectare laborem. v. 70: ex oculisque vetustatem subducere *nostris*. v. 227: incidere *ex supero* levioribus. v. 241 haud — poterunt levioribus incidere umquam *ex supero* graviora. v. 248: *ex supero* cum praecipitant, v. Lachm. ad VI, 511. — IV, 86: ex summo. V, 1125 e summo. III, 1001: quod tamen *e summo* iam *vertice* rusum volvitur. (Marullus *a summo*, Avantius *e summo* pro *summo*). VI, 201: et ignis semina convolvunt *e nubibus*. In impressis *e* additum pro: convolvunt nubibus. v. 553: gleba vetustate *e terra* provolvitur ingens. IV, 73: ex alto. v. 200: *ex alto*que foras mittuntur. v. 694: *ex alto* primum quia vix emittitur *ex re*. v. 863 multaeque per sudorem *ex alto* pressa feruntur. VI, 1018: Sive *e transverso*. Lachm.: „Marullus *ex*, rectius *E* Antonius Florentinus. sic semper ante *t*, e terra, e terris, e tenebris, e taedis,

e toto, e tantis, e thuris glebis." II, 305: effugere ex omni. v. 715: fugiunt e corpore. v. 438: atque *ex offensu* cum turbant corpore in ipso semina (in Folge des). III, 157: concidere *ex* animi *terrore* videmus saepe homines. v. 441: corpus — conquassatum *ex aliqua re*. V, 1146: *ex inimicitiis* languebat. v. 1148: acrius *ex ira* quod — se quisque parabat. VI, 72: ut *ex ira* poenas petere inbibat acris. v. 280: (calescit) *e contagibus* ignis. II, 612: quia primum *ex illis finibus* edunt — fruges coepisse creari. v. 660: *ex uno* tondentes gramina *campo*. v. 663: *ex uno*que sitim sedantes *flumine* aquai. v. 711: sua cuique *cibis ex omnibus* intus in artus — discedunt. v. 873: putorem cum sibi nacta est *intempestivis ex imbribus* umida tellus. v. 968: nullamque voluptatem capere *ex se*. VI, 628: umorem magno conceptum *ex aequore* ponti. II, 194 *e nostro* com *missus corpore* sanguis emicat. v. 1000: *missumst ex* aetheris *oris*. VI, 257: e caelo demissum. II, 1041: *expuere ex animo* rationem. VI, 68: quae nisi *respuis ex animo* longeque remittis. II, 1112: locis ex omnibus. III, 1: *E tenebris tantis* tam clarum extollere lumen qui primus potuisti (sic Lachm. pro *O*). v. 877: nec radicitus *e vita* se tollit et eicit. VI, 506 *ex omnibus umnibus* umor tollitur. III, 10: *tuis*que *ex*, inclute, *chartis*, — omnia nos itidem depascimur aurea dicta. v. 49: fugati *conspectu ex* hominum. v. 137: unam naturam conficere *ex se*. v. 163: corripere *ex somno* corpus. v. 218: e toto — corpore cessit. IV, 862: (recedere) ex animalibu'. III, 439: cum semel *ex* hominis *membris* ablata *recessit*. v. 289: cum fervescit et *ex oculis* micat *acribus* ardor. (sic recte Lambinus pro *acrius*). v. 327: *e* thuris *glebis* evellere odorem. v. 545: an contracta *suis e partibus* obbrutescat. v. 908: merorem *e pectore* demet. v. 925: *ex somno* se colligit. v. 1060: exit — magnis ex aedibus. V, 341: aut *ex imbribus adsiduis exisse* rapaces — amnes. v. 833: porro aliut clarescit et *e contemptibus exit*. *E* Marullus addendum vidit. v. 1278: e contemptibus exit. IV, 1022: et *ex somno* quasi mentibu' capti vix ad se redeunt. IV, 91 sq.: odor, fumus, vapor atque aliae res consimiles, ideo diffusa *e rebus* abundant, *ex alto* quia dum veniunt, extrinsecu' torte scinduntur per iter flexum. Lachmannus *diffusa e* pro *diffusae*, Lambinus ad *diffusae* addidit *e*. *ex alto* et *extrinsecus* sibi invicem opposita sunt. IV, 107: reddunt speculorum *ex aequore* visum. v. 157: fluere — e corpore summo. V, 601: *ex uno capite* hic ut *profluat*

ardor. v. 637: *e* mundi *transversis partibus — fluere.* VI, 312 sq.: *confluere ex ipso* possunt elementa vaporis, et simul *ex illa* quae tum res excipit ictum. v. 1002: fluere ex lapide hoc. IV, 215: imago aetheris *ex oris* in terrarum *accidat* oras. V, 609: *accidere ex una scintilla* incendia. IV, 273: multa facitque foris *ex aedibus* ut videantur. v. 312 *e tenebris* — quae sunt in luce tuemur. v. 348 e luce. v. 374: *e regione eadem* nos usque secuta. VI, 344: nam facit ut quae sint illius seminis cumque *e regione* locum quasi in unum cuncta ferantur. v. 742: *e regione* ea quod loca cum venere volantes cett. v. 823: ut cadat *e regione* loci. v. 833: cuius ubi *e regione* loci venere. IV, 536: detrahat *ex — nervis* ac *viribus ipsis.* v. 545: *tortis convallibus ex* Heliconis — tollunt — querellam. v. 720: exitus *ex oculis* liber datur. v. 928: ex igni caeco consurgere. VI, 474: *e salso consurgere homine* ponti. v. 476: *fluviis ex omnibus — surgere* — nebulas — videmus. VI, 499 multa simul vincam *consurgere* nubibus ipsis *omnibus ex rebus.* v. 788: scilicet, haec ideo *terris ex* omnia *surgunt.* IV, 1032: conveniunt — e corpore quodam. V, 599: ex omni mundo — conveniunt. IV, 1037: *Sollicitatur* id *e nobis.* Sic Lachm. pro *nobis* vel *in nobis.* V, 162: sollicitare suis — ex sedibus. IV, 1040: *ex homine* humanum semen ciet una hominis vis. v. 1094: *ex* hominis vero *facie pulcro*que *colore* nil datur in corpus praeter simulacra fruendum. v. 1210: *summis ex viribu'* tendunt. v. 1249 *ex aliis*que succipiunt aliae pondus magis. V, 11: quique per artem *fluctibus e tantis* vitam *tantis*que *tenebris* in tam tranquillo — locavit. v. 20: (deus) *ex quo* nunc etiam — permulcent animos solacia. v. 49: *ex animo*que expulerit. v. 303: *ex alio* atque *alio* lucem iactare *subortu.* v. 322: alias *ex se* res auget. v. 387: omnia diluviare *ex alto gurgite* ponti. v. 566: *quibus e spatiis* cumque ignes lumina possunt adicere. v. 615: *aestivis e partibus* — adeat flexus (sol). v. 663: *Idaeis — e montibus altis* — ignis — cerni. v. 929: nec facile *ex aestu* nec *frigore* quod caperetur. v. 949: *quibus e* scibant umori' fluenta lubrica proluvie larga lavere umida saxa. v. 1133: sapiunt *alieno ex ore.* VI, 32: et *quibus e portis* occurri cuique deceret. v. 145: *e nubi* in nubem vis incidit ardens. v. 148: ut calidis candens ferrum *e fornacibus* — stridit. v. 273: et multa necessest concipere *ex* solis *radiis ardore*que eorum. v. 304: alia (corpora) *ex ipso conradens aëre* portat, cf. v. 444: conradens ex aëre. v. 346: *ex ipso* veniens trahat *aëre* quaedam

corpora. v. 620: quamvis *ex uno quoque loco* sol — delibet — partem. v. 634: manare ex aequore salso. v. 944: *manat* item nobis *e toto corpore* sudor. v. 696: *ex hoc usque mari* speluncae montis ad altas perveniunt subter fauces. v. 825: reliquias vitae *membris ex omnibus* aufert. v. 1057: aestus non valet *e lapide hoc* alias impellere item res. v. 1259 sqq.: nec minimam partem *ex agris* maeroris in urbem confluxit labes, quem contulit agricolarum copia conveniens *ex omni* morbida *parte*.

b) De toto aliquid depromi significat et cum partitivis notionibus iuncta partitivam vim *ex* praepositio accipit (Kampm. l. l. p. 14). III, 718: ut nullas partis in corpore liquerit *ex se*. II, 693: nulli inter se duo sint *ex omnibus* idem. v. 969: quandoquidem non sunt, *ex ullis* principiorum *corporibus*, quorum motus novitate laborent. V, 531: *e quibus* una tamen sist haec quoque causa necessest. VI, 710: aliquid genere esse *ex hoc* quod contigit ei scimus. v. 1066: multa parum *genere ex hoc*.

c) *Ex* originem indicat, qua quid efficitur et procreatur. I, 61: quod *ex illis sunt* omnia *primis*. v. 654: ne dum variantia rerum tanta queat *densis rarisque ex ignibus esse*. v. 664: ut videas non *e stipatis partibus esse*. v. 841: *ignibus ex* ignis — *esse*. II, 402: *e levibus* atque *rotundis esse* ea quae sensus incunde tangere possunt. v. 451: illa quidem debent *e levibus* atque *rotundis esse* magis. Lachm.: „*e levibus* extat in versu 402 455 458 466 et in V, 455.“ II, 458: si minus *omnibu' sunt e levibus* atque *rotundis*. v. 463: non *e perplexis* sed *acutis esse elementis*. v. 466: *e levibus* atque *rotundis est*. v. 485 sq.: fac enim *minimis e partibus esse* corpora prima *tribus*. v. 731 sq. albis ex — principiis esse. v. 984: *ex aliis* eadem haec *facientibus ut sit*. III, 244: (extat) nec magis et *parvis* et *levibus ex elementis*. v. 267 sq.: *ex his omnibus est* unum perfectum corporis augmen. v. 865: haec eadem, *quibus e* nunc *sumus*, ante fuisse. IV, 399: insula *coniunctis* tamen *ex his* una videtur. v. 627: voluptas est *e suco* fine palati. V, 455 sq.: *e levibus* atque *rotundis seminibus* multoque *minoribu' sunt elementis*. Apud Macrobium Sat. VI, 2 *ex*, de quo v. Lachm. ad librum II, 451. — VI, 330: *e parvis* et *levibus est elementis*. v. 353 sq. *e parvis* quia facta minute *corporibus* vis est et *levibus ex elementis*. I, 150: nullam rem *e nilo gigni* divinitus unquam. v. 172: atque hac re nequeunt *ex omnibus* omnia *gigni*. v. 835: ossa,

videlicet, *e pauxillis* atque *minutis ossibus* hic — *gigni* — putat. II, 759: *e quibus* omne genus *gignunt*. v. 870: ex insensilibus — gigni. v. 888: *ex insensilibus* ne credas sensile *gigni?* v. 892: non *ex omnibus — gigni*. v. 930: scire licet *gigni* posse *ex non sensibu'* sensus. VI, 246 sq.: fulmina *gignier e crassis* alteque putandumst *nubibus extructis*. I, 159: *ex omnibu' rebus* omne genus *nasci* posset. III, 710: nata *ex illa* quae tum periit partita per artus. I, 204: *e qua* constat quid possit *oriri*. II, 383: (ignis) e taedis terrestribus ortus. v. 387: ignis noster hic *e lignis ortus* taedaque creatus. v. 932: Quod si forte aliquis dicet, dum taxat, *oriri* posse *ex non sensu* sensus mutabilitate cett. III, 970: alid *ex alio* numquam desistet *oriri*. I, 235: *e quibus* haec rerum *consistit* summa refecta. v. 636: *ex igni* summam *consistere solo*. v. 706: *ex igni* summam *consistere* posse. v. 839: *ex* aurique putat *micis consistere* posse aurum. v. 872: *ex alienigenis consistant* ligna necessest. II, 584: quod *genere ex uno consistat* principiorum. V, 237: *e quibus* haec rerum *consistere* summa videtur. I, 616: corpora *constabunt ex partibus infinitis*. v. 622: *ex infinitis constabunt partibus* aeque. v. 796: constare — ex aliis. v. 865 sq.: *ex alienigenis rebus constare* putetur, *ossibus* et *nervis* sanieque et *sanguine* mixtim. v. 868 sq.: terram *constare* necessest *ex alienigenis*. II, 159: ipsa *suis e partibus* una. v. 385: e parvis constare figuris. v. 538: elephantis, India quorum *milibus e multis* vallo munitur eburno (h. e. vallo e multis milibus constante). v. 691: ex aliis constare elementis. v. 698: ex aliis constare. v. 820: quae *constant ex illis*. v. 866: ex insensilibus — constare. v. 981 sq.: *ex aliis — constare elementis*, inde alia *ex aliis*. III, 375: quam *quibus e* corpus nobis et viscera *constant*. IV, 534: constent corporeis e principiis. v. 648: proinde *ex seminibus constant* variante figura. Sic Lachm. pro: Proinde et seminibus constant variantque figura. I, 669: e nilo fient. II, 986 sq. (si) ridere potest non *ex ridentibu' factus* (v. Lachm.), et sapere et doctis rationem reddere dictis non *ex seminibus sapientibus* atque *disertis*. IV, 186: sunt e primis facta minutis. v. 738: quae confiunt *ex* horum *facta figuris*. v. 739: *ex vivo* Centauri non *fit* imago. V, 890: ne forte *ex homine* et *veterino semine* equorum *confieri* credas Centauros posse. I, 714 sq.: et qui *quattuor ex rebus* posse omnia rentur *ex igni terra* atque *anima procrescere* et *imbri*. v. 763: Denique *quattuor ex rebus* si cuncta

creantur. v. 773: nulla tibi *ex illis* poterit res *esse creata.* v. 785: terramque *creari ex imbri.* II, 790 sq.: *ex albis* quoniam non alba *creantur,* nec quae nigra cluent *de nigris,* sed *variis ex.* v. 903: *creari — ex aliis* sentire *suëtis.* III, 34: ex his — creari. V, 796: *e terra* quoniam *sunt* cuncta *creata.* v. 1013: prolemque *ex se* — videre *creatam.* V, 319: *procreat ex se* omnia. II, 668: quamvis animantem *ex omnibus* unam ossa — constituunt. V, 880: *ex alienigenis membris* compacta.

d) De causa dicitur. III, 593: aliqua — e causa. v. 1055: *e quibus* id fiat *causis.* IV, 27: *quibus e rebus* — vigeret. V, 752: *pluribus e causis* fieri, v. Lachm. ad VI, 761. V, 860: nobis *ex utilitate sua* quae commendata manent. v. 1252: *qua cumque e causa* — exederat. VI, 172: pariter qui mittitur igni *e simili causa,* concursu natus eodem. Lachm.: „Sic oblongus et Brixiensis: *Et simili* quadratus, Antonius, Veronensis. verius est *E.*“

e) Coniungitur cum verbis mentis aliquam actionem exprimentibus et hominem aut rem proponit, cuius ope aliquid cognoscitur (Kampm. l. l. p. 16). I, 407: alid *ex alio* per te tute ipse videre — poteris. v. 751: *conicere* ut possis *ex hoc.* II, 178 sq.: hoc tamen *ex ipsis* caeli *rationibus* ausim confirmare *aliisque ex rebus* reddere *multis.* Eadem leguntur V, 196 sq. IV, 663: *ex his rebus cognoscere* quaeque. VI, 423: ex his cognoscere rebus. V, 1134: *petuntque* res *ex auditis* potius quam *sensibus ipsis.* VI, 987: cernimus e sucis.

f) Adhibetur ad indicandam mutationem quandam, ita ut res conditionem sive naturam sive formam quam habet relinquat aut amittat et aliam induat (Kampm. p. 18). IV, 325: *e laevo sit* mutua dexter, h. e. laevus qui antea fuit, fiat mutua dexter. I, 186 sq.: nam *fierent* iuvenes subito *ex infantibu' parvis.* v. 661: *fieri*que *ex omnibus* unum corpus. III, 761: cur *e sapienti* stulta queat *fieri.* II, 778: ut saepe *ex aliis formis variis*que *figuris efficitur* quiddam quadratum. VI, 911: quippe catenam saepe *ex anellis* reddit *pendentibus.* I, 630: iam nil *ex illis* eadem reparare valeret.

g) *ex animo* III, 109: cum miser *ex animo* laetatur corpore toto. v. 914. IV, 1195: nam facit *ex animo* saepe.

h) *Ex* ita dicit proficisci aliquid et prodire ex aliqua re, ut ei consentaneum sit, idem quod *secundum* gemäss (Kampm.

p. 19). I, 605: inde aliae atque aliae similes *ex ordine* partes agmine condenso naturam corporis explent. IV, 370, 574, 973 ex ordine. V, 418: *ex ordine* ponam. v. 679: redeunt *ex ordine certo*. IV, 852: *ex usu* quae sunt *vita*que reperta.

i) *Ex* cum temporis notionibus coniunctum indicat rem aliquam a certo quodam temporis momento initium capere et continuari aut omnino simpliciter post aliam fieri (Kampm. p. 20). I, 550: nec ratione queunt alia servata per aevom *ex infinito* iam *tempore* res reparare. v. 991: ex infinito — tempore. I, 997 et 1025 et II, 530 ex infinito. II, 255: *ex infinito* ne causam causa sequatur. v. 574: *ex infinito* contractum *tempore* bellum. V, 188 et 423: *ex infinito* iam *tempore* percita plagis. v. 316: *ex infinito* quae *tempore* pertolerassent etc. v. 378: *ex infinito* iam *tempore*. I, 578: ex aeterno tempore. II, 743: ex ineunte aevo. III, 344. 745. V, 537. 555. 859. III, 1092 sq.: *ex hodierno lumine* qui finem vitae fecit. I, 1115: namque alid *ex alio* clarescet, cf. V, 1456: namque alid *ex alio* clarescere conveniebat. V, 829: *ex alio*que alius status *excipere* omnia debet. v. 835: *ex alio* terram status *excipit* alter. v. 1305: alid *ex alio* peperit discordia. VI, 1036: nullo cessabant tempore apisci *ex aliis* alios avidi contagia morbi.

l) Instrumentum significat VI, 1012: quo *ducitur ex elementis*. Sic Lachm. pro *quod dicitur ex elem.*, „conciso quodam dicendi genere, inquit, cuius simile exemplum non possum promere, qualia forent *ducere ex manu, ex fune, ex catena*. Graeci haec frequentant ad significandam instrumenti, quo aliquid ducitur, continuitatem. scilicet anulus ex elementis ferri cohaerens iisdem elementis in vacuum ducitur.“ Bernaysius tamen *ex elementis* uncis includit.

Prae a) significationem habet loci. IV, 286: atque alium *prae se* propellens aëra volvit. V, 1310: et validos partim *prae se* misere leones.

b) significat causam IV, 1167: cum vivere non quit *prae macie*.

Pro adverbium est coniunctum cum *quam*, quod tribus locis legitur Lucretianis, II, 1137: nec satis est, *pro quam* largos exaestuat aestus, unde queat tantum suboriri. III, 199: igitur parvissima corpora *pro quam* et levissima sunt, ita mobilitate feruntur. VI, 11: *pro quam* posset. Lachmannus ad h. l., qui defendit

pro quam contra Handium in Tursellino IV, p. 616, comparat *pro ut, prae ut, prae quam, praeter quam, post quam, ante quam, super quam.*

Praepositio *pro* a) idem significat ac *loco* s. *instar alicuius rei.* III, 367: si *pro foribus* sunt lumina nostra. IV, 466: *pro visis* ut sint quae non sunt sensibu' visa. v. 761: quem reddita *pro vita* iam mors et terra potitast. Sic Lachmannus pro *reddita vita.*

b) Idem significat quod *secundum, ratione alicuius rei habita.* I, 807: sua pro parte. IV, 550 pro parte. V, 257: pro parte sua. II, 231: haec *pro ponderibus* casus celerare necessest. V, 2: Quis potis est dignum pollenti pectore carmen condere *pro* rerum *maiestate hisque repertis?* Sic Lambinus coniectura pro: pro rerum maiestatis atque repertis. v. 4: qui fingere laudes *pro meritis* eius possit. v. 231: nec varias quaerunt vestes *pro tempore* caeli. v. 1058: pro vario sensu. v. 1111: *pro facie* cuiusque et *viribus ingenio*que. v. 1174: vocesque superbas mittere *pro facie praeclara* et *viribus amplis.* VI, 1281: quisque suum *pro re* compostum maestus humabat.

c) De remuneratione dicitur. III, 1014: poenarum *pro* male *factis.* V, 118: pendere eos poenas *inmani pro scelere* omnis.

Tmesin in compositione cum verbo passa est praepositio VI, 1264: multa siti protracta viam per *pro*que *voluta.*

Sine I, 22: sine te. v. 155: *opera sine* divom. II, 168: deum *sine numine.* I, 192: sine certis imbribus. v. 198: quam *sine principiis* ullam rem existere posse. v. 213: *nostro sine* quaeque *labore* sponte sua multo fieri meliora videres. v. 363: sine pondere. I, 396 sine inani, item v. 510. 532. 538. — v. 443: sine corpore, item III, 166. 508. 554 sq.: sic animus per se non quit *sine corpore* et *ipso* esse *homine.* v. 560. 731. 788. V, 132 *s. corpore* oriri. I, 451 sq.: sine perniciali discidio. III, 326 sine pernicie. v. 347 *sine peste malo*que. I, 601: *sine partibus* extat. II, 5: *tua sine parte* pericli. I, 1054 sq.: sine ullis ictibus externis. II, 809: *sine eo* (luminis ictu) fieri non posse putandum est. II, 92: quoniam spatium *sine fine modo*quest. v. 193: sine vi subigente. III, 333: *sine* alterius *vi.* II, 423: haut *sine principiali aliquo levore* creatast. v. 425: non *aliquo sine* materiae *squalore* repertast. v. 795: *sine luce* — esse. v. 939: constare — *sine odore ullo.* III, 113: effu-

sumque iacet *sine sensu* corpus honustum. v. 165: sine tactu. v. 398 *sine mente animo*que. IV, 238: neque posse *sine his* res ulla videri. v. 810: nec *sine eo* fieri posse ut cernamus acute. v. 1074: quae sunt *sine poena*. V, 16: his — sine rebus. v. 18: bene non poterat *sine puro pectore* vivi. V, 841: muta *sine ore* etiam, *sine voltu* caeca reperta. v. 869: *sine* pabula parta *labore*. v. 1426: nudos *sine pellibus*. VI, 207: cum sunt *umore sine ullo*. v. 217 sq.: *sine taetro terrore* et *sonitu* fulgit. v. 300 et 310: sine igni. v. 1055: sine eo. v. 1210: et *manibus sine* non nulli *pedibus*que manebant.

II. Praepositiones cum accusativo coniunctae.

Ad a) motum exprimit sive verum sive per metaphoram intellegendum ad locum aut rem, a qua loci significatio non est aliena. I, 51: animum — semotum a curis adhibe *veram ad rationem*. II, 1023: Nunc animum nobis adhibe *veram ad rationem*. I, 95: ad aras deductast. II, 1116: donique *ad extremam* crescendi — *finem* omnia *perduxit* — natura. IV, 684 ad sua — pabula ducit. I, 212: cimus *ad ortus*, = V, 211. I, 216: neque *ad nilum* interemat res. v. 237: haut igitur possunt *ad nilum* quaeque *reverti*. v. 756: debeat *ad nilum* iam rerum summa *reverti*. II, 961: ad vitam — reverti. V, 635: ad signum quodque reverti. III, 54: acrius *advertunt* animos *ad religionem*. IV, 341: convertier ad nos. V, 707: Luna potest solis radiis percussa nitere, inque dies magis id lumen *convertere* nobis *ad speciem*. Sic paulo post 724 *Ad speciem vertit* nobis oculosque patentis. VI, 643: finitimis *ad se convertit* gentibus ora. V, 617: se ut *vertat metas ad solstitialis*. v. 1199: *vertier ad lapidem* atque *omnis accedere ad aras*. I, 248: haud igitur *redit ad nilum* res ulla. v. 541: *ad nilum* penitus res quaeque *redissent*. v. 673: redeant ad nilum. v. 797: ne tibi res *redeant ad nilum* funditus omnes. II, 756. 864. III, 910: *ad somnum* si res *redit* atque *quietem*. IV, 996: redeant — ad se. v. 1023: ad se redeunt. V, 780 sq.: *redeo ad* mundi *noritatem* et *mollia* terrae *arva*. v. 1141: *ad summam faecem turbas*que *redibat*. II, 139: exit — nostros ad sensus. v. 1174: ire ad capulum. I, 266: ad nil revocari = v. 544. III, 468: ad vitam — revocantes. V, 255: ad diluviem revocatur. VI, 292: ad diluviem revocari. I, 299: nec tamen *ad naris venientis* cernimus umquam.

III, 833: *ad confligendum venientibus* undique Poenis. IV, 280: venit ad nostras acies. v. 294: *planitiem ad* speculi *venieus*. V, 1457: artibus *ad summum* donec *venere cacumen*. IV, 941: *perveniant — ad primas partis elementaque prima*. V, 570: perveniunt nostros ad sensus. v. 687: *ad id signum* caeli *perrenit*. VI, 184: quam quae *perreniunt* oculorum *ad lumina nostra*. v. 696 sq.: ad altas perveniunt — fauces. v. 1015 sq.: pervenit ad ipsum — lapidem. V, 270: *ad caput* amnibus omnis *convenit*. VI, 165: ad auris — adveniunt. I, 355: rigidum permanat frigus *ad ossa*. v. 555: *ad* summae aetatis *perradere finis*. Sic Briegerus Philol. XXIII, 3, p. 471 sq. v. 668: occidet ad nilum. v. 857: reccidere ad nilum. II, 1024: nova res molitur *ad auris accidere*, quod commemorat Lachm. ad IV, 568. IV, 236: accidere ad speciem. I, 725: *ad caelum*que *ferat* flammai fulgura rursum. V, 1232: quoniam violento turbine saepe correptus nilo *fertur* minus *ad rada* leti. VI, 8: ad caelum — fertur. III, 132: nomen, *ad organicos* alto *delatum* Heliconi. VI, 55: *conferre* deorum — *ad imperium* res. I, 788: meare a caelo *ad terram*, de terra *ad sidera* mundi. v. 791: ne res *ad nilum redigantur* funditus omnes, = II, 752. V, 877 ad interitum — redegit. I, 969 sq.: siquis *procurrat ad oras — extremas*. II, 370: *ad sua* quisque fere *decurrunt ubera* lactis. III, 311: iras decurrat ad acris. IV, 704: ad sensum decurrunt. VI, 92: tu mihi supremae *praescribta ad candida* calcis *currenti* spatium praemonstra. Sic Turnebus in adversariis II, 12 pro *ac candida callis*. v. 316: semina *concurrunt* calidi fulgoris *ad ictum*. I, 987: copia materiai — *confluxet ad imum*. VI, 636: *ad caput* amnibus omnis *confluit*. II, 13: ad summas emergere opes = III, 63. V, 698: emergere ad ortus. II, 191: cum subsiliunt ignes *ad tecta* domorum. v. 325: fulgor ibi *ad caelum* se tollit. v. 328: clamoreque montes icti reiectant voces *ad sidera* mundi. v. 359 sq.: revisit ad stabulum. V, 636: ad hanc — revisunt. v. 1153: ad eum — revisit. VI, 1238: qui cumque *suos* fugitabant *risere ad aegros*. II, 515: ab ignibus *ad gelidas — usque pruinas*. VI, 1109: *usque ad nigra* virum — *saecla*. II, 833: quam *discedant ad semina* rerum. v. 1113 sq.: *ad sua saecla recedunt*, umor *ad umorem*. III, 609: *ad iugulum* et *superas* (sic recte Goebel qu. Lucr. p. 29) *succedere fauces*. V, 1123: ad summum succedere honorem. III, 362: sensus — *acies detrudit ad ipsos* lumina. V,

640: *detrudere — brumalis usque ad flexus gelidumque rigorem.* VI, 440: *detrusit ad aequora* ponti. III, 776: *conubia ad* Veneris *partus*que ferarum esse animas presto deridiculum esse videtur. v. 959: nec opinanti mors *ad caput* adstitit. v. 1063: agens — *ad rillam.* IV, 339: ad nos — advolat. v. 357: ad nostras acies perlabitur. V, 711: propius — *ad ignem labitur.* IV, 389: fugere *ad puppim.* v. 895: dispargitur *ad partis* ita *quasque minutas.* v. 1021: praecipitent *ad terram.* V, 1001: aequora fligebant navis *ad saxa.* v. 1031: protrahere *ad gestum* pueros. VI, 53: depressosque premunt *ad terram.* Lachm.: „Ita in oblongo scripta est *ad* praepositio, in quadrato *a*". v. 464: venti portantes *cogunt ad summa cacumina* montis. v. 733: ibi *ad altos* denique *montis* — nubes *coguntur.* v. 562: *ad caelum*que magis quanto sunt edita quaeque. v. 900: *nocturna ad lumina* linum — admoveas. v. 1031: *pronas ad partis* — insinuatus.

b) Terminus significatur, ut *ad* idem sit quod *usque ad.* VI, 1168: intima pars hominum vero flagrabat *ad ossa.*

c) De quiete dicitur. VI, 1062: obversatur *ad auris.* VI, 694 sq.: montis *ad* eius *radices* frangit fluctus. v. 729: fit quoque uti pluviae — magis *ad caput* ei fiant. v. 750 Palladis *ad templum.* v. 1265: corpora *silanos ad* aquarum strata iacebant.

d) Dicitur de tempore, ad quod usque actio protensa et producta est V, 39 ad satiatem, deinde etiam de eo tempore, quod non accurate definitur, sed tantum ex propinquitate alicuius certi momenti designatur (Hand. Tursell. I, p. 98) VI, 1192: *ad supremum* denique *tempus* conpressae nares.

e) Comparationem rei exprimit cum alia re. VI, 613: *ad* maris omnia *summam* guttai vix instar erunt unius adaugmen. v. 679 nil sint *ad summam* summai totius *omnem.*

f) Significationem habet praepositionis *secundum.* II, 281: cuius *ad arbitrium* quoque copia materiai cogitur inter dum flecti. v. 379: neque facta manu sunt unius *ad certam formam* primordia rerum. III, 144: *ad numen* mentis *momen*que movetur. IV, 361: fit quasi ut *ad tornum* saxorum structa tuamur.

g) Refertur ad finem aliquem et usum et effectum, vel ad id, cuius ratione habita aliquid affirmatur, quo pertinent praeter alia etiam adiectiva cum *ad* coniuncta et usus gerundii cum praep. *ad* (cf. Hand. p. 112). I, 185: spatio foret usus seminis

ad coitum. IV, 831: facere *ad vitam* — quae *foret usus.* II, 20: *corpoream ad naturam* pauca videmus *opus esse.* VI, 365: quorum utrumque *opus est fabricanda ad fulmina* nubi. I, 750: quod *ad sensus nostros* minimum esse videtur. III, 397: est animus — dominantior *ad vitam quam vis* animai. II, 1027: difficilis — ad credendum. V, 80: *morigera ad fruges augendas* atque *animantis.* VI, 774: *aptas — ad* vitai *rationem.* III, 214: nil ibi libatum de toto corpore cernas *ad speciem,* nil *ad pondus.* V, 569: nil *ad speciem* est contractior ignis. III, 238: nec tamen haec sat sunt *ad sensum* cuncta *creandum.* v. 618: si non certa loca *ad nascendum* reddita cuique sunt. III, 833: *ad confligendum* venientibus undique Poenis. VI, 473: *ad nubis augendas* multa videntur posse — consurgere. IV, 708: conveniunt *ad sensus — omnes.* V, 1415: immutat sensus *ad pristina quaeque.* VI, 9: *ad victum* quae flagitat usus.

h) Separatim commemoro locutiones *esse, attinere, pertinere ad aliquid.* III, 830: Nil igitur mors *est ad nos.* v. 845: nil tamen *est ad nos.* v. 926: multo igitur mortem minus *ad nos esse* putandumst. v. 972: respice — quam nil *ad nos* ante acta vetustas temporis aeterni *fuerit.* v. 850: pertineat — ad nos. VI, 938 sq.: quamquam *multas* hoc *pertinet ad res* noscere, cum primis *hanc ad rem — ipsam.* III, 852: nil *ad nos — attinet.* IV, 29: quod — *ad has res attinet.*

Adversum adverbium est V, 1319: *adversum* venientibus. Praepositio IV, 445: labier *adversum nimbos.* V, 310: *Adversus* naturae *foedera* niti.

Ante saepissime est adverbium, sic I, 233: aetas *ante* acta. v. 234: *ante* acta aetate. v. 558: *ante* acti temporis. III, 672: *super ante* actam aetatem. v. 832: *ante* acto — tempore. v. 935: vita *ante* acta. I, 292: trudunt res *ante.* v. 429: paulo ostendimus *ante.* v. 907: paulo quod diximus *ante.* II, 764 paulo *ante.* I, 541 et V, 338 ante hac. I, 858: testor res *ante* probatas. III, 538: ni mirum ut diximus *ante.* v. 852: *ante* qui fuimus. Similiter v. 868: neque hilum differre *ante* ullo fuerit iam tempore natus. III, 959 sq. ante quam, quod legitur etiam VI, 170 sq. 901 sq. 463 (ante — quam). III, 972 sq.: respice item quam nil ad nos *ante* acta vetustas temporis aeterni fuerit, *quam* nascimur *ante,* de quo loco vide Hand. Tursell. I, p. 395: „Transponun-

tur distracta vocabula *quam ante* a poetis, sensu non mutato quidem, sed per ictum numerorum gravescente". IV, 139: *ante* ire. V, 737 sq. *ante* — graditur. V, 168: *ante* quietos. v. 1140 *ante* metutum.

Praepositio *ante* a) de loco dicitur. I, 62: *ante oculos* foede cum vita iaceret. v. 342 moveri — *ante oculos*. v. 998: *ante oculos* res rem finire videtur. II, 113: imago *ante oculos* — nobis versatur. IV, 979: obversantur *ante oculos*. II, 732: *ante oculos* quae candida cernis. III, 75: *ante oculos* illum esse potentem — queruntur. v. 185: *ante oculos* quorum in promptu natura videtur. v. 488: ante oculos — nostros. v. 995: *ante oculos* est. I, 89: *ante aras* adstare. v. 352: *ante* deum — *delubra decora*. IV, 1201: pandere palmas *ante* deorum *delubra*. III, 67: et quasi iam leti *portas* cunctarier *ante*.

b) de tempore I, 938: *ante ipsam genitam naturam* animantis.

Apud duobus locis Lucretianis legitur, VI, 747 Cumas aput et v. 848 *apud* Hannonis *fanum*.

Circum adverbium est hisce in locis: II, 325: totaque *circum* aere renidescit tellus. v. 329: et *circum* volitant equites. I, 387: quamvis *circum* celerantibus auris confluat. v. 512: materiem *circum* solidam constare necessest. v. 1089. II, 618. 1107. 1144. III, 219. v. 403: quamvis est *circum* caesis lacer undique membris. Sic Itali et Marullus. IV, 203, ubi exemplaria habent *caelum*, Luchmannus scripsit *circum*que rigare, i. e. *undique*. III, 404. 408. 411 *circum* caedas. v. 469 *circum* stant. IV, 81. 340 *circum* agitur. v. 400: atria versari et *circum* cursare columnae usque adeo fit uti pueris videantur cett. v. 608. V, 359. 468 *circum* datus, item VI, 1036. V, 483. 520 *circum* versantur, item VI, 200. V, 1378. 1437. VI, 127. 829. 854. Praepositio est in his: I, 38 sq.: *hunc* tu, diva, tuo recubantem corpore sancto *circum* fusa super. v. 87: cui simul infula *virgineos circum* data *comptus* ex utraque pari malarum parte profusast. v. 718 (insula) *quam* fluitans *circum* — aequor Ionium — aspargit virus. v. 937 pocula circum. II, 345: *circum ripas fontis*que *lacus*que. v. 635: circum puerum. v. 802 quae vita *cervicem*st *circum*, sec. Briegerum Philol. XXV, p. 73. III, 141: haec loca circum. IV, 12: pocula circum. v. 220: littora circum. In

l. VI, 926, ubi iidem versus sunt, est littora propter. V, 612: circum se. VI, 427: *quam* freta *circum* fervescunt. v. 784: circum collis. v. 862: circum fontem. v. 891: circum se.

Citra uno loco Lucretiano invenitur IV, 275: citra postes.

Contra saepissime est adverbium, sic I, 66 sq.: primum Graius homo mortalis tendere *contra* est oculos ausus primusque obsistere *contra*. v. 113. 363 *contra* autem. v. 455. 521. 766. 780: quod *contra* pugnet et obstet. II, 280: quod *contra* pugnare obstareque possit? II, 794: qui *contra* pugnet et obstet. v. 868 nec *contra* pugnant. VI, 98: *contra* pugnantibu' ventis. I, 1000. II, 1043: accingere *contra*. III, 108: et retro fit uti *contra* sit saepe vicissim. IV, 223. 300: *contra* si tendere pergas. V, 276. 1008. VI, 525. 929 dilutaque *contra*. v. 1095. — *at contra* legitur I, 366. 570. 1087. II, 235. 392. 400. 424. 713. III, 25. 191. 198. 201. IV, 95. 512. 625. 661. 843. VI, 976. II, 74: *at* haec *contra* florescere cogunt.

Praepositio *contra* a) habet significationem loci IV, 156 quamque rem *contra speculum* ponas. V, 708: eum contra. b) dicitur de rebus quae aliis sint contrariae deque impetu hostili. I, 82 quod contra. v. 693: *contra sensus* — repugnat. III, 353: vel *manifestas res contra veras*que repugnat. IV, 471 *hunc* igitur *contra* mittam contendere causam. v. 484: dicere *eos contra*.

Extra I, 72: *extra* processit longe *flammantia moenia* mundi. II, 1045 *extra moenia* mundi. I, 963: nunc *extra summam* quoniam nil esse fatendum. III, 570 et 797 extra corpus. v. 603 *extra* prodita *corpus*. V, 141 *extra corpus formam*que *animalem*. v. 1401 *extra numerum* procedere.

Infra praepositio uno loco legitur Lucretiano IV, 112 sunt *infra nostros sensus*.

Inter adverbium est in compositione *inter dum*, quod legitur I, 273. 293. 1046. II, 23. 57. 804, ubi respondet praegresso *alias*. III, 174. 465. 1024. IV, 133. 138. 1112. 1130. 1218. 1278. 1280. V, 1086. 1099. 1126. VI, 111. 116. 555: ut vas *inter dum* non quit constare, nisi umor destitit in dubio fluctu iactarier intus. Sic Lachm. pro *inter*. Deinde in compositione cum verbis. III, 227 *inter* datur. v. 868 *inter* datus. VI, 931 *inter* datur. III, 262: *inter* enim *cursant* cett. III, 557 *inter* positum. VI, 1048 *inter* posito. III, 716 pupillas *inter fodiunt*. V, 767

inter rumpat. V, 287 *inter* quasi *rumpere*. v. 299 *inter* quasi *rupta*. VI, 894: *inter* vomit.

Praepositio a) ponitur de loco et de hominibus vel rebus in aliquo loco versantibus. I, 354: *inter saepta* meant voces. v. 386: *inter corpora* quod fiat. v. 639 sq.: clarus — magis *inter inanis* quamde *graris inter Graios*. v. 890: dispertita *inter terram*. v. 1107: omnia *inter permixtas* rerum caelique *ruinas* - abeant. II, 50: *inter reges* rerumque *potentes* versantur. v. 805: *inter curalium* viridis miscere zmaragdos. III, 236: necessest aëris *inter cum* primordia multa moveri. v. 335: communibus *inter eas* conflatur — motibus - sensus. v. 650: laevam — *inter equos* abstraxe rotas. IV, 38: *inter viros* volitare. v. 247: aëra qui *inter se* cumque est *oculos*que locatus. v. 281: aëra qui *inter se* cumquest *oculos*que locatus. VI, 831: aëra, qui *inter avis* cumquest *terram*que locatus. v. 1004: *inter* qui *lapidem ferrum*que est cumque locatus. IV, 398: *inter quos* liber patet exitus. v. 410: *inter eos solem*que iacent immania ponti aequora substrata. v. 415: qui *lapides inter* sistit per strata viarum. v. 575: montis inter opacos. V, 939: *glandiferas inter* curabant corpora *quercus*. v. 956: fructices inter. v. 1074: *inter equas* ubi equus — saevit. v. 1280: mortalis inter. v. 1421: *inter eos* distractam sanguine multo disperiisse. VI, 110: *malos inter* iactata *trabes*que. v. 581: *speluncas inter magnas* fremit. VI, 722 *inter nigra* virum — *saecla* exoriens. v. 894: quod *dulcis inter salsas* inter vomit undas, ubi dubium est utrum a priore *inter* pendeat acc. *dulcis* an *salsas:* hoc mihi est verisimilius.

b) de diversis rebus et de discrimine, quod inter res duas pluresve intercedit. I, 619: ergo rerum *inter summam minimam*que quid escit?

c) Saepissime dicitur *inter se* de actione mutua. I, 240: nisi materies aeterna teneret, *inter se* nexu minus aut magis indupedita. v. 244: *inter se* quia nexus principiorum *dissimiles* constant. II, 380: *dissimili inter se* — volitare figura. v. 409: *dissimili inter se* pugnant perfecta figura. v. 697: *dissimili* tamen *inter se* consistere summa possunt. v. 721: *dissimiles* sunt *inter se*. v. 783: dissimiles — inter se. IV, 370: *dissimiles inter se* res. v. 775 sq.: propter *dissimilem* naturam *dissimilis*que texturas *inter sese*. v. 982: *dissimili inter se* natura. II, 372: inter se simile.

v. 524: *inter se simili* quae sunt perfecta figura. I, 375: *inter se* posse moveri. v. 760: inimica modis multis sunt atque veneno ipsa sibi *inter se*. v. 769: *mutant*que colorem et totam *inter se* naturam. v. 787: nec cessare haec *inter se mutare*. v. 910 sq.: quas *inter se* dent motus accipiantque, atque eadem paulo *inter se mutata* creare ignes. v. 913: verba quoque ipsa *inter se* paulo *mutatis* sunt elementis. V, 185: quidque *inter sese permutato* ordine possent. I, 819: et quos *inter se* dent motus accipiantque. Eadem verba leguntur II, 762 et 1069. I, 825: cum tamen *inter se* versus ac verba necessest confiteare — *distare*. II, 690: cum tamen *inter se* versus ac verba necessest confiteare alia ex aliis constare elementis. I, 838: sanguinis *inter se* multis coëuntibu' guttis. V, 452: quanto magis *inter se* perplexa coibant. I, 899: terantur *inter se*. V, 1100: *mutua* dum *inter se* rami stirpesque teruntur. II, 29: *inter se* prostrati cett. = V, 1392. II, 67: non *inter se* stipata cohaeret materies. v. 461: haerere inter se. III, 193: *haeret* enim *inter se* magis omnis materiai corpus. v. 325: communibus *inter se* radicibus *haerent* = V, 554. II, 76: *inter se* mortales *mutua* vivunt. v. 154: *complexa* meant *inter se* conque globata. V, 922: non tamen *inter se* possunt *complexa* creari. II, 155: *inter se* retrahuntur. v. 348 inter se differre. v. 351: nec minus atque homines *inter se* nota cluere. v. 394: aut magis *amatis inter se* perque plicatis. v. 405: haec magis *amatis inter se* nexa teneri. v. 445: haec magis *amatis inter* sese esse necessest. v. 396: uti non tam diducta repente *inter se* possint primordia — per — foramina permanare. v. 439: confundunt *inter se* concita sensum. v. 454: nec retinentur enim *inter se* glomeramina quaeque. v. 484: inter se — variare. v. 630: *inter se* forte quod armis ludunt. v. 693: non quo — nulli *inter se* duo sint — idem. v. 922: ut nequeunt homines armenta feraeque *inter sese* ullam rem gignere. v. 942 (materies) contulit *inter se* motus. III, 137: animum atque animam dico *coniuncta* teneri *inter se*. v. 559: inter se coniuncta. IV, 947: coniuncta inter se. v. 726: inter se iunguntur. V, 1020 amicitiem — *iungere* finitimi *inter se*. III, 258: quo pacto *inter sese mixta* — vigeant. v. 283: necessest ventus et aër et calor *inter se* vigeant *commixta*. V, 919: *mixtas* potuisse creari *inter se* pecudes etc. III, 262 sq.: inter enim cursant primordia principiorum motibus *inter se*. III, 332. v. 424: qua tenus est unum

inter se coniunctaque res est. III, 780 certare — inter se. v. 783: inter se contendant. IV, 961: divisior *inter se*. V, 72: genus humanum — loquella coeperit *inter se* vesci. v. 191 inter se — congressa = 426. v. 349: *inter nos* nisi quod morbis aegrescimus cett. v. 380 inter se — pugnent. v. 393 magnis *inter se* de rebus *cernere*. v. 445 nec motus *inter sese dare* convenientis. v. 649: aestibus *inter se diversis*. VI, 1100 inter se diversa. V, 854: *mutua*que insinuent *inter se* gaudia uterque. v. 894: *inter se* quorum discordia membra videmus. V, 959 neque ullis moribus *inter se* scibant nec legibus uti. v. 1047: si non alii quoque vocibus usi *inter se* fuerant. v. 1245: *inter se bellum* — gerentes. VI, 454 *inter se comprensa* teneri. v. 456 haec *comprendunt inter se*. v. 1086 ut cava conveniant plenis haec illius illa huiusque *inter se*. v. 1088 quasi ut anellis hamisque plicata *inter se* quaedam possint coplata teneri.

d) Apponitur nominibus rerum in tempore factarum: IV, 1084 inter amorem. VI, 524 tempestatem inter opacam.

Intra II, 1118 sq. quod datur *intra vitalis venas*. IV, 611 saepem intra. Sic Lachmannus pro cernere nemo saepe supra potis est.

Ob apud Lucretium semper habet significationem causalem. I, 156: *quas ob res* ubi viderimus nil posse creari de nilo cett. I, 639: clarus *ob obscuram linguam*. II, 929 ob imbris. III, 257 hanc ob rem, item V, 1150. VI, 334. 572: saepius *hanc ob rem* minitatur terra ruinas. v. 873. IV, 857 utilitatis *ob officium*. V, 1224 *nequid ob admissum* foede *dictum*ve superbe poenarum grave sit solvendi tempus adultum.

Penes uno loco reperitur Lucretiano II, 1010 neve putes *aeterna penes* residere potesse corpora prima.

Per a) dicitur de loco et de rebus in loco versantibus. I, 17 sqq.: *per maria* ac *montis fluvios*que *rapacis frondiferas*que *domos* avium *campos*que *virentis* omnibus incutiens blandum *per pectora* amorem efficis etc. v. 30: effice ut interea — moenera militiai *per maria* ac *terras omnis* — quiescant. v. 119: *per gentis Italas* hominum quae clara clueret. v. 223: aut intus penetret *per inania*. v. 257: hinc fessae pecudes pingui *per pabula laeta* corpora deponunt. v. 260: hinc nova proles artubus infirmis *teneras* lasciva *per herbas* ludit. v. 340: *per maria* ac *terras sublima*que caeli. v. 353: *per truncos* ac *per ramos* diffun-

ditur omnis. v. 414: *per membra* senectus serpat. v. 416 sq.: quam tibi de quavis una re — sit copia missa *per auris*. v. 438: nulla de parte quod ullam rem prohibere queat *per se* transeire meantem. v. 489: *per saepta* domorum clamor it ac voces. v. 1018: materiai copia ferretur *magnum per inane* soluta. v. 1024 per omne. v. 1060: ut *per aquas* quae nunc rerum simulacra videmus. v. 1075: omnis — locus — *per medium, per non medium* concedere debet. v. 1103: diffugiant — *per inane*. v. 1108: abeant per inane profundum. II, 5: belli certamina — *per campos* instructa. v. 24: si non aurea sunt iuvenum simulacra *per aedes*. v. 40: *per loca* campi fervere. v. 65 mobilitas *magnum per inane* meandi. v. 83 *per inane* vagantur. v. 96 nulla quies est reddita corporibus — *per inane profundum*. v. 109 *magnum per inane* vagantur. v. 115: lumina — fundunt *per opaca* domorum. v. 116 multa — *per inane* videbis corpora misceri. v. 146 *aëra per leuerum* liquidis loca vocibus opplent. v. 151 non *per inane meat vacuum*. v. 158 cum *per inane meant vacuum*. v. 202: quin *vacuum per inane* deorsum cuncta ferantur. v. 213: *transversos*que volare *per imbris* fulmina cernis. v. 217: corpora cum deorsum *rectum per inane feruntur*. v. 222: caderent *per inane profundum*. v. 227: quo citius *rectum per inane feruntur*. v. 230: *per aquas* quae cumque cadunt atque *aëra rarum*. v. 238: omnia debent *per inane quietem* — ferri. v. 256 libera *per terras* unde haec animantibus exstat — potestas. v. 266 sq.: omnis enim, *totum per corpus*, materiai copia conciri debet, concita *per artus omnis* ut studium mentis conixa sequatur. v. 271 inde dari porro *per totum corpus* et *artus*. v. 364 per pabula laeta. v. 388 lumen *per cornum* transit. 391 sq. *per colum* vina videmus perfluere. v. 397 *singula per* cuiusque *foramina* permanare. v. 474 *per terras* percolatur. v. 555 *per* terrarum *oras* fluitantia. v. 608 quo nunc insigni *per magnas* praedita *terras* — fertur divinae mentis imago. v. 613 *per* terrarum *orbem* fruges coepisse creari. v. 624 magnas invecta *per urbes*. v. 706 Chimaeras pascere naturam *per terras omniparentis*. v. 951 *per caulas* eiecit *omnis*. v. 949 materies, *omnis* concussa *per artus*. v. 964: corpora vi quadam *per viscera vira per artus* sollicitata etc. v. 1049: *per omne* nulla est finis. III, 17: *totum* video *per inane* geri res. v. 27: quae — *per inane* geruntur. v. 122: *per os* est editus aër. v. 143 *per totum* dissita *corpus*. v. 151 *per membra* atque *artus* nulla novitate cietur. v. 153 con-

sentire animam totam *per membra* videmus. v. 245: sensiferos motus quae didit prima *per artus*. v. 255 diffugiant — *per caulas*. v. 272 unde oritur — *per viscera* motus. v. 283 commixta *per artus*. v. 300 *per viscera* concitat auras. v. 336 accensus *per viscera* sensus. v. 376: rara *per artus* dissita sunt. v. 393 semina corporibus — inmixta *per artus*. v. 398 nequit residere *per artus*. v. 492 vis morbi distracta *per artus* turbat. v. 529 *per artus* ire. v. 544 dispersa *per auras*. v. 566 sq. quia *per venas* et *viscera* mixtim, *per nervos* atque *ossa*, tenetur corpore ab omni. v. 586 sq. manante anima *usque per artus per*que viarum *omnis flexus*. v. 589 dispertitam animae naturam exisse *per artus*. v. 691: namque ita conexa est *per venas viscera nervos*. Sic corrector quadrati et ceteri, (ut versu 217 nexam per venas viscera nervos) pro conexa est viscera per venas nervos. v. 702: dispertitus — *per caulas* corporis *omnis*. v. 707 *per caulas* omnis diduntur in artus. v. 699 permanare — per membra. v. 710 partita per artus. v. 751 per auras. v. 758: quare dissolvi quoque debent posse *per artus*. v. 767 mutata *per artus* etc. v. 1029 viam qui — *per mare magnum* stravit. v. 1030 iterque dedit legionibus ire *per altum*. IV, 32: volitant — *per auras*. v. 77 *per malos* volgata *trabes*que trementia flutant. v. 93: scinduntur *per iter flexum*. v. 187: *per*que aëris *interrallum* — transire. v. 192: *inmemorabile per spatium* transcurrere posse. v. 198: permanare *per* aëris *interrallum*. v. 202 *per totum* caeli *spatium* diffundere sese. v. 221 volitare *per auras*. v. 248 *per nostras acies* perlabitur. v. 272 ianua cum *per se* transpectum praebet. v. 302 *aëra per purum* — simulacra feruntur. v. 330: omnia *per flexos aditus* educta licebit pluribus haec speculis videantur in aedibus esse. v. 358 *aëra per multum* — simulacra feruntur. v. 415: qui lapides inter sistit *per strata* viarum. v. 443: per caelum. v. 451 binaque *per totas aedis* geminare supellex. v. 530: *per augustum* turba maiore coorta ire foras ubi coeperunt primordia rerum. v. 558: *aëra per multum* confundi verba necessest. v. 569 diffusa *per auras*. v. 573 quo pacto *per loca sola* saxa paris formas verborum — reddant. v. 596 sq. *per loca quae* nequeunt oculi res cernere apertas, *haec loca per* voces veniant. v. 599 *per flexa foramina* — transire. v. 620 *per caulas* — palati diditur. v. 628: *per fauces* praecipitavit. v. 678: *per auras* mellis apes — ducuntur odore. v. 699 *per saxea saepta* non *penetrat*. v. 703 refrigescit —

plaga *per auras*. v. 730: corporis haec quoniam *penetrant per rara*. v. 864: multa *per os* exhalantur. v. 869 atque patentem *per membra* ac *venas* ut amorem opturet edendi. v. 888: quae — *per membra* atque *artus*, animai dissita vis est. v. 894 *per palefacta* venit. v. 907 quibus — modis somnus *per membra* quietem inriget. v. 916 ubi est distracta *per artus* vis animae. v. 940 perveniant — *per parva foramina*. v. 942 fit quasi paulatim nobis *per membra* ruina. v. 946 pars — distracta *per artus*. v. 1042 *per membra* atque *artus* decedit. v. 1215: semina cum Veneris stimulis excita *per artus* obvia conflixit conspirans mutuus ardor. V, 20: ex quo nunc etiam *per magnas* didita *gentis* dulcia permulcent animos solacia vitae. v. 41: *per nemora* ac *montes magnos silvas*que *profundas*. v. 214: cum iam *per terras* frondent. v. 268: supter *per terras* diditur omnis. v. 342: exisse — *per terras* amnes. v. 398: aethere raptavit toto *terras*que *per omnis*. v. 404 inde *suum per iter* recreavit cuncta gubernans. v. 457 per rara foramina. v. 461 *gemmantis* rore *per herbas*. v. 475 *per summas* labier *oras*. v. 521: ignes — *per* caeli volvunt *immania templa*. v. 527: quid possit fiatque *per omne*. v. 530 causas, motibus astrorum quae possint esse *per omne*. v. 580: quae — tuemur *aera per multum*. v. 648 qui minus illa queant *per magnos* aetheris *orbis* — *ferri?* v. 656: Matuta *per oras* aetheris auroram *differt*. v. 712 labitur — *per orbem*. v. 760 cum loca *praeteriit* flammis infesta *per auras*. v. 770: dum *loca* luminibus propriis *inimica per exit?* v. 772 quoniam magni *per caerula* mundi qua fieri quicquid posset ratione resolvi. v. 786 arboribusque datumst variis exinde *per auras* crescendi — certamen. v. 842: vinctaque membrorum *per totum corpus* adhaesu. v. 851 *per artus* — manare. v. 898 neque sunt eadem iucunda *per artus*. v. 911 *per terras* flumina — fluxisse. v. 928 validis aptum *per viscera* nervis. v. 931: multaque *per caelum* solis volventia lustra. v. 972 nec — diem — *per agros* quaerebant — palantes. v. 1104 per agros. v. 1130 *angustum per iter* luctantes ambitionis. v. 1161 quae causa deum *per magnas* numina *gentis* pervulgarit. v. 1189 *per caelum* volvi. v. 1226 *per mare* — verrit. v. 1366 defodere in terram virgulta *per agros*. v. 1375: ut — olearum caerula distinguens inter plaga currere posset *per tumulos* et *convallis campos*que profusa. v. 1382 *cara per* calamorum. v. 1386 *aria per nemora* ac *silvas saltus*que. v. 1387 *per loca* pastorum *deserta* atque *otia dia*. VI,

88 et 384: *per loca septa* insinuarit. v. 115: planguntque *per auras*. v. 142: sunt etiam fluctus *per nubila*. v. 152: ut si *per montes* flamma vagetur. v. 169: quam plaga *per auris* det sonitum. v. 190: nubila portabunt venti transversa *per auras*. v. 191: ubi *per magnos montis* cumulata videbis etc. v. 199: *per nubila* mittunt. v. 228: transit enim validum fulmen *per saxa*, *per aera*. v. 250: quod tum *per totum* concrescunt *aëra* nubes. v. 256: *per mare* nimbus — cadit. v. 303 penetrare per auras. v. 332 *penetrat per rara* viarum. v. 348 venit *per res*. v. 488: quantaque volarent corpora mobilitate ostendi quamque repente inmemorabile *per spatium* transire solerent. *Per* addidit Marullus. v. 492 sq.: *per caulas* aetheris omnis et quasi *per* magni — *spiracula* mundi exitus — extat. v. 557 *per loca subcava* — procumbit. v. 589 multae *per mare* pessum subsedere. v. 592 *per crebra foramina* terrae dispertitur. v. 596 trepidant — *per urbis*. v. 639 *per fauces* montis ut Aetnae expirent ignes. v. 642 flammea tempestas Siculum dominata *per agros*. v. 657 accepit — *per membra* dolorem. v. 661 repitque *per artus*. v. 668 (quod affert Lachm. ad v. 324): *per*que *mare* ac *terras* rapidus *percurrere* turbo. v. 777 sq. multa meant inimica *per auris*, multa *per ipsas* insinuant *naris*. v. 797 languentia membra *per artus* solvunt. v. 838 sq. *vacuum* prope iam *per inane* iacentes dispergunt animas *per* caulas corporis *omnis*. v. 859: *per septa* domorum insinuare suum — aestum. v. 885 *per totum* consurgere *fontem*. v. 927 manare *per auras*. v. 945 crescit barba pilique *per omnia membra*, *per artus*. v. 948 transire per aes. v. 949 sq. *transire per aurum* atque *per argentum*. v. 951 *per dissepta* domorum saxea voces pervolitant. v. 991 manare — *per saxa*. v. 997 transire *per aurum*. v. 1030: *per crebra foramina* ferri. v. 1055 *per aes* agitat. v. 1100 *per caelum* veniunt. v. 1151 inde ubi *per fauces* pectus complerat. v. 1167 *per membra* sacer dum diditur ignis. v. 1187 sudorisque *madens per collum* splendidus umor. v. 1189 *per fauces raucas* vix edita tussi. v. 1264 multa siti protracta *viam per* proque voluta. v. 1267 multaque *per* populi passim *loca prompta via*sque — videres.

b) de tempore. I, 543: servata *per aevom*. v. 549: nec ratione queunt alia servata *per aevom* ex infinito iam tempore res reparare. v. 583: innumerabilibus plagis vexata *per aevom*. v. 1029: multos — magnos servata *per annos*. II, 561: aevom -

per omnem. v. 605: *omnem* — durare *per aevom*. IV, 978: per multos dies. V, 95: *multos*que *per annos* sustentata ruet moles. v. 356 durare *aetatem* — *per omnem*. v. 427 magnum volgata *per aevom*. V, 61: magnum *durare per aevom*. VI, 1160: *noctem per* saepe *diem*que. Etiam nominibus, quae res in tempore factas significant, iungitur *per*. IV, 1018: per somnum. V, 1158: per somnia.

c) Significationem habet causae. I, 4: *per te* quoniam genus omne animantum concipitur. v. 403: *per quae* possis cognoscere cetera tute. v. 586: et quid quaeque queant *per foedera* naturai. v. 634: *per quae* res quaeque geruntur. II, 173: *res per* Veneris. v. 242: motus, *per quos* natura gerat res. v. 258: potestas, *per quam* progredimur. v. 302: quantum cuique datum est *per foedera* naturai. v. 437 iuvat egredi*ens genitalis per* Veneris *res*. v. 898: quum sunt quasi putrefacta *per imbres*. l. IV in eo versu, qui sequitur v. 126: qui fulmine claro omnia *per sonitus* arcet. IV, 847: quam daret obiectum parmai laeva *per artem*. v. 905 *per trocleas* et *tympana*. V, 10: quique *per artem* — vitam — in tam tranquillo locavit. v. 72: loquella vesci *per nomina* rerum. v. 848: iungi *per* Veneris *res*. VI, 70: delibata deum *per te* tibi numina sancta saepe oberunt. v. 181: dissipat quasi *per rim* expressa repente semina.

d) Coniungitur cum *licet* (v. Hand. Turs. IV, p. 439) III, 921: nam *licet* aeternum *per nos* sic esse soporem.

e) Cum pronominibus personalibus compositum indicat agi rem sine alterius ope aut consilio, vel non aliis rebus additis. Ita fit, ut *per me*, *per se* idem exprimant quod *ipse*, i. e. vel non alius ope, vel sponte. Saepe accedit nomen *ipse*. *Per se* etiam exprimit rem, quae in se constat, solam, rem in se spectatam, non aliarum rerum ratione habita. (Verba sunt Handii l. c. p. 441). I, 407: alid ex alio *per te* tute *ipse* videre — poteris. v. 419: omnis — *per se* natura duabus consistit in rebus. v. 422: corpus enim *per se* communis dedicat esse sensus. v. 440: *per se* quod cumque erit. v. 445: tertia *per se* nulla potest rerum in numero natura relinqui. v. 459: tempus item *per se* non est. v. 462: nec *per se* quemquam tempus sentire fatendumst. v. 466: ne forte haec *per se* cogant nos esse fateri. v. 469: namque aliut *per sest*, ex emend. Lachmanni, quem vide. v. 479: res gestas

— non ita ut corpus *per se* constare neque esse. v. 506: esse utramque sibi *per se* puramque necessest. v. 603: *per se* secretam. v. 607: *per se* nequeunt constare. v. 709 fingere res *ipsum per se*. II, 133: moventur — *per se* primordia rerum. v. 241 haud — poterunt levioribus incidere umquam — graviora, neque ictus gignere *per se*, qui varient motus. v. 646: omnis — *per se* divom natura necessest immortali aevo summa cum pace fruatur. v. 910: at nequeant *per se* partes sentire necesse est. v. 1050: res *ipsa*que *per se* vociferatur. v. 1092: *ipsa* sua *per se* sponte omnia — agere. III, 145: idque sibi solum *per se* sapit. v. 337: corpus *per se* nec gignitur — nec crescit. v. 554: animus *per se* non quit sine corpore et ipso esse homine. v. 561: nec vitalis edere motus sola potest animi *per se* natura. v. 565 anima atque animus *per se* nil posse videtur. v. 633 haud igitur *per se* possunt sentire. v. 684 *per se* sibi vivere solam. V, 1282: facilest *ipsi per te* cognoscere.

Post saepissime est adverbium apud Lucretium et quidem in hisce locis: I, 373 *post* loca, quod est hyphen. v. 603 post hac. v. 786. III, 451. 529: inde pedes et crura mori, *post inde* per artus ire alios tractim gelidi vestigia leti. v. 915. 1083. IV, 277. 1252. V, 168 tanto *post*. VI, 582. 1033. 1196: nec nimio rigidi *post* artus morte iacebant. — *Post quam* legitur II, 1039. V, 1011. VI, 164 sq. Praepositio est in his: II, 299 post haec. III, 338 post mortem, item 571. 871. 1075. IV, 39. III, 975: post mortem — nostram. v. 848 post obitum.

Praeter adverbium est in locis hisce: I, 318 *praeter*que meantum. IV, 139. 388: ea *praeter* creditur ire. v. 569 *praeter* lata. v. 1151: *praeter* mittas. v. 1191 praeter mittere. Deinde in copulatione *praeter quam*, quae invenitur II, 311. III, 824 *praeter* enim *quam* etc. IV, 814: cur igitur mirumst, animus si cetera perdit *praeter quam* quibus est in rebus deditus ipse? Lachm.: „Avantius *praeter quam* pro *praeterea quam*. *Praeterea quam*, quod Bentleius probat in Terentii Andria IV, 4, 13, latinum esse negat Handius in Tursellini tomo IV p. 548. certe latina sunt *postea quam* et *aorsum eadquam* in senatus consulto de Bacchanalibus, sed sine relativo". Praepositio a) locum exprimit IV, 390: *quos* agimus *praeter* navem velisque volamus. b) de re excedente dicitur (Hand. Turs. IV, 539, n. 3) IV, 1241: nam steriles nimium crasso sunt semine partim, et liquido *praeter*

iustum. c) de exceptione I, 445: *praeter inane* et *corpora*. v. 285 esse aliam *praeter plagas* et *pondera* causam. v. 1110 *desertum praeter spatium* et *primordia caeca*. III, 215: mors omnia praestat, *citalem praeter sensum calidumque vaporem*. IV, 1095: nil datur in corpus *praeter simulacra* fruendum. d) de re praestanti (Hand. l. c. p. 541): nil facient *praeter colgum turbam*que animantum.

Prope praepositio uno loco legitur VI, 863 multaque sunt ignis *prope* semina *corpus* aquai.

Propter adverbium est in copulationibus ea propter IV, 337 et qua propter, de qua vide cap. III, B, I, c, deinde his locis: II, 417: araque Panchaeos exhalat *propter* odores. III, 653. Praepositio *propter* a) habet significationem loci I, 316 portas propter. II, 30: *propter* aquae *rivum*, item V, 1393 *propter* aquae *rivom* (pro propterea que rivom). II, 353: turicremas propter — aras. IV, 223: cum *mare* versamur *propter*, item VI, 929. IV, 1024: *flumen* item sitiens aut *fontem propter amoenum* adsidet. v. 1026: pusi saepe *lacum propter* se ac *dolia curta* somno devineti credunt se extollere vestem cett. V, 31: *Thracam Bistonias*que *plagas* atque *Ismara propter*. v. 35: *propter Atlanteum litus pelago*que *sonora*. v. 623: quanto quaeque magis sint *terrae* sidera *propter*. VI, 549 viam propter. v. 926 littora propter. In libro IV, 220, ubi iidem versus sunt, est *littora circum*. v. 1114: est elephas morbus qui *propter flumina* Nili gignitur.

b) significationem causae. I, 90. I, 139: *propter egestatem* linguae et rerum *noritatem*. II, 854 propter eandem rem. III, 5 non ita certandi cupidus quam *propter amorem*. IV, 465 *propter opinatus* animi. v. 678 dissimilis propter formas. v. 743 *propter subtilem naturam* et *texta texta*. V, 443 *propter dissimilis formas varias*que *figuras*. v. 691 propter — posituram. v. 1274 propter inutilitatem. VI, 7 propter divina reperta. v. 775 sq. *propter dissimilem naturam dissimilis*que *texturas*. v. 990 *propter dissimilem naturam texta*que rerum.

Secundum uno loco legitur III, 35: *hasce secundum res* animi natura videtur — claranda meis iam versibus esse.

Supera s. *supra* a) dicitur de loco. III, 385: *supera caput* — cecidisse. V, 85: quae *supera caput* aetheriis cernuntur in oris. VI, 61 supera caput. v. 262 supera nostrum caput. IV, 403: vix ut iam credere possint non *supra sese* ruere omnia tecta minari.

V, 551: *supra* quae *se* sunt. IV, 405: iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte cum coeptat natura *supra*que extollere *montes*. v. 406: quos tibi tum *supra* sol *montis* esse videtur cett. v. 438: nam quae cumque *supra* rorem salis edita pars est remorum. VI, 505 cum *supera magnum mare* venti nubila portant. v. 561 supera terram. v. 879 supra quem.

b) de tempore V, 326 cur *supera bellum Thebanum* et *funera* Troiae non alias alii quoque res cecinere poetae?. h. e. quae ante bellum Theb. etc. fuerunt.

Trans uno loco legitur V, 914 *trans maria alta* pedum nisus ut ponere posset.

Ultra uno loco legitur IV, 269 ultra speculum.

III. Praepositiones cum utroque casu coniunctae.

In cum ablativo a) coniungitur cum nominibus loci et iis quae per metaphoram pro loco accipiuntur. I, 63 in terris. v. 130: qua vi quaeque gerantur *in terris*. v. 152: quod multa *in terris* fieri *caelo*que tuentur. v. 210 in terris. v. 868: si sunt *in terris*. II, 477: aspera quo magis *in terris* haerescere possint. III, 173: *in terra* mentis qui gignitur aestus. v. 644: tremere *in terra* (auf der Erde). V, 586: quos cumque *in terris* cernimu'. v. 903 et 916 in terris. v. 1258: videbant posterius claro *in terra* splendere colore. Sic Lachm. pro *in terras*. VI, 50: quae fieri *in terris caelo*que tuentur mortales. v. 140: in terra. v. 261: *in terra* quoque ut horrescant. v. 398 *in terra*que patris cur telum perpetiuntur optundi? v. 449: montisque necessest officere *in terris*. v. 589 in terris. v. 630 cum pluit *in terris*. v. 713 *in terris* Aegypti totius. v. 770 in terra. v. 806 *terra* — sulpur *in ipsa* gignier. v. 844 qui *in terra*st abditus umor. v. 956: et tempestate *in terra caelo*que coorta. Sic Lachm. pro tempestatem terra. I, 80: in his rebus. Idem legitur v. 370. 1052. II, 184 in his — rebus. v. 216 Illud *in his* quoque te *rebus* cognoscere avemus. v. 308. 581: Illud *in his* obsignatum quoque *rebus* habere convenit. v. 891 Illud *in his* igitur *rebus* meminisse decebit. III, 319: illud *in his rebus* videor firmare potesse. v. 370: Illud *in his rebus* nequaquam sumere possis. v. 900. IV, 256. 636: tantaque *in his rebus* distantia differitasque (sc. sit). Sic rectissime apud Nonium p. 95, 30 pro *his rebus*. v. 777. 822: Illud *in his* vitium vementer

rebu' necessest effugere. v. 898. V, 247. 666. 1091. VI, 1056. 1230. 647: Hisce — in rebus. I, 173: quod *certis in rebus* inest secreta facultas. v. 270: quae corpora tute necessest confiteare esse *in rebus*. v. 330: est *in rebus* inane. v. 331 in multis — rebus. v. 399 esse *in rebus* inane tamen fateare necessest. v. 408 talibus in rebus. v. 419: duabus consistit in rebus. v. 488: etsi difficile esse videtur credere quicquam *in rebus* solido reperiri corpore posse. v. 497: usque adeo *in rebus* solidi nil esse videtur. v. 511: praeterea quoniam *genitis in rebus* inanest. v. 569: admixtum quoniam semel est *in rebus* inane. v. 658: et fugitant *in rebus* inane relinquere purum. v. 748: nec prorsum *in rebus* minimum consistere quicquam. v. 815: quia multa — multarum rerum *in rebus* primordia mixta sunt. v. 894: scire licet non esse *in rebus* res ita mixtas. v. 896: semina — latere — *in rebus* — debent. v. 915: quae cumque *in rebus* cernis *apertis*. II, 695: *aliis in rebus* item communia multa multarum rerum cum sint primordia. v. 1011 sq.: *in cunctis* fluitare — *rebus*. v. 1019: *ipsis in rebus* — materiai concursus — cum permutantur. IV, 67: praesertim cum sint *in summis* corpora *rebus* multa minuta. v. 474: cum *in rebus* veri nil viderit ante. v. 644: semina multimodis *in rebus* mixta teneri. v. 811: *in rebus* — *apertis* noscere possis. v. 963: *quibus in rebus* — sumus — morati. V, 84: geri — *rebus in illis*. v. 365: admixtumst *in rebus* inane. v. 670 quae — fiunt *omnibus in rebus*. v. 1056 quid *in hac* mirabile tantoperest *re*. v. 1164 quae nunc *in magnis* florent sacra *rebu' locis*que. v. 1240 in rebus. v. 1056 quid *in hac* mirabile tantoperest *re*. v. 1164 quae nunc *in magnis* florent sacra *rebu' locis*que. v. 1240 in rebus. VI, 29: quidve mali foret *in rebus mortalibu'* passim. v. 60 rebus in illis. v. 711 item *in multis* hoc *rebus* dicere habemus. v. 917 Hoc genus *in rebus*. I, 305: *fluctifrago* suspensae *in litore* vestes. v. 306: dispansae *in sole*. II, 801: *in sole* videtur. IV, 364: umbra videtur — nobis *in sole* moveri. V, 292: res posse *in sole* videri. I, 312: anulus *in digito* subter tenuatur. v. 314: decrescit vomer *in arvis*. III, 785: nec pisces vivere *in arvis* (queunt). V, 395: umor regnarit *in arvis*. v. 806 umor superabat *in arvis*. v. 925 in arvis. I, 348: *in saxis* ac *speluncis*. VI, 684: omnibus — in speluncis. v. 942 in speluncis. I, 360 sq.: nam si tantundemst *in* lanae *glomere* quantum corporis *in plumbo* est. v. 366: at contra gravius plus *in*

se corporis esse dedicat. v. 729: habuisse — in se. v. 862 habere in se. II, 586 sqq.: quod cumque magis vis multas possidet *in se* — ita plurima principiorum *in sese* genera — docet esse. v. 589: tellus *habet in se* corpora prima. v. 1031: quaeque *in se cohibet*. III, 574: si *cohibere in se* animam atque in eos poterit concludere motus (sic Wakefieldus correxit pro *cohibere sese*). IV, 616: pluseulum *habent in se* rationis. VI, 877: gelum, quod continet *in se*. v. 898 multa — *in se* semina habent ignis cett. v. 985 percipit *in se*. I, 415: *in nobis* vitai claustra resolvat. III, 48: cum caput aut oculos temptante dolore laeditur *in nobis*. III, 114 est aliud tamen *in nobis*. v. 391 usque adeo prius est *in nobis* multa ciendum. IV, 921 sensus hic *in nobis*. V, 1425: *in nobis* — culpa resedit. I, 421: haec *in quo* (inani) sita sunt. v. 1078: stare *in inani*. II, 122: primordia rerum quale sit *in magno* iactari semper *inani*. I, 442: ut possint *in eo* res esse gerique. II, 187: ne tibi dent *in eo* flammarum corpora fraudem. I, 472: nec locus ac spatium, res *in quo* quaeque geruntur. v. 955: spatium, res *in quo* quaeque gerantur. II, 602: aëris *in spatio* — pendere. VI, 301: igniscat tamen *in spatio longoque meatu*. v. 452: *hoc supero in* caeli spatio. I, 482: loci, res *in quo* quaeque gerantur. II, 1099: *omnibus in*ve *locis* esse omni tempore presto. IV, 798: propterea fit uti quovis in tempore quaeque presto sint simulacra *locis in quisque* parata. Sic recte Avantius pro *locos in quisque*. Marullus male *locos in quosque:* neque enim id nunc agitur, in quaenam loca eant simulacra. I, 490: ferrum candescit *in igni*. III, 623: usque adeo sequitur res rem, neque flamma creari fluminibus solitast neque *in igni* gignier algor. I, 717: insula quem *triquetris* terrarum gessit *in oris*. V, 85: *aetheriis* cernuntur *in oris* = VI, 61. I, 740: *principiis* tamen *in* rerum fecere ruinas. v. 823: nostris in versibus ipsis = II, 688. 1013. I, 949: versibus in nostris = IV, 24. I, 871: *in lignis* si flamma latet. v. 891: *in lignis* cinerem — videri. II, 897: quarum nil rerum *in lignis glaebis*que videmus. III, 786: nec cruor *in lignis* neque *saxis* sucus *inesse*. I, 897: in magnis — montibus. V, 824: quod *in magnis* bacchatur *montibu'*. v. 1244: montibus in magnis. VI, 422 montibus in summis. I, 996 semper — res quaeque geruntur *partibus in cunctis*. II, 1075 *aliis* terrarum *in partibus* orbis. III, 101 *nulla* cum *in parte* siet mens. v. 611: ut sensus alios *in parte* quemque *sua* scit dissolvi. V, 147:

sedes esse deum — *in* mundi *partibus ullis*. v. 696 crassior est *certis in partibus* aër. v. 734 atque alia illius reparari *in parte* loco-que. III, 664 sq. *omnibus* esse igitur totas dicemus *in illis particulis* animas? II, 29: prostrati *in gramine molli* = V, 1392, ubi corrector oblongi *gramine* scripsit pro *gramina*. II, 35 sq.: *textilibus* si *in picturis ostro*que *rubenti* iacteris, quam si *in plebeia veste* cubandum est. II, 37: qua propter quoniam nil *nostro in corpore* gazae proficiunt. v. 436 (res) quae *in corpore* natast. v. 438 cum turbant *corpore in ipso* semina. v. 673: *in corpore* celant. v. 852: mixtos *in corpore* odores. v. 958: *dominantem in corpore* motum. III, 128 sq. est igitur calor ac ventus vitalis *in ipso corpore*. III, 138: dominari in corpore toto. v. 169 consentire animum nobis *in corpore* cernis. v. 227 (efficiunt) odorem *in toto corpore* rei. v. 256 plerumque fit *in summo* quasi *corpore* finis motibus. v. 274 nec magis haec infra quicquam est *in corpore nostro*. v. 379 quantula priva queant nobis iniecta ciere sensiferos motus *in corpore nostro*. v. 483 corpore in ipso. v. 506 sqq. haec igitur tantis ubi morbis *corpore in ipso* iactentur — cur eadem credis sine corpore *in aëre aperto* — aetatem degere pos-e? v. 541 animam glomerari *in corpore* eorum — qui cett. v. 575 motus, quos ante *in nervis* et *in ipso corpore* agebat. v. 587 viarum flexus, *in corpore* qui sunt. v. 590 et prius esse sibi distractam *corpore in ipso*. v. 666 unam animantem animas habuisse *in corpore* multas. v. 709 *in nostro* dominatur *corpore* nata. v. 714: corpore in exanimo. v. 718 ut nullas partis *in corpore* liquerit ex se. v. 765 *in tenero* tenerascere *corpore* mentem. v. 773 conclusa manere *in corpore patri*. v. 799 confiteare animam distractam *in corpore toto*. IV, 263: corpore — in nostro. v. 714: galloram *in corpore*. v. 834 in corpore. v. 887 ferit — *in corpore toto*. v. 1221: mixta *suo* celant *in corpore* saepe parentis. VI, 897: *in* taedai *corpore* adhaerent. v. 1034: res omnes debent *in corpore* habere aëra. II, 54, 56, 58 in tenebris. III, 77 ipsi se *in tenebris* volvi *caenoque* queruntur. v. 87 sqq. nam vel uti pueri — omnia *caecis in tenebris* metuunt. sic nos *in luce* timemus inter dum, nilo quae sunt metuenda magis quam quae pueri *in tenebris* pavitant. IV, 231 in tenebris. v. 235: id nos commovet *in tenebris, in luci* quae poterit res accidere —? v. 348 in tenebris. VI, 35 *caecis in tenebris* metuunt. v. 38 in tenebris. II, 56 in luce. IV, 232: cernitur *in luce* et *claro candore*.

v. 312 quae sunt *in luce*. v. 322 quae sita sunt *in luce*. VI, 873 in luce diurna. II, 91: reminiscere totius imum nil esse *in summa*. v. 1077: ut *in summa* res nulla sit una. V, 265: *in summa*que fit ut nil umor abundet. II, 107: dissiliunt longe longeque recursant *in magnis intervallis*. III, 394: et quam *in his intervallis* tuditantia possint concursare (sic Lachm. pro *quantis*). II, 117: radiorum *lumine in ipso*. v. 140 *in* solis quae *lumine* cernere quimus. v. 126 *in* solis *radiis*. v. 279: tamen esse *in pectore nostro* quiddam cett. III, 298: in pectore. v. 1056 tanti mali moles *in pectore* constet. VI, 34: volvere curarum tristis *in pectore* fluctus. II, 284: quare *in seminibus* quoque idem fateare necessest. v. 317 in colli. v. 322: et vel ut *in viridi* candor consistere *colli*. v. 399: iucundo sensu linguae tractentur *in ore*. IV, 617 sucum sentimus *in ore*. VI, 1228: aëris auras volvere *in ore* licere. II, 533 fecundamque minus naturam cernis *in illis*. v. 550: quo pacto congressa coibunt materiae *tanto in pelago turba*que *aliena*? IV, 432 *in pelago* nautis ex undis ortus *in undis* sol fit uti videatur obire. II, 564: remorari *in concilio*. v. 601 in curru. v. 667 in flumine quoque. IV, 220 sq. in medio flumine. v. 1100: *in medio*que sitit *torrenti flumine* potans. VI, 143 sq.: quod item fit *in altis fluminibus magno*que *mari*. II, 780 ut *in quadrato* cernimus esse dissimiles formas. v. 781: *in aequore* ponti. III, 493 agens animam spumat, quasi *in aequore salso* ventorum validis fervescunt viribus undae. II, 782: aut *in alio quoris uno puro*que *nitore*. v. 965: *suis* trepidant *in sedibus*. III, 11: *floriferis* ut apes *in saltibus* omnia libant. v. 105 magno opere *in quo* mi diversi errare videntur. v. 117: nunc animum quoque ut *in membris* cognoscere possis. v. 120 saepe tamen nobis *in membris* vita moretur. v. 127 curare *in membris* ut vita moretur. v. 276: quod genus *in nostris membris* et *corpore toto* mixta — vis est. v. 651: *omnibus in membris* et *in ore ipso*que *palato*. IV, 926: remaneret *in membris*. III, 140: idque situm *media regione in* pectoris haeret. IV, 786: *eadem in regione loco*que. V, 534: *in media — regione* quiescat. VI, 415 in multis regionibus. III, 266: *in quoris* animantum *viscere*. v. 528: *in pedibus* — digitos livescere. IV, 542: *in pedibus* pondus sentimus inesse. v. 1125: argentum et pulchra *in pedibus* Sicyonia rident. III, 537 *in sensu* debet *maiore* videri. v. 616: (mens) gignitur *in capite* aut *pedibus manibus*ve. v. 791 sq. multo prius

ipsa animi vis *in capite* aut *cineris* aut *imis calcibus* esse posset, et innasci quavis in parte soleret tandem *in eodem homine* atque *in eodem vase* manere = V, 135 sqq. III, 683: cum membris videatur *in ipso sanguine* cresse. v. 684: sed vel ut *in carea* per se sibi vivere solam convenit. VI, 198: *in carcis*que ferarum more minantur. III, 784: in aethere. v. 891: *in melle* situm. IV, 61: cum lubrica serpens exuit *in spinis* vestem. v. 98: speculis *in aqua splendore*que *in omni* quae cumque apparent nobis simulacra. v. 213 sidera respondent *in aqua*. VI, 883 in aqua. IV, 132 constituuntur *in hoc caelo*. VI, 48: quae cumque *in eo* (caelo) fiunt. IV, 182: clamor *in aetheriis* dispersus *nubibus* austri = v. 911. VI, 157: grandinis *in magnis* sonitum dat *aedibus* alte. v. 495: quo pacto pluvius concrescat *in altis nubibus* umor. v. 500: aquam, quae cumque *in nubibus* extat. v. 526: color *in nigris* existit *nubibus* arqui. v. 528 quae concrescunt *in nubibus*. IV, 237: esse *in imaginibus* qua propter causa videtur cernundi. v. 293: *in speculis* fit ut *in laeva* videatur. v. 310: *oculis in* eorum. v. 331: *in aedibus* esse. V, 1071 in aedibus. VI, 224: dominantur *in aedibus ipsis*. IV, 436 in portu. v. 442: *in summo* fluitare *liquore*. v. 456: *in* noctis *caligine caeca*. v. 513 in fabrica. v. 706 sq.: Nec tamen hoc *solis in odoribus* atque saporum *in genere*st. IV, 726 in auris. VI, 308 ignem concepit *in auris*. IV, 736 aëre in ipso. VI, 1128: suspensa manet vis *aëre in ipso*. IV, 820: *in manibus* vir uti factus videatur adesse. VI, 1190: *in manibus* nervi trahere etc. IV, 976: esse vias *in mente* patentis. v. 1203 in triviis. V, 74 terrarum — *in orbi*. v. 644 quae volvunt magnos *in magnis orbibus* annos. v. 692 annua sol *in quo* (orbi) concludit tempora serpens. VI, 629 *toto* terrarum spargere *in orbi*. V, 91 ne te *in promissis plura moremur*. VI, 245 neque te *in promissis plura morabor*. V, 128 sq. sicut *in aethere* non arbor, non aequore salso nubes esse queunt, neque pisces vivere *in arris*, nec cruor *in lignis* neque saxis sucus inesse. v. 142 sq. infitiandum totum posse extra corpus — *putribus in glebis* terrarum aut solis *in igni* aut *in aqua* durare aut altis aetheris oris. v. 526: quid *in hoc mundo* sit eorum. v. 528 quid possit fiatque — *in variis mundis* varia ratione *creatis*. v. 909: nixus *in hoc uno* novitatis *nomine inani*. v. 962: in silvis. v. 973 noctis *in umbris*. v. 1080 in salso. v. 1306 horribile humanis quod gentibus esset *in armis*. v. 1355: nam longe praestat *in arte* et

sollertius est multo genus omne virile. VI, 113: id quoque enim genus *in lonitru* cognoscere possis. v. 394 volvitur *in flammis*. v. 437: fervorem — concinnat *in undis*. v. 450 *prospectu* maris *in magno*. v. 539 *in gremio* gerere. v. 701 *in summo* sunt *vertice* — crateres. v. 749 est ut *Athenaeis in moenibus*, arcis *in ipso vertice*. v. 785 iacuit prostratus *in herbis*. v. 840 in puteis. v. 890: quod genus *endo maris*t Aradi fons. Sic Iacobus Bernaysius et Lachmannus pro endo maris parat fons. v. 905: hoc igitur fieri quoque *in illo fonte* putandumst. v. 909: Magnetum quia fit *patriis in finibus* ortu. v. 937 *in primo — carmine* claret. v. 1016: donec pervenit ad ipsum iam lapidem caecisque *in eo* compagibus haesit. v. 1089: quod magis *in lapide* hoc fieri *ferro*que videtur. v. 1037 qui *in ferro*st abditus aër. v. 1052 omnia plena invenit *in ferro*. v. 1045 sq. intus *aheneis in scaphiis*. v. 1139 *finibus in* Cecropis. Frustra Lambinus Finibu' Cecropiis. v. 1116 sq. in Achaeis finibus. v. 1157 leti iam *limine in ipso*. v. 1278 nec mos ille sepulturae remanebat *in urbe*.

b) Separatim commemoro nomina regionum et urbium. II, 634 in Creta. VI, 585: *in Syria Sidone* quod accidit. v. 586: in Peloponneso. v. 756 in Syria. v. 1107 et quod *in Aegypto* est. v. 1115 gignitur *Aegypto in media*. v. 1108 quod *in Ponto* est.

c) Dicitur de multitudine et copia, cuius aliquid partem efficit. I, 446: nulla potest rerum *in numero* natura relinqui. v. 691: neque nullam rem veram *in numero* rerum constare. V, 123: *in*que deum *numero* quae sint indigna videri. v. 180: nec fuit *in numero*. II, 447: *in quo* iam *genere in primis* adamantina saxa — constant. v. 535 multa licet *genere* esse *in eo*. v. 536: sicut quadripedum cum primis esse videmus *in genere* anguimanus elephantos. v. 567: esse igitur *genere in quoris* primordia rerum — palam est. v. 666 sq.: tanta est. *in quoris genere* herbae, materiai dissimilis ratio. v. 821: in genere omni. IV, 185: *in quo* iam *genere* est solis lux. v. 510 quae sint *in genere hoc* fugienda. v. 707. VI, 1061 lignea materies *in quo genere* esse videtur. II, 1080. III, 296 in primis. IV, 111. 147. 151. 209. 779. 855. V, 59. 1413. VI, 536. 1237. III, 206: quae res — *in multis — rebus* utilis invenietur. IV, 564 in populo. VI, 1247 *in*que *aliis* alium populum sepelire suorum certantes.

d) Coniungitur cum adiectivis. III, 604 in aperto. v. 836: *in dubio*que fuere. v. 1085: *in dubio*st. IV, 1137: aut quod *in ambiguo* verbum iaculata reliquit. v. 133: ut nubes facile inter dum concrescere *in alto* cernimus. v. 268: duritiem — saxi sentimus *in alto*. V, 584: nobis videatur *in alto*. v. 451: coibant in medio. v. 486: in medio — coiret. VI, 801: quam facile *in medio* fit uti des saepe ruinas. v. 1006 in medio. VI, 158: franguntur *in arto* concreti montes nimborum. Sic Lachm. pro *in artum;* in arto franguntur nubes gelu concretae, cum eas ventus confercit. v. 277: vortex versatur *in arto*. v. 1164: corporis *in summo*. Huc refero etiam *in promptu*, quamquam substantivi formam habet, quod invenitur I, 879. II, 149: omnibus *in promptu* manifestumque esse videmus. v. 246: namque hoc *in promptu* manifestumque esse videmus. v. 583: *in promptu* quorum natura videtur. v. 868: *in promptu* cognita quae sunt. III, 106: *in promptu* corpus quod cernitur. v. 185: ante oculos quorum *in promptu* natura videtur. IV, 97. VI, 941: nil esse *in promptu* nisi mixtum corpus inani. Sic corrector oblongi pro in promptum si corpus mixtum inani.

e) Usurpatur in designanda actione aliqua aut conditione, in qua quid est. I, 43: talibus in rebus. III, 53: in rebus acerbis. v. 314: *in*que *aliis rebus multis* differre necessest naturas hominum varias. VI, 393 sq.: *nulla* sibi *turpi* conscius *in re*. I, 111 in morte. III, 866: nobis nil esse *in morte* timendum. v. 875 sibi sensum *in morte* futurum. v. 885 nec videt *in vera* nullum fore *morte* alium se. v. 888 et 916 et 1022 in morte. v. 402: *manet in vita* cui mens — remansit. v. 407 *in vita* cunctatur et haeret. V, 178 manere in vita. VI, 1211: *manebant in vita* tamen. I, 589 in ordine. v. 653: talibus in causis. v. 666: ignis *in coelo* stingui. v. 775: *in coelo* variantis acervi. v. 772: nil *in concilio* naturam ut mutet eorum. III, 805: in concilio. I, 845: in utraque — ratione. IV, 964. I, 851: in oppressu valido. v. 995: semper *in adsiduo motu* res quaeque geruntur. II, 297: *quo* nunc *in motu* principiorum corpora *sunt, in coetu* ante acta aetate *fuere*. v. 309: primordia *sint in motu*. v. 15: *qualibus in tenebris* vitae *quantis*que *periclis* degitur hoc aevi. V, 175: *in tenebris* vita ac *merore* iacebat. II, 483: unius cuiusvis *in brevitate* (bei). v. 819: omnia principiorum ornamenta queunt *in gnaris esse nitore*. III, 8: quid nam tremulis facere artubus haedi consimile *in cursu* possint. V, 619: annua

sol *in quo* consumit tempora *cursu*. VI, 302: cum venit amittens *in cursu* corpora quaedam. v. 307: fervida fit glans *in cursu*. VI, 321: *in cursu* si non accenditur igni. Sic Itali pro *in cursus non*. III, 55 sq.: quo magis *in dubiis* hominem spectare *periclis* convenit *adversis*que *in rebus* noscere qui sit. v. 1076: *in dubiis* trepidare *periclis*. v. 72: crudeles gaudent *in tristi funere* fratris. v. 84: hunc vincula amicitiai rumpere et *in summa* pietatem evertere clade, de quo vide Hand. Tursell. III, p. 264. III, 111: *in nullo* caput — sit *dolore*. v. 288: *in ira* cum fervescit. v. 295: illis quibus acria corda iracundaque mens facile effervescit *in ira*. v. 401: gelidos artus in leti *frigore* linquit. v. 463: *morbis in* corporis avius errat saepe animus. v. 581: *in taetro* tabescat *odore*. v. 647: *in* pugnae *studio* quod *dedita* mens est. IV, 815: in rebus deditus. III, 826: *in*que *meta* male habet (eam). v. 941: vitaque *in offensu*st. v. 992 *in amore* iacentem. IV, 1101 in amore. v. 1141 sq.: atque *in amore* mala haec *proprio* summeque *secundo* inveniuntur: *in adverso* vero atque *inopi* sunt, prendere quae possis. v. 1187: quos retinere volunt adstrictosque esse *in amore*. III, 999: atque *in eo* semper durum sufferre laborem. IV, 1260: *in eo* refert. III, 1074: ambigitur status, *in quo* sit mortalibus omnis aetas. IV, 34: in somnis, item v. 770. 789. 965. 972. 988. 1006. 1012. 1097. V, 62: sed simulacra solere *in somnis* fallere mentem. v. 885. 1171. 1181. IV, 1009: somno in leni. v. 388: quae *manet in statione*. v. 396: solque pari ratione *manere* et luna videtur *in statione*. V, 478: quod genus in nobis quaedam licet *in statione* membra *manere*. v. 518 manere in statione. IV, 454 *in summa* corpus iacet — *quiete*. v. 999: in molli — quiete. v. 671 utraque — sunt *in* mellis commixta *sapore*. v. 915 *in culpa* cum sis. v. 1086: namque *in eo* spes est, unde est ardoris origo, restingui quoque posse ab eodem corpore flammam. v. 1107 in eost. v. 1113: cupide *in* Veneris *compagibus* haerent. 1134: surgit amari aliquit, quod *in ipsis floribus* angat. v. 1156 multimodis igitur pravas turpisque videmus *esse in deliciis summo*que *in honore* vigere. v. 1202: ut *in vinclis communibus* excrucientur? V, 57: *in eo* (foedere) quam sit durare necessum. v. 1273: tum *fuit in pretio* magis aes. v. 1277: quod *fuit in pretio*. v. 1308: Temptarunt etiam tauros *in moenere* belli. v. 1360: *opere in duro* durarent. v. 1431: semper et *in curis* consumit *inanibus* aevom. Sic Itali et Marullus pro *semper et curis*. VI, 429: quae cumque

in eo tum sint deprensa *tumultu*. v. 556: nisi umor destitit *in dubio fluctu* iactarier intus. v. 815: opere in tali. v. 1183: perturbata animi mens *in merore metu*que.

Pertinet huc etiam *in* praepositio coniuncta cum ablativo gerundii et gerundivi. I, 59 reddunda in ratione. v. 778: gignundis in rebu'. II, 290: cunctis in rebus agendis. III, 491 in iactando. v. 706: *in manando* dissolvuntur. V, 1335: effervescere cernebant *in rebus agundis* cett. IV, 720: in remorando, item VI, 333. VI, 143 in frangendo.

f) Indolem, facultatem, potestatem exprimit. II, 190: pondera. *quantum in se est*, cum deorsum cuncta ferantur. v. 201: nec tamen haec *quantum est in se* cett. v. 205: pondera. *quantum est in se*, deorsum ducere pugnent. v. 247: quantum in se est.

g) Cum temporis notionibus iungitur. I, 26: tempore in omni. v. 337 in omni tempore. v. 93: in tali tempore. v. 98: nubendi *tempore in ipso*. IV, 1076 potiundi *tempore in ipso*. I, 320: quae corpora decedant *in tempore quoque*. v. 327 quid *quoque* amittant *in tempore*. IV, 499 quod *in quoque*st his visum *tempore*. I, 351 fetus *in tempore* fundunt. v. 1037 in tempore. VI, 230. III, 24 tempore in ullo, item V, 878. III, 114: tempore in illo. v. 553: in parvo — tempore, item V, 106. VI, 813: in tempore parvo. III, 862: *in eo* tum *tempore*. VI, 375: in eo — tempore. IV, 155 quovis in tempore, item 797. 775: quovis — tempore in uno. v. 793: nocturno — in tempore. V, 172: tempore in ante acto. v. 230: puncto — in tempore. v. 672 sq. in certo — tempore. v. 1081 alio — in tempore. I, 234: quod si *in eo spatio* atque *ante acta aetate* fuere. v. 460: transactum quid sit *in aevo*. III, 357 perdit enim quod non proprium fuit eius *in aevo*. II, 78: *in*que *breve spatio* mutantur saecla animantum. IV, 1285: in longo spatio. v. 1287: longo in spatio. VI, 622: in tanto spatio. III, 771 in origine prima. v. 979 *in vita* sunt omnia nobis. v. 982 in vita, item v. 1014. 995: Sisyphus *in vita* quoque nobis ante oculos est. V, 227 in vita. IV, 164 et 193: temporis *in puncto*.

h) Separatim commemoro verba ponendi et similia. I, 879: *prima*que *in fronte locata*. II, 884: in quali sint ordine — locata. III, 95: *in quo* consilium vitae regimenque *locatum est*. v. 98: sensum animi *certa* non *esse in parte locatum*. v. 610: in certa regione locatam. IV, 97: in promptu quoniam *est in prima fronte*

locatum. v. 702 in qua sit regione locatum. V, 12: *in* tam *tranquillo* et tam *clara luce locavit*. v. 1188: *in caeloque locarunt*. VI, 193: in statione locata. Sic pro *statione* corrector quadrati et ceteri. III, 3 sq. *in*que *tuis* nunc ficta pedum *pono pressis* vestigia *signis*. v. 390 *corpore* quae *in nostro* culices — *ponunt*. v. 857: in eodem — ordine posta. VI, 965: cera lique fit *in* eius *posta vapore*. v. 1223: strata *viis* animam *ponebat in omnibus* aegre. I, 1057: in se sistere. II, 603: neque posse *in terra sistere* terram. v. 332: in campis consistere.

In cum accusativo a) motum exprimit in locum sive in res, quae per metaphoram pro locis accipiuntur. I, 22: nec sine te quicquam *dias in* luminis *oras* exoritur. v. 33: *in gremium* qui saepe *tuum* se *reicit*. II, 714: reicere in terras. V, 642 *reiciat* — *aestiferas usque in partis* et *ferrida signa*. I, 1030: ut semel *in motus* coniectast *convenientis*. II, 1073: conicere in loca quaeque. VI, 580: *in loca* se *cava* — *coniecit*. v. 731 *coniciunt in eas* tunc omnia *partis*. III, 570: in auras — iecta. IV, 1056: *iacere* umorem *in corpus*. v. 1065: et *iacere* umorem conlectum *in corpora quaeque*. v. 1146: vitare, *plagas in* amoris ne *iaciamur*. v. 1206: quae *iacere in fraudem* possent. VI, 401: cur numquam caelo *iacit* undique puro Iuppiter *in terras* fulmen. V, 1126: deicit — in Tartara taetra. II, 739: *in quae corpora* si nullus tibi forte videtur posse animi *iniectus fieri*. I, 36: inhians *in te*. v. 170: *oras in* luminis *exit*. VI, 886: *exire*que *in auras*. I, 249: haud igitur *redit ad nilum* res ulla, sed omnes discidio *redeunt in corpora* materiai. III, 503: *redit*que *in latebras*. v. 505 redit in sensus. IV, 28: rediret in ordia prima. VI, 871: in antiquas redeunt — sedes. II, 563 in concilium — coire. V, 665: *coire globum* quasi *in unum*. III, 705 sq.: quamvis integra *recens in corpus erunt*. v. 760 sq.: sin animas hominum dicent *in corpora* semper *ire humana* (sic corrector quadrati et Itali ante Marullum pro *corpore*). IV, 446: ire — aliam in partem. V, 647: diversas ire in partis. VI, 1206 sq.: tamen *in nervos* huic morbus et *artus ibat* et *in partis genitalis* corporis *ipsas*. III, 1066: abit in somnum. IV, 1111: *abire in corpus* corpore toto. I, 179: et vivida tellus tuto res teneras *effert in* luminis *oras*. II, 654 *effert in lumina* solis. I, 207: quo quaeque creatae aëris *in teneras* possint *proferrier auras*. III, 133: in illam transtulerunt. IV, 338: de

speculo *in speculum transfertur* imago. III, 465 sq. *fertur in altum aeternumque soporem.* IV, 165: necessest — rerum simulacra *ferantur* multa modis multis *in cunctas* undique *partis.* V, 103: via qua — *fert humanum in pectus templaque* mentis. v. 276: aëris *in magnum fertur mare.* VI, 344: in unum — ferantur. v. 606: feratur. in barathrum. v. 1014: in vacuum ferri. v. 1019: in vacuum — feruntur. V, 86: in antiquas referuntur religiones = VI, 62. VI, 77: *ferantur in mentes* hominum. V, 1092: detulit in terram. I, 215: Huc accedit uti quicque *in sua corpora* rursum *dissolvat* natura. v. 764: *in eas* rursum *res* omnia *dissolvuntur.* III, 438: ocius et citius *dissolvi in corpora prima.* v. 456: *dissolvi in altas* aëris *auras.* I, 227: *in lumina* vitae *reducit* Venus. III, 534: conducere in unum. IV, 431: donec *in obscurum* coni *conduxit acumen.* VI, 967: conducit in unum. v. 763: Acheruntis *in oras ducere.* I, 251: ubi eos pater aether *in gremium* matris terrai praecipitavit. v. 292: procubuere quam libet in partem. V, 1097: in ramos incumbens. I, 309: *in parvas* igitur *partis dispergitur* umor. II, 1134: *in cunctas* undique *partis* plura modo *dispargit.* IV, 606: *suos* se *spargere in ignis.* I, 350: dissipat *in corpus* sese cibus. v. 352: quod cibus *in totas — diffunditur.* V, 469: diffusus in omnis — partis. v. 224: cum primum *in* luminis *oras* — ex alvo matris natura *profudit.* I, 533: findi *in bina* secando. v. 397: ipse *in se trahere* et partis conducere *in unum.* IV, 376: quasi *in ignem* lana *trahatur.* II, 826: quanto *in partes* res quaeque *minutas distrahitur* magis. IV, 693: distractus in — auras. v. 1189: quoniam tu animo tamen omnia possis *protrahere in lucem.* V, 1455: si unum quicquid paulatim *protrahit* aetas *in medium* ratioque *in* luminis erigit *oras.* I, 710: terramve creare omnia et in rerum *naturas vertier omnis.* v. 783: et primum faciunt ignem *se vertere in auras.* II, 745: scire licet nostrae — menti corpora posse *verti in notitiam* etc. v. 767: mare — *vertitur in cunos — fluctus.* v. 876: *vertunt* se — *in pecudes.* v. 879 cibos *in corpora viva vertit.* v. 927 *in pullos* animalis vertier. IV, 142: et cuiusque modi formarum *vertere in oras.* v. 1130: inter dum *in pallam* atque *alidensia Ciaque vertunt.* V, 278: omnia iam resoluta forent et *in aëra versa.* v. 337: in patrias — vertere voces. v. 1294: *versaque in opprobrium* species *est* falcis ahenae. VI, 87 sq. *in utram se verterit* hinc partim. v. 291 in imbrem vertier.

v. 383 sq. *in utram* se *verterit* hinc *partim*. v. 1171: nil adeo posses cuiquam leve tenveque membris *vertere in utilitatem*. Sic optime Lambinus pro verteret utilitatem. II, 131: *reverti — in cunctas* undique *partis*. V, 815: quod omnis impetus *in mammas convertitur* ille alimenti. v. 1317: convertere in hostis. v. 1422: neque *in fructum convertere quisse*. I, 745: nec tamen admiscent *in* eorum *corpus* inane. v. 795: in commutatum veniunt. III, 723: et privas *in corpora* posse *venire*. IV, 222: *in os* salsi *venit* umor. v. 723: veniant in mentem. V, 1206: venit in mentem. VI, 430: in summum veniant — periclum. v. 483: huc *veniant in caelum*. v. 594: frigus uti *nostros* — cum *venit in artus*. v. 633: in mare — venit. v. 928: *in os* — *venit* umor. v. 1123: *in nostrum* cum *venit* — *caelum*. I, 1027: deveniunt in talis disposituras. VI, 1133 sq. nec refert utrum nos *in loca deveniamus* nobis *adversa*. II, 686: glomeramen in unum conveniunt. IV, 1043: in loca conveniens — certa. IV, 146: hoc *alias* cum *perrenit in res*. v. 147 sq. sed ubi *aspera saxa* aut *in materiam* ligni *perrenit*. I, 803: *in auras* aëris e terra res omnis crescere. v. 924: (spes) incussit suavem mi *in pectus* amorem. v. 1007 *patet* — *in cunctas* undique *partis*. II, 93: *patere in cunctas* undique *partis*. I, 1053: *in medium* summae quod dicunt omnia *niti*. v. 1056: quod *in medium sint* omnia *nixa*. v. 1084: quoniam non omnia corpora fingunt *in medium niti*. v. 1062 sqq. neque posse e terris *in loca* caeli *reccidere inferiora* magis quam sponte sua possint *in* caeli *templa* volare. V, 279: in res reccidere. II, 209: non *cadere in terram* stellas et sidera cernis? v. 215: *cadit in terras* vis flammea volgo. IV, 1049 sq.: namque omnes plerumque *cadunt in volnus*, et illam emicat *in partem* sanguis cett. v. 1286: guttas *in saxa cadentis*. VI, 257: in undas — cadit. v. 745 sq. *cadunt* — *in terram* — aut *in aquam*. v. 828: cecidere — in fontis ipsos. v. 1126 sq. aut *in aquas cadit* aut *fruges* persidit *in ipsas* aut *alios* hominum *pastus* pecudumque *cibatus*. IV, 215: aetheris ex oris *in* terrarum *accidat oras*. V, 192 sq. si *in talis disposituras decidernnt* quoque et *in talis* venere *meatus* etc. VI, 145: *in nubem* vis *incidit*. v. 296: incidit in gravidam — nubem. V, 1434: idque minutatim vitam *prorexit in altum*. II, 208: *in quas* cumque *dedit partis* natura meatum. IV, 1095: nil *datur in corpus* praeter simulacra fruendum. V, 1160: celata mala *in medium dedisse*. v. 1321:

deplexaeque *dabant in terram* volnere victos. VI, 1172 sq.: *in furios* partim *gelidos* ardentia morbo membra *dabant*, nudum iacientes corpus *in undas*. v. 1249: inde bonam partem *in lectum* maerore *dabantur*. Sic Marullus Latine pro *iniectum*. II, 1125. v. 1136: nec facile *in venas* cibus omnis *ditur* ei. III, 703: *in membra* atque *artus* cum *ditur omnis*. v. 707: omnis diduntur in artus. IV, 629: *ditur* omnis *in artus*. v. 955: *in venas* dum *ditur omnis*. VI, 946 *ditur in venas* cibus. III, 966: nec quisquam *in barathrum* nec *Tartara ditur atra*. IV, 326: de speculo *in speculum* ut *tradatur* imago. II, 212: *in terras* igitur quoque solis vergitur ardor. v. 305: in omne - inrumpere. VI, 436: prorumpitur in mare. II, 414: penetrare - in naris. v. 683 nidor enim *penetrat* qua fucus non it *in artus*. III, 471: penetrant in eum. VI, 698: et *penetrare* maris penitus percocta *in apertum*. Sic Lachm. pro mari penitus res cogit aperto. II, 475: in foveam fluat. V, 496: in imum confluxit. VI, 1152: ubi morbida vis *in cor maestum confluxerat* aegris. v. 1259 in urbem confluxit. II, 508 sq. cedere item retro possent *in deteriores* omnia sic *partis*, ut diximus *in melioris*. v. 1000: cedit — in terras. VI, 872: in terram cedit. II, 711 in artus — discedunt. III, 400 discedit in auras. v. 436: discedit in auras. v. 477 in venas discessit. v. 640 partis discedit in ullas. IV, 870 discedit in omnia. v. 41: in sua discessum dederint primordia. II, 1102: in deserta recedens. IV, 918: concessit in altum. V, 1012 sq. concessit in unum conubium. v. 1275: aurum *in summum successit honorem*. II, 775: numquam *in marmoreum* possunt *migrare colorem*. v. 966: *in*que *locum* quando *remigrant*. v. 796: neque *in lucem existant* primordia rerum. V, 212: sponte sua nequeant *liquidas existere in auras*. II, 810: excipit in se. III, 115 accipit in se. VI, 655: in artus accepit — febrim. v. 1029: capit in se. II, 829. *in parvas partis* discerpitur. v. 882: arida ligna explicat *in flammas* et *in ignis* omnia versat. v. 957: *in*que *suos* revocare *meatus*. v. 1039: suspicere *in* caeli - *lucida templa*. IV, 421: *in rapidas* amnis *desperimus undas*. VI, 648: cunctas in partis dispiciendum. II, 1132: *in partem peiorem* liquitur aetas. v. 1154: de caelo *demisit* — *in arva*. VI, 433: in mare — demissa. v. 446: se *in terras demisit*. v. 496: in terras demissus. IV, 226: in cunctas dimittitur — partis. VI, 842: dimittit in auras. v. 930: in cunctas

dimittitur — partis. V, 1309: mittere in hostis. VI, 404: *in mare* qua — *mittit* ratione? v. 411: et simul *in multas partis* qui credere possis *mittere?* v. 441: *in aquam* — se *inmittit*. III, 222: suavis diffugit in auras. IV, 565 sq. *in multas* — *voces* vox — *diffugit, in priras* quoniam se dividit *auris*. III, 829: in nigras — mergitur undas. VI, 149: ubi *in gelidum* propere *demersimus imbrem*. III, 574: *in eos* — concludere *motus*. v. 591: enaret *in* aëris *auras*. v. 659: in multas partis discidere. v. 669 in multas — partis discidere. v. 671: in corpus — insinuatur. IV, 524: in auris insinuata. VI, 234: insinuatus in ipsum. v. 803: insinuatur — in cerebrum. III, 726: *in discrimen* agendum. v. 936: *pertusum congesta* quasi *in vas* commoda. v. 1009 pertusum congerere in vas. IV, 179: in quem — locum tendat. VI, 435: extendatur in undas. IV, 332: speculo *in speculum* translucet imago. IV, 423: et *in adversum flumen contrudere* raptim. VI, 211: contrusit in unum. IV, 472: qui capite ipse *suas in* statuit *vestigia* sese. v. 603: praeterea *partis in cunctas dividitur* vox. Corrector quadrati, Antonius, Brixiensis *cunctas* pro *cuncta*. V, 684: *in partis* non *aequas dividit* orbem. IV, 605: dissiluit — *in multas*. v. 725: vagari — *in cunctas* — *partis*. v. 817: nos *in fraudem* induimus. v. 1059: primum Veneris dulcedinis *in cor* stillavit gutta. V, 401: deturbavit equis *in terram*. v. 781: *in* luminis *oras tollere*. VI, 507: tollitur in nubis. V, 935: defodere in terram. v. 1366: nova *defodere in terram* virgulta per agros. v. 1005: pellicere *in fraudem*. v. 1207: tunc aliis oppressa malis *in pectora* cura illa quoque expergefactum caput *erigere* infit. v. 1262 sqq.: posse haec — *quam libet in formam* et *faciem* decurrere — et prorsum quamvis *in acuta* ac *tenuia* posse mucronum duci *fastigia* procudendo. v. 1297: *in* equi *conscendere costas*. VI, 402: in eas — descendit. v. 427: in mare — descendat. v. 736: in campos — descendere. v. 205: devolet *in terram*. v. 274 sq.: qui cogit *in unum* forte *locum quemvis*. v. 467: surgere in aethram. v. 819: surgit in auras. v. 1021: consurgere in auras. v. 552: ubi *in magnas* aquae *rastasque lucunas* — provolvitur. v. 837 in terram delabi. v. 634: *in terras* — manare. v. 659: *oculos* invadit *in ipsos*. v. 817: expiratque foras *in apertum promptaque* caeli. v. 847: terra — ut — *exprimat in puteos* si quem gerit ipsa calorem. v. 867: exprimat in fontem. v. 875 *in lucem* tremulo rarescit ab aestu. v. 896 et

-catere illa foras *in stuppam* semina. v. 1130 illa quoque *in corpus* pariter sorbere necessest.

b) Exprimit dirigi aliquam actionem hostiliter adversus rem aut hominem. VI, 399: neque *parcit in hostis*.' v. 957: *in caelum terras*que — iura facessunt.

c) Separatim affero *in* cum acc. substantivi *pars*, quod exprimit rem verti in aliquam regionem, quamquam multa huius generis exempla iam in superioribus apud singula verba attuli. I, 966: *in omnis* tantundem *partis* infinitum omne relinquit. II, 210 sq.: sol dissipat *omnis* ardorem *in partis*. v. 1048: in cunctas — partis. V, 589: mutare videtur *alteram in utram partem*. VI, 299 hoc fit idem *in partis alias*. v. 1017: hoc fit idem *cunctas in partis*. v. 563. 1041 *partem in vacuam* conamina sumpsit.

d) *in numerum* dicitur de mensura sonorum, nach dem Tacte. Sic II, 631. IV, 769 bracchiaque *in numerum* iactare. v. 788: *in numerum* procedere.

e) *in cassum* idem significat quod frustra. II, 1060. 1165: *in cassum cecidisse* labores. V, 1002: temere in cassum frustra. v. 1129. 1430: in cassum frustraque.

f) *In* adiungitur temporis notionibus. II, 570 in aeternum. IV, 427 stansque *in perpetuum* paribus suffulta columnis. V, 981 in perpetuum. IV, 1069 *in*que *dies* gliscit furor. V, 483 *in*que *dies* cett. v. 706 et 1105 et 1279 *in*que *dies magis* cett. v. 1370: *in*que *dies* magis in montem succedere silvas. v. 733: *in*que *dies privos* oborisci quaeque creata. v. 1307 *in*que *dies* cett. v. 274: innumerabiliter *privas* mutatur *in horas*. VI, 712: Nilus *in aestatem* crescit.

Indu cum abl. coniunctum legitur II, 1096: quis regere immensi summam, quis habere profundi *indu manu* validas potis est moderanter habenas, cum acc. V, 102: nec iacere (possis) *indu manus*.

Sub cum abl. a) dicitur de loco sive vero sive per metaphoram intellecto. I, 63: cum vita iaceret in terris oppressa *gravi sub religione*. v. 288: volvitque *sub undis* — saxa. v. 474 ignis Alexandri *Phrygio sub pectore* gliscens. II, 639 aeternumque daret matri *sub pectore* volnus. III, 985: quod *sub magno* scrutentur *pectore*. I, 642: *inversis* quae *sub verbis* latitantia cernunt. v. 852:

leti *sub dentibus ipsis.* v. 1058: quae pondera sunt *sub terris.* V, 697 *sub terris* — haesitat. I, 988: nec res ulla geri *sub* caeli *tegmine* posset. II, 662: *eodem sub tegmine* caeli. V, 1016 caeli *sub tegmine.* II, 30: *sub ramis* arboris altae = V, 1393. III, 27 *sub pedibus* quae — geruntur. V, 1139: *sub pedibus* vulgi magnum lugebat honorem. v. 1236: denique *sub pedibus* tellus cum tota vacillat. Sic corrector quadrati et ceteri pro *denique sui pedibus.* III, 835: horrida contremuere *sub altis* aetheris *oris.* IV, 211: sub diu. Sic pro *sub dio* corrector quadrati. L.: „*Sub diu* scribitur apud Plautum, qui eo semel usus est, in versu Mostellariae III, 2, 78.“ V, 714 viam *sub sole* tenere. VI, 540: sub tergo.

b) id exprimit, in cuius potestate aliquid est vel quod comitatur quasi rem sive actionem. IV, 543: graviter *sub murmure* mugit. Sic Brixiensis editio et Marullus pro *sub murmura.* v. 1122: alterius *sub nutu* degitur aetas. V, 999: non multa virum *sub signis* milia ducta.

c) propinquitatem temporis exprimit. VI, 413: ut fierent ictus *uno sub tempore* plures? v. 416: fulmina sic *uno* fieri *sub tempore* multa.

Cum accus. motum exprimit. I, 447: quae *sub sensus cadat.* IV, 416: despectum praebet *sub terras* inpete tanto. v. 419: ut prope miraclo *sub terras* abdita caeli nubila dispicere — videare. V, 654: sub terras — convortere. v. 658 sub terras — revertens. v. 682: *sub terras* currens. v. 1147: cecidit *sub leges artaque* iura.

Super saepissime apud Lucretium adverbium est, ac primum quidem significatione loci. Sic I, 39: circum fusa *super.* v. 65: horribili *super* aspectu mortalibus instans. III, 1031: *super* ire lucunas. V, 709. Deinde significationem habet *insuper, praeterea,* v. Lachm. ad VI, 514: solis *super* icta *calore.* „Sic antiquissimi correctores pro *calorem. super* non est desuper, ut expressit Creechius, sed insuper, praeterea. in III, 672: Cur super ante actam aetatem meminisse nequimus? et v. 901: nec tibi earum Iam desiderium rerum super insidet una. in I, 648: sic partes ignis eandem Naturam quam totus habet super ignis haberent. in V, 763: Et cur terra queat lunam spoliare vicissim Lumine et oppressum solem super ipsa tenere?“ His locis addendi sunt

omnes ii, quibus *super esse* invenitur. Sunt autem hice. I, 921. II, 183: nunc id quod *super est* de motibus expediemus. v. 546. III, 878: esse — super. v. 905: aevi quod *super est*. V, 206: quod *super est* arvi. VI, 979: Hoc etiam *super est*. Frequentissima autem est apud Lucretium formula *quod super est* ita adhibita, ut ad totam rem sive sententiam spectet, quae adhuc explicanda est. Nonnumquam ea inseritur orationi, sic II, 39. 491. V, 64. VI, 1000, plerumque tamen initio orationis ponitur, et his quidem locis: I, 50: *quod super est* adhibe. III, 350. IV, 195. 768. 1283. V, 91. 261. 772. 1241. VI, 219. 423. 906.

Praepositio apud Lucretium semper locum exprimit. Cum ablativo coniuncta reperitur locis hisce: V, 951: umida saxa, *super viridi* stillantia *musco*. v. 1205: *super stellis*que *micantibus* aethera fixum. VI, 515 sq. quasi *igni* cera *super calido* tabescens multa liquescat. v. 1256 sqq. exanimis *pueris super* exanimata parentum corpora non numquam posses retroque videre *matribus* et *patribus* natos *super* edere vitam. Cum accusativo: V, 271: *super terras* fluit. VI, 637 inde *super terras* redit. V, 501 liquidissimus aether atque levissimus *aërias super* influit *auras*. v. 995: posterius tremulas *super ulcera tetra* tenentes palmas horriferis accibant vocibus Orcum. *ulcera* Itali et impressi pro *ricerat*. v. 1227: *super aequora* verrit. VI, 186: extructis aliis *alias super*.

Subter adverbium est locis hisce. I, 312 *subter* tenuatur. II, 1049: et latere ex utroque *supra supterque* per omne nulla est finis, ad q. l. confert Lachmannus l. VI, 537: et in primis terram fac ut esse rearis *supter* item ut *supera* ventosis undique plenam speluncis. (Quadratus *subter*) et V, 512: Inde alium *supra* — aut alium *supter*. — IV, 78. v. 447 subdita *supter*. V, 268: *supter* per terras. v. 536 supter habere. Sic Lachm. pro *super*. Marullus *subter*. v. 1364. VI, 545 subter. v. 857: qui queat hic *supter* tam crasso corpore terram perquoquere. Sic Marullus pro *super*. v. 914 supter. Praepositio cum abl. coniuncta reperitur V, 1324 sq. et latera ac ventres hauribant *supter* equorum *cornibus*, cum acc. I, 2: caeli *subter labentia signa* quae mare navigerum — concelebras. VI, 697 perveniunt *subter fauces*. v. 785 siquis *eas supter* etc. v. 851 supter terras.

III. Syntaxis pronominum.

Cap. V.

I. Pronomina personalia, possessiva, reflexiva.

Nominativi pronominum personalium adduntur verbis, ut personae significantius proferantur. Sic *tu* positum est III, 9. IV, 912: *tu* mihi da tenuis aures animumque sagacem. *tute* I, 269. 403. 407: *per te tute* ipse videre — poteris. IV, 573. 1150: nisi *tute* tibi obvius obstes. *tutemet* I, 102. IV, 915. Cum pronomine possessivo eiusdem personae coniunctum est pron. personale I, 6 sq. *te* — adventumque *tuum*, cf. v. 13: *te* — *tuumque* — initum. Genetivum pluralis primae personae habes IV, 39: aliquid *nostri*. Dativus pronominis restitutus est a Lachmanno III, 321: quae nequeat ratio depellere *nobis* (pro *noctis*). Similiter dativus positus est I, 132: quae res *nobis* vigilantibus obvia mentes terrificet.

Tertiae personae pronomen *is ea id*, de cuius significatione a me dictum est in synt. prisc. script. lat. I, p. 352 sq., spectat aut ad rem sive personam, quae in superioribus commemorata est, aut definitur pronomine relativo. Ad illud genus pertinent haec exempla: IV, 934 Lachmannus scribendum esse docuit *atque ab ibus*, vel, si hoc mavis, *aque ibus*, pro *atque eius*. III, 135: Quidquid *id* est. Lachm. confert V, 577 et V, 1252. III, 145: *Id*que sibi solum per se sapit: *id* sibi gaudet. Sic Wakefieldus aptius, quam quod Itali et impressi habent, *et sibi g*. V, 706: Luna potest solis radiis percussa nitere, inque dies magis *id* lumen convertere nobis. *Id* inseruit Lachmannus. V, 1062: quippe etenim licet *id* rebus cognoscere apertis. Sic Gifanius pro *in*. VI, 402: an simul ac nubes successere, ipse in *eas* tum descendit. Sic vere et acute Lambinus pro *in aestum*. v. 421: altaque cur plerumque petit loca, plurimaque *eius* montibus in summis vestigia cernimus ignis? Sic Lachm. pro *plurimaque plus*, ut v. 694 montis ad *eius* radices. in IV, 260 particulam venti sentire et frigoris *eius*. VI, 1064: inpellant ut *eam* Magnesia flumine saxa. Sic Marullus pro *eum*. Quadratus *Impellant ut eo*. v. 1098: atque

ea vis omnis morborum pestilitasque aut extrinsecus — veniunt cett. Apud Nonium *Atque vis omnium*. V, 990 unus — quisque — eorum *κατὰ σύνεσιν* relatum est ad praegressum mortalia saecla. Exemplum cum pron. relat. coniuncti pronominis est VI, 320: nec temere omnino plane vis frigida venti esse potest, *ea quae* tanta vi missa supernest. Sic Lachm. pro *ex quae*. Duobus locis *id quoque* a Lucretio ita positum est, ut ad sequentia spectet et per ellipsin dictum sit pro: id quoque videtur verum esse. Lachmannus per *quin etiam* explicat. I, 655: *id quoque*, si faciant — , denseri poterunt ignes cett. et VI, 145. Quod ad genus huius pronominis attinet, neutrum pluralis numeri *ea* complectitur duas res diversi generis IV, 396: solque pari ratione manere et luna videntur in statione, *ea quae* ferri res indicat ipsa. Quapropter non recte scribebatur III, 335 *inter eos* (corpus et animum) recteque a Lachmanno correctum est *inter eas*, quia dixit poeta corporis atque animi potestas.

Pronomen *is* nonnunquam per ellipsin omittitur. Sic I, 323 moderatim crescere cogens, sc. eas. v. 751 sq.: conicere ut possis ex hoc, *quae* cernere non quis extremum quod habent, minimum consistere prorsum, quae verba Lachmannus ita explicat: Conicere ut possis ex hoc, quae cernere non quis, *ea* extremum quod habent, *id* minimum consistere multo magis atque prorsum. III, 21: semperque innubilus aether integit. Lachm.: „ex *integit* ex superioribus repeti debet *eas* sedes deorum, ut paulo post *longeque remosse* ea.“ V, 1229 ad *quaesit* mente addendum est *eos* (Lachm.).

Pronominis *possessivi* exempla sunt II, 159: *suis* e partibus, h. e. ex iis vacui partibus, quas occuparunt. (Lachm.). IV, 472: qui capite ipse *sua* in statuit vestigia sese. Sic Lachm. pro *suo*.

Pronomen reflexivum. II, 460: Pungere uti possint corpus penetrareque *sese*, scil. se penetrare in corpus. III, 886: qui possit vivus sibi se lugere peremptum stansque iacentem *se* lacerari urive dolere (*se* secundum Italos addidit Avantius). IV, 802: et quia tenvia sunt, nisi *se* contendit, acute cernere non potis est animus. Lachm.: „Sic recte Lambinus pro nisi *que* contendit. in proximis est Ipse parat *sese* porro (v. 805), item contendere *se* atque parare (v. 809).“ V, 185: quidque inter *sese* permutato ordine possent. Sic Brixiensis editio et Marullus pro inter *se*.

v. 458: primus *se* sustulit. Sic Itali pro primus et sustulit aether. v. 617: caneri *se* ut vertat metas ad solstitialis. Sic Lachm. pro canceris ut vertat. VI, 87: aut in utram *se* verterit hinc partim. Sic etiam 384 Lachm. v. 359: et cum tempora *se veris* florentia pandunt. Sic Itali pro *seris*. IV, 281: (imago) protrudit agitque aëra qui inter *se* cumquest oculosque locatus. Ad pronomina reflexiva referendum est etiam *idem*. Exempla sunt I, 60 et V, 242 haec eadem. I, 692 hic idem. v. 121 eidem, nom. sing., v. Lachm. v. 306 *eaedem*, quod hoc uno loco invenitur, v. Lachm. ad VI, 456. II, 918 una *eademque*. IV, 68 ordine *eodem* (sic Marullus pro *eorum*). In duplici enunciatione I, 820 sq.: namque *eadem* caelum mare terras flumina solem constituunt, *eadem* fruges arbusta animantis.

II. Pronomina demonstrativa.

ἐκτυπώς accipiendum est V, 503 haec — omnia, h. e. quae in regione inferiore videmus. Ad notionem, quae in sequentibus adhuc definienda est, spectat *hic* I, 172: hac re — quod. V, 1105: Inque dies magis *hi* victum — commutare — monstrabant — ingenio *qui* praestabant. Sic optime Naugerius pro *magis invictum*. Saepius referendum est ad notionem, quae in praegressis continetur. Sic I, 402 *haec* vestigia. v. 1112: nam qua cumque prius de parti corpora desse constitues, *haec* rebus erit pars ianua leti. v. 1114 haec. II, 785: quo quadratum minus omne sit ex *his*. v. 934: *huic* satis illud erit planum facere atque probare. III, 394: et *quam in his* intervallis tuditantia possint concursare (sic Lachm. pro *quantis*). v. 601: conquassatur enim tum mens animaeque potestas omnis, et *haec* ipso cum corpore conlabe fiunt. (feminino genere pro *hae*). cf. VI, 456: inde *haec* (nubeculae) comprendunt inter se conque gregantur. Sic Lachm. pro *ea*, dicens: „Non *ea* corpuscula quae parvas nubes constituunt, sed *eae* ipsae nubeculae. ceterum neque *eae* neque *hae* alibi dixit Lucretius, sed *haec* feminino genere in libro III, 601; quare non dubito quin id ipsum hic quoque illis praeferendum sit.“ III, 935: nam gratis fuit *haec* tibi vita ante acta priorque. (*haec* addidit Lachmannus). IV, 118: *horum* intestinum quodvis quale esse putandumst! v. 596 sq. per loca quae — haec loca per. V, 2: pro rerum maiestate *his*que repertis? Sic ex coniectura Lambinus

pro: pro rerum maiestatis atque repertis. v. 242: haec eadem. v. 247: Illud in *his* rebus ne corripuisse rearis me mihi cett. v. 568: nil ea in *his* intervallis de corpore libant. Sic Lachm. pro nihil nisi intervallis. v. 1214: quo ad moenia mundi solliciti motus *hunc* possint ferre laborem. VI, 50 sqq. Cetera quae — tuentur — *haec* faciunt animos humilis. v. 76 sqq.: nec de corpore *quae* sancto simulacra feruntur — suscipere *haec* valebis. v. 374: propterea freta sunt *haec* anni nominitanda. *Haec* prima manu oblongo afuit. v. 832: prope ut locus *hic* linquatur inanis. Sic Lachm. pro prope uti locus hinc linquitur inanis. v. 1056: illud in *his* rebus mirari mitte. v. 1212: usque adeo mortis metus *his* incesserat acer. Marullus *his* pro *iis*, de quo v. Lachm. ad librum IV, 933, Lambinus Latine *incesserat* pro *incusserat*. Ad genus quod attinet, genus neutrum *horum* spectat ad notionem generalem *rebus* in eodem versu positam I, 450: his coniuncta duabus *rebus* ea invenies aut *horum* eventa videbis. Simile exemplum in pronomine relativo vide infra III b, item in adiectivo cap. XIII b.

Ille spectat ad ea, quae sequuntur, his locis: I, 80: *Illud* in his rebus vereor, ne forte rearis. v. 370 *illud* — quod quidam fingunt. v. 1052: *Illud* in his rebus longe fuge credere, Memmi. II, 184 *illud* quoque. v. 308 illud, item v. 370. IV, 794. 858. 898. 1091. V, 146. 247: *Illud* in his rebus ne corripuisse rearis ne mihi. v. 590. 666. 982: sed magis *illud* erat curae, quod cett. VI, 1230. V, 8: deus *ille* fuit — qui. quadratus: deus ipse fuit. Ad superiora referendum est in his locis: I, 82 *illa* religio. v. 390. IV, 317 aëris *illius*. Sic Itali et impressi pro *ullius*. v. 719: penetrantibus *illis*. V, 382: nonne vides aliquam longi certaminis *ollis* posse dari finem. Sic Marullus pro *certamini solis*. v. 1416: sic *illa* relicta strata cubilia sunt. VI, 208: flammeus est plerumque colos et splendidus *ollis*. v. 475: nam ratio consanguineast umoribus *ollis*. (nubium scilicet ac maris). Sic Lachm. pro *omnis*. II, 362 fluminaque *illa* significat: quibus olim adeo delectata est (Polle Philol. XXVI, 315). Cum *hic* pronomine in una enunciatione coniunctum est II, 74 *illa* senescere at *haec* contra florescere cogunt. V, 730: proinde quasi id fieri nequeat — aut minus *hoc illo* sit cur amplectier ausis.

Illic. IV, 1059. Lachm.: Oblongus Hinc ille, a correctore Hinc illaec: quadratus Hinc illa, olim impressi illata, Antonius

illa et. unice verum est Hinc *illaec*, et infra 1083 *illaec* germina (sic amicus Lambini). hoc locum habet ubi *illa* versum non explet.

III. Pronomen relativum.

a. *Significatio.* Pron. relativum ponitur in enunciatione secundaria ad notionem aliquam accuratius exponendam et describendam. I, 3: *quae* mare navigerum, *quae* terras frugiferenteis concelebras. Eodem modo ὑπερφυῶς repetitum est pronomen v. 278. III, 985: nec *quod* sub magno scrutentur pectore quicquam perpetuam aetatem possunt reperire profecto. (Sic Marullus pro *quid*). IV, 71: quanto minus indupediri pauca queunt et *quae* sunt prima fronte locata (*quae* addidit Lachmannus). v. 116: primum animalia sunt iam partim tantula, *eorum* tertia pars nulla possit ratione videri. (Sic pro *eorum* Purmannus, nisi quod scripsit *quorum*, v. Lachm.). v. 760: certe ut videamur cernere eum *quem* reddita pro vita iam mors et terra potitast. Sic Itali et Marullus *eum quem* pro *eum que*. v. 862: *quae* quia sunt exercita motu, multa per os exhalantur. Sic Lachm. v. 1021: multi, de montibus altis ut *qui* praecipitent ad terram corpore toto, externantur. Quadratus et corrector oblongi, item Antonius Florentinus et olim impressi, Ut quasi praecipitent. Wakefieldus recte probavit *qui*. V, 3 sq.: quisve valet verbis tantum, *qui* (= ut) fingere laudes pro meritis eius possit, *qui* talia nobis — liquit? (Oblongus *quia talia nobis*). v. 152: tangere enim non quit *quod* tangi non licet ipsum. Sic Marullus pro *quod si*. VI, 586: in Syria Sidone quod accidit et fuit Aegi in Peloponneso, *quas* exitus hic animai disturbat *urbes*. Sic Avantius pro *qua*. v. 771: multa, cibo *quae* sunt. Sic recte Wakefieldus, et quidem primus edidit pro multa cibo eque sunt vitalia. sic versu v. 1095 Et contra *quae* sint morbo mortique necessest multa volare. VI, 1089: *quod* magis in lapide hoc fieri ferroque videtur. *Quo magis* quadratus. Nonnullis locis correlatum *hic* sequitur enunciationem relativam, sic III, 441: quippe etenim corpus — *quam* cohibere nequit — aëre qui credas posse *hanc* cohiberier ullo? Sic bene Marullus pro *cum*. IV, 596: non est mirandum qua ratione, per *loca quae* nequeunt oculi res cernere apertas, *haec loca* per voces veniant aurisque lacessant. VI, 1205: profluvium porro *qui* taetri

sanguinis acre exurat, tamen in nervos *huic* morbus et artus ibat. Recte Lambinus *qui*. Marullus *cui*.

b. *Genus pronominis relativi*. Quod ad neutrum genus attinet, inprimis commemoranda est formula *quod super est* de qua vide cap. IV in v. *super*. Genus neutrum, utpote universale positum est relatum ad nomen item universale *res* III, 184 sq.: ocius ergo animus quam *res* se perciet *ulla*, ante oculos *quorum* in promptu natura videtur, cf. c. XIII b. Limitanti, quae vulgo dicitur, significatione positum est neutrum *quod* II, 248: quod cernere possis, quod Lachm. ad V, 1033 explicat per *quo ad*. Memorabilis est usus I, 221: *quod nunc* — nullius exitium patitur natura videri, ubi *quod* coniungit hanc sententiam cum superiore significatione adversativa, ut idem sit quod *nunc autem*, similiter atque dicitur *quod si*, *quod nisi* cett. Per neutrum pluralis numeri complures res comprehenduntur I, 634: propterea quia, quae multis sunt partibus aucta, non possunt ea quae debet genitalis habere materies, varios conexus, pondera, plagas, concursus, motus, per *quae* res quaeque geruntur. L.: „Marullus prudenter scripsit *quae*, ut est in II, 727. falsum est quod fecerunt Itali, *per quos*.“ Usitata est apud Lucretium assimilatio (attractio) generis pronominis relativi, ita ut non ei substantivo accommodetur, ad quod proprie pertinet, sed ei quod sequitur. Sic III, 94: Primum animum dico, *mentem quam* saepe vocamus. Lachmannus: „Apud Charisium p. 187 mentem *quam* (pro *quem*). est autem magis ex usu poëtae, ut versu 100 habitum quendam , *Harmoniam* Grai *quam* dicunt, et in IV, 132 in hoc caelo, *qui* dicitur *aër*. exceptio est in pronomine duplici, et per neutrum in duobus nominibus. VI, 298 igneus *ille* Vertex *quem* patrio vocitamus nomine fulmen. IV, 369 *id quod* nos umbram perhibere suëmus. VI, 702 nos *quod fauces* perhibemus et *ora*. III, 139 Consilium, *quod* nos *animum mentemque* vocamus. I, 58 *Quae* nos *materiem et genitalia corpora* rebus Appellare suëmus.“ Locis his a Lachmanno allatis adde I, 433: *quod* quasi *tertia* sit numero *natura* reperta, ubi neutrum non habet eam excusationem, quam protulit Lachmannus.

c. *Numerus pronominis relativi*. Pluralis offendit I, 883: mittere signum sanguinis aut aliquid, nostro *quae* corpore aluntur, quod per breviloquentiam dictum est pro aliquid eorum, quae.

Κατὰ σύνεσιν pluralis *quorum* ad praegressum genus — humanum relatum est II, 174, ut cogitetur *hominum*.

d. *Collocatio pronominis relativi*. Ad remotius duorum substantivorum relatum est pron. relativum I, 282: et cum mollis aquae fertur natura repente flumine abundanti, *quam* largis imbribus auget montibus ex altis magnus decursus aquai. Sic Lachm.; Marullus *quod*. Wakef. *quem*. Pronomen relativum a Lucretio saepe non ab initio orationis ponitur, sed post unum vel duo vocabula enunciationis. Sic I, 3. 84. 145. 149: principium *cuius* hinc nobis exordia sumet. v. 336: officium *quod* corporis exstat. v. 421: haec *in quo* sita sunt. v. 638: Heraclitus init *quorum* dux proelia primus. v. 717: insula *quem* triquetris terrarum gessit in oris. II, 321: *omnia quae* nobis longe confusa videntur. v. 344: volucres, laetantia *quae* loca aquarum concelebrant. v. 430. 537. v. 1033 *omnia quae* nunc si primum mortalibus extent. v. 1040 desine *qua* propter. III, 105. 106. IV, 237. 468. 596: per *loca quae*. V, 440. 472. 692. 894. 900. 1385. VI, 6. 9. 50 Cetera quae. v. 64. 76. 166. 171. 424. 453. 561. 585. 610. 612. 702. 760. 771. 772. 780. 1030 tibi *quem* memoro. v. 1243. 1275.

e. Substantivum, quod describitur pronomine relativo, nonnunquam trahitur in enunciationem relativam et casum suum pronomini relativo accommodat. I, 1058. 1060 *quae* nunc rerum *simulacra* videmus. III, 918. IV, 284. 335: *quae* cumque *latuscula* sunt speculorum adsimili lateris flexura praedita nostri. v. 387. 406: *quos* tibi tum *supra* sol *montis* esse videtur — vix absunt nobis missus bis mille sagittae. v. 438. 870. 887 sq. ferit extemplo *quae* in corpore toto, — animai dissita vis est. v. 1074. 1145 *qua* docui *ratione*. VI, 313 et simul ex *illa, quae* tum *res* excipit ictum. v. 343. 740: principio, *quo* Averna vocantur *nomine*, id ab re inpositumst. Sic Lachm. pro *quod*.

Pronomen relativum est etiam *quisquis*, quod hisce locis invenitur: I, 289: ruitque ita *quidquid* fluctibus obstat. III, 135: *quidquid* id est. Lachm.: „Corrector oblongi *Quicquid* et hic et in V, 577, itaque prima manu uterque in V, 1252, non recte.“ V, 577: *quidquid* id est, item v. 1252 pro *quicquid* Lachm., qui dicit: „*Quidquid* scribendum esse dixi ad librum III, 135 et hoc libro supra 264.“ Saepius tamen hoc pronomen

in contracta enunciatione ponitur omisso verbo substantivo, ut vicem indefiniti pronominis sustineat. Sic II, 957: inque suos *quicquid* rursus revocare meatus. III, 787: certum ac dispositumst ubi *quicquit* crescat et insit. = V, 131. IV, 145: summum *quicquid*. V, 1454: unum *quicquid*. V, 304: et primum *quicquid* flammarum perdere semper. v. 773: qua fieri *quicquid* posset. III, 619: ubi *quicquid* possit durare creatum.

IV. Pronomina interrogativa.

a. *Quis (qui) quae quid*. I, 619: ergo rerum inter summam minimamque *quid* escit? (*quid* primus Marullus, etiam Lachmannus. Quadratus et schedae *quod*). III, 134 et 790 et V, 134: *quid* si posset enim? (ultimo loco Lachm. *quid* pro *quod*). III, 55 sq.: hominum spectare ... convenit adversisque in rebus noscere *qui* sit. III, 1013: Cerberus et furiae iam vero et — Tartarus — *quid?* neque sunt usquam nec possunt esse profecto. Sic Lachm. pro *qui*, dicens: „Ita saepe hic poëta. in IV, 119 *Quid* cordis globus aut oculi? *quid* membra? *quid* artus? Quantula sunt! *quid* praeterea primordia quaeque? Nonne vides quam sint subtilia quamque minuta? in II, 975 *Quid*, genus humanum propritim de quibu' factumst?“ Adde his exemplis V, 47: *quidve* superbia spurcitia ac petulantia? quantas efficiunt clades! *quid* luxus desidiaeque? III, 1050 nec reperire potes tibi *quid* sit saepe mali (sic Itali pro *quod*). IV, 1118: cum sibi *quid* cupiant ipsi contingere quaerunt. Sic Lachm. pro *quod*. V, 560 *quid* potis est. Sic recte Tanaquil Faber pro *quis*. VI, 188: quam sint late magis quam sursum extructa *quid* extent. L.: „Olim impressi *quod extent*, non male, si intellegimus de numero, quot sint: nec tamen minus probabile *quid*, id est quantum.“

b. *Ecquis*. V, 1212 sq.: *ecquae* nam fuerit mundi genitalis origo, et simul *ecquae* sit finis.

V. Pronomina indefinita et correlativa ac numeralia.

a. Simplicissima forma pronominis indefiniti est *quis quae quid*. I, 217 legitur *siquid*, item II, 311. I, 440: faciet *quid*. V, 1224 *nequid* Lachmannus scripsit pro *nequod*. III, 239: nil horum quoniam recipit *quem* posse creari. IV, 804: proinde omnia quae sunt praeterea pereunt, nisi si *quae* ad se ipse paravit. Sic

Lachmannus pro: pereunt, nisi *que* ex se ipse paravit, dicens: „non sufficit inventum Lambini, nisi sic sese ipse paravit. Si quae corpuscula legimus supra (ita enim recte Marullus: postea Lambinum secuti distinxerunt cum summo orationis dispendio *si, quae*), neque usquam *qua* posuit Lucretius, ut in VI, 481 dubium non sit quin *si quae* scribere oporteat.“ V, 1209: ne *quae* forte deum nobis immensa potestas sit. Libri veteres *Neque forte*. VI, 841: et semina si *quae* forte vaporis habet, propere dimittit in auras. Sic Lachmannus pro *siqua*: „ita enim semper Lucretius, *si quae* genere neutro in IV, 199 804, feminino *aliquae, ne quae, ecquae, ecquae nam*.“

b. *Aliquis*. I, 665: *aliqua* ratione (sic Pollius Philol. XXV, 271). IV, 263 *aliquae* res. Eodem modo v. 638: est *aliquae* ut serpens. Sic Lachmannus pro: Est itaque ut serpens, qui dicit: „*aliquae*, inquam, non *aliqua*, ex usu Lucretii. supra v. 263 codices tamquam alique res Verberet. Festus p. 254, 28 Quispiam quin significet aliquis, et quaepiam aliquae, — dubium non est.“

c. *Quisquam*. I, 487: etsi difficile esse videtur credere *quicquam* in rebus solido reperiri corpore posse. IV, 884: neque enim facere incipit ullam rem *quisquam*, quam etc. Sic Brixiensis editio pro *quis quam*. Quinque locis pro adiectivo usurpatnr, I, 1077: nec *quisquam locus* est. II, 857: nec simili ratione *saporem* denique *quemquam*. III, 234: nec *calor* est *quisquam*. v. 875: quemquam - sensum. IV, 689: haud *quisquam* eorum (odor).

d. *Quidam*. I, 578: tamen ex aeterno tempore *quaedam* nunc etiam superare necessest corpora rebus. Sic Lambinus et Lachm. pro *quaeque*. II, 380. IV, 1032: conveniunt simulacra foris e corpore *quodam*. Sic Lachm. pro *quoque*.

e. *Quisque*. II, 372: postremo quodvis frumentum non tamen omne *quique* (= quoque) *suo* genere inter se simile esse videtur, v. Lachm. Pronomini possessivo *suus* adnexum modo antecedit, modo subsequitur. I, 191: ut noscere possis *quicque sua* de materia grandescere. v. 215: Huc accedit uti *quicque* in *sua* corpora rursum dissolvat natura. Sic recte Lambinus eumque secutus Lachm. Quadratus et schedae *quidquid*. v. 775: *suam quicque* - naturam ostendet. IV, 41. IV, 489 sq.: seorsum *cuique*

potestas divisast, *sua* vis *cuiquest*. III, 333 *quaeque* idem significat quod *utra*, v. Lachm. ad IV, 41.

f. *Quiris*. VI, 674: et fluvius *quivis* est maximus ei qui non ante aliquem maiorem vidit. Sic optime Bentleius pro *qui visus, maximus* cett. III, 388: *cuiusvis cumque* animantis. Frequenter a Lucretio coniungitur cum *unus*, sic I, 416: de *quavis una* re. II, 347: quorum *unum quidvis*, item IV, 126. II, 483: unius cuiusvis. v. 668: *quamvis* animantem ex omnibus *unam*. IV, 775 *quovis* — tempore in *uno*. Sic etiam dicitur v. 747 *quae libet una* — imago.

g. Sequuntur ea pronomina indefinita et correlativa, quae transitum faciunt ad numeralia, quae possis numeralia indefinita dicere. *Uter* est aut interrogativum, ut III, 836 *utrorum* ad regna, aut relativum, IV, 1230: atque *utri* similest magis id quod cumque creatur, *eius* habet plus parte aequa, aut denique, coniunctum cum *neque, nec*, indefinitum. Sic IV, 1217: et *neque utrum* superavit eorum nec superatumst. V, 839: *nec utrum* Lachm. pro *nec utramque*, qui dicit: „*nec utrum*, h. e. et neutrum. est enim eis quae supra de hoc pronomine quod est *uter* diximus addendum, posse ei *neque* praemitti ita ut his coniunctis et conectendi vis insit et negandi de utroque.“ Est igitur his locis irgend einer von beiden. — *Alter* I, 1012. II, 2: *alterius* spectare laborem. v. 85: aut ictu forte *alterius*. II, 273 viribus *alterius*. IV, 278 aër *alter*. IV, 688 mutuo sibi respondent *alius* et *alter*: est *alio* ut possit permitti longius *alter*, item V, 835: ex *alio* terram status excipit *alter*. — alterutrum I, 974. 1012: aut etiam *alterutrum*, nisi terminet *alterum*, eorum. — *Uterque* I, 88. 758 quorum utrumque, item v. 975. 704 utrumque. v. 845: in *utraque* — ratione. IV, 671 utraque (plur.). V, 1101. VI, 499 pariterque ita crescere *utrumque*.

h. *Alius* II, 782. III, 1083 aliut. IV, 368: nam nil esse potest *aliut* nisi lumine cassus aër id quod nos umbram perhibere suëmus. Prima manu oblongus *ali aisi*, a correctore *aliud nisi*. v. 375: *alios* quoque res. V, 257: quod cumque *alid* auget. Sic recte Lambinus pro *alit*. v. 460. VI, 1227: nam quod *ali* dederat vitalis aëris auras volvere in ore licere cett. L.: „Ita codices nostri: apud Macrobium *alis*. dixi de hoc ad librum IV, 637.“ Geminatur *alius* aut in una enunciatione simplici, aut in duo-

bus membris enunciationis. I, 263 alid ex alio, item v. 407 et 1115. IV, 358: cur *alias aliis* praestare videmus — res. v. 496 non possint *alios alii* convincere sensus. v. 604 ex *aliis aliae* quoniam gignuntur. v. 633 *aliis alius* qui sit cibus unicus aptus. v. 677: *aliis alius* magis est animantibus aptus. v. 684. 1039: namque *alias aliud* res commovet. v. 1157: atque *alios alii* inrident. v. 1249 sq.: atque *alias alii* complent magis, *ex aliis*que succipiunt *aliae* pondus magis. V, 327: non *alias alii* quoque res cecinere poëtae? Sic Itali pro *ali*. I, 605: aliae atque aliae. v. 813 *aliae atque aliae* res. II, 776: *alio atque alio* — colore. V, 303. 1190. 1367. I, 469: namque *aliut* per sest, *aliut* regionibus ipsis eventum dici poterit quod cumque erit actum. Lachm.: „*aliud* geminatum res diversas indicat." II, 77: augescunt *aliae* gentes, *aliae* minuuntur. IV, 634 sq.: aliis ... aliis. v. 637: ut quod *ali* cibus est *aliis* fuat acre venenum. v. 653: esse triquetra *aliis, aliis* quadrata necessest. v. 658: hoc ubi quod suave est *aliis aliis* fit amarum etc. v. 1261 sq.: namque *aliis* rebus concrescunt semina membris, atque *aliis* extenuantur. V, 514 sq. alium — alium.

i. *Ullus*. V, 1178 *ulla* vi. Sic Brixiensis editio et Marullus pro *illa ri*. VI, 154: nec res *ulla* magis quam Phoebi Delphica laurus terribili sonitu flamma crepitante crematur. Sic apud Macrobium Saturnaliorum VI, 4 pro *res rita*. Substantivum est I, 1079 *ulli* subsistere debet. In affirmante sententia III, 640: quod scinditur et partis discedit in *ullas*.

l. *Nullus*. I, 935: non ab *nulla* ratione videtur, = IV, 10. II, 235: at contra *nulli* de *nulla* parte neque ullo tempore inane potest vacuum subsistere rei. v. 249: sed nil omnino *nulla* regione viai declinare quis est qui praestet cernere sese? v. 693: aut *nulli* inter se duo sint ex omnibus idem (sc. versus), v. Lachm. III, 358: perdit enim quod non proprium fuit eius in aevo, *nulla*que praeterea perdit, quom expellitur aevo. Sic Lachm. pro *multa*. *Nulla*, id est nullas res, ut in I, 242 ubi *nulla* forent aeterno corpore. V, 251: pars terrai non *nulla*. Sic Veronensis editio pro *non ulla*. Praeter neutrum pluralis numeri *nulla*, quod modo commemoravi, pro substantivo positus est genetivus *nullius* I, 926 = IV, 1 *nullius* ante trita solo. I, 960 (neutr.), dativus *nulli* I, 930 = IV, 5. III, 971, accusativus III, 885 *nullum* — alium.

m. *Nihil, nil.* I, 359: rebus *nilo* maiore figura. v. 520. 1109 nil. II, 7 nil (nominat.). v. 1028 nil — quicquam. V, 871: *nil* horum Marullus pro *ni horum*. Coniungit Lucretius accusativum *nilum* (sive *nil*) cum praepositione *ad*, ablativum *nilo* cum praep. *de* et *e*. Sic I, 150 e nilo, item 185. I, 157 de nilo, item v. 159. 180. 205. 266: creari *de nilo*. v. 542: *de nilo*que renata forent. v. 543 sq.: at quoniam supra docui *nil* posse creari *de nilo* neque quod genitum est *ad nil revocari*. I, 216 ad nilum, item v. 237. 248. 266: ad nil revocari. v. 541: ante hac *ad nilum* penitus res quaeque redissent.

n. *Totus*. I, 984. II, 787. III, 747 cum corpore *toto*. Ita quadratus: oblongus et Italici cum corpore quoque. IV, 900. 1162. VI, 652.

o. Denique commemoro pronomina correlativa quantitatis et qualitatis. III, 317 *tot* nomina *quot* sunt. v. 1090 quot vis. VI, 703 aliquot. De scribendi ratione *quod, aliquod* v. Lachm. ad III, 317. I, 870: *totidem* verbis utare licebit. VI, 652 nec *tota* pars, homo terrai *quota* totius unus. VI, 486: *quanta*que volarent corpora mobilitate ostendi. Sic quadratus. Oblongus et Italici *cunctaque*. Geminatum *quantus quantus*, quod dictum est ad analogiam v. *quisquis*, legitur V, 584: *quanta*que *quantast* hinc nobis videatur in alto, recte illud restitutum ab Eichstadio pro *quanto quoque quantast*. I, 360 sq.: nam si *tantundemst* in lanae glomere *quantum* corporis in plumbo est, *tantundem* pendere par est. Adde deminutiva *tantulus* et *quantulus*. II, 894 sed magni referre ea primum *quantula* constent. III, 378 sq. quantula ... tanta. v. 413 si *tantula* pars oculi media illa peresa est. IV, 116: primum animalia sunt iam *tantula*, eorum tertia pars nulla possit ratione videri. v. 120 *quantula* sunt! v. 174 *quantula* pars. v. 899: *tantula* quod *tantum* corpus corpuscula possunt contorquere. V, 590 sq. non est mirandum, qua ratione *tantulus* ille queat *tantum* sol mittere lumen. II, 15: *qualibus* in tenebris vitae *quantis*que periclis degitur hoc aevi.

Numeralia. Commemoro primum *unus*. II, 159: suis e partibus *una* (sic Lutze et Munro). IV, 553: hoc ubi non longum spatiumst unde *una* profecta perveniat vox quaeque etc. Sic recte ex emendatione Bentleii Wakefieldus pro unde illa profecta perveniat vox queque, quod ne Latinum quidem est. VI, 1069:

Glutine materies taurino iungitur *uno*. Sic Lachm. aptius pro *una*, ut paulo post (v. 1074) purpureusque colos conchyli iungitur *uno* corpore cum lanae, et inversa ratione in verbo activo (v. 1078) denique non auro res aurum copulat *una?* Pluralis extat V, 897 sq. nec moribus *unis* conveniunt. III, 616 *unis* sedibus et certis regionibus pectoris haeret. Aliorum numeralium exempla sunt haecce: V, 904 sq.: *triplici* cum corpore ut *una, prima* leo, postrema draco, media ipsa, Chimaera foras acrem flaret de corpore flammam. I, 533 findi *in bina* secando. IV, 291 aëribus *binis*. v. 449 sqq. uti videantur omnia, quae tuimur, fieri tum *bina* tuendo, *bina* lucernarum florentia lumina flammis, *bina*que (sing.) per totas aedis geminare supellex, et *duplicis* hominum facies et corpora *bina*. V, 879 *duplici* natura et corpore *bino*. V, 1300 *bis* coniungere *binos*. IV, 408: missus *bis mille* sagittae.

Sectio altera.

Syntaxis notionum praedicati.

Cap. VI.

De notionibus praedicati.

Verbum substantivum s. existentiae *esse*, si copulae locum tenet, nonnunquam a Lucretio omittitur. Ac primum quidem hoc fit apud adiectiva neutri generis *pote, suave, mirum*, de qua re vide Lachm. ad V, 836. Sic III, 1079 nec devitari letum *pote*, quin obeamus. II, 1 et 6 suave. — mirum II, 87. 338. V, 1238. VI, 130. Deinde II, 194: *quod genus*, e nostro cum missus corpore sanguis emicat elliptice dictum est pro *sicut, velut*. Alio contra loco, III, 431 plene dictum est: *Quod genus est*, somnis sopiti ubi cernimus. De ceteris vide Lachm. ad I, 111 aeternas quoniam poenas in morte *timendumst*, qui dicit: „sic et hic scribendum puto et in V, 302 non *putandum*, sed Sic igitur solem lunam stellasque putandumst Ex alio atque alio lucem iactare suborta. nam ita saepissime Lucretius, et quae restant dubiae auctoritatis sunt: in V enim 44 *sunt* vitiose scriptum est, ex

quo eodem iure facias *tunc* et *tumst* (quae proelia nobis — tumst ingratis insinuandum!); in II, 468 *necessu*, cuius vocabuli partem perisse apparet (nec tamen haec retineri hamata necessumst). sed ubi additum est *esse*, potest omitti finitum *est*. I, 627 Illa quoque esse tibi solida atque aeterna *fatendum*. v. 963 extra summam quoniam nil esse *fatendum*. II, 39 animo quoque nil prodesse *putandum*. III, 543 Mortalem tamen esse animam fateare necesse. quam ob rem etiam in III, 796 ferendum puto tanto magis infitiandum Totum posse: nam *posse* est *potesse*, quamquam Prisciani codices habent infitiandum est." [Similiter V, 140 sq.]. IV, 118 scriptum est: horum intestinum quodvis quale esse putandumst? L.: „quadratus *putandum*, non male omisso *est*, ut ad librum I, 111 docui, quod tamen Nonius quoque (p. 209, 18) exhibet." Contra codices a criticis restitutum est verbum substantivum III, 203: quoniam *est* animi natura reperta (sic Marullus, ut versu 130) et V, 587: dum tremor *est* clarus. *Est* adiecit Antonius Marii. Maxime memorabilis est omissio coniunctivi IV, 633 sqq.: Nunc — expediam, quareve, aliis quod triste et amarumst, hoc tamen esse aliis possit perdulce videri, tantaque in his rebus distantia differitasque. Lachm.: „Rectissime apud Nonium p. 95, 30 in fine omissum *est*: ita enim melior fit compositio. est autem ad hunc versum e superiore iterandum *sit*, quod latet in *possit*."

Praedicata esse possunt aut substantiva, aut adiectiva vel participia, aut adverbia. Non opus est autem semper per verbum *esse* adiunctum esse praedicatum subiecto, sed potest etiam in contracta enunciatione sine *esse* addi subiecto.

a. *Substantiva*. III, 9: tu, pater, *es* rerum *inventor*. I, 75: unde refert nobis *victor* (als Sieger). I, 99 *hostia* concideret (als Schlachtopfer).

b. *Adiectiva et participia*. I, 452: *potis* est seiungi seque gregari. II, 850: Quo ad licet ac *potis es* reperire. III, 1069 effugere haut *potis est*. IV, 152: nam neque, uti vestem, *potis est* transire. (sic Lachmannus pro *possunt*, dicens: „*possunt* ferri non debet: poeta enim nondum de simulacris loquitur, sed de eo quod *summum* de rebus abundat et iacitur). v. 611 (potis est). v. 803: cernere non *potis est* animus. v. 1242: tenve locis quia non *potis est* adfigere adhaesum. Sic oblongus et Nonius

p. 73, 8: quadratus *potest*. V, 1: quis *potis est*. II, 1089: quam genus omne quod *est* generatim *abundans*. V, 881: potestas hinc illinc partis ut si *par esse* potissit. Sic Lachm. pro: par vis ut non sit pars esse potissit, dicens: „ut membra hinc inde negaret (poeta) pari potestate esse posse. *potissit* autem, nisi fallor, coniunctim rectius scribemus, quia in senatus consulto de Bacchanalibus facto scriptum est ubei facilumed gnoscier *potisit*, non *potis siet*: et huic similia sunt *potisset* in praeterito, quod numquam scribitur *potesset*, et *potisse* infinite positum a Lucilio, si Nonii codicibus constat fides p. 445, 31. ab his diversa sunt *potis sum, potis es, potis est, potis est, potis sunt, pótis sis* in Poenulo Plauti IV, 2, 53, *potis siem* in Mercatore II, 2, 59: sed *potis esse* et *potis esset* aut numquam legi aut non memini.“ *Potesse* coniunctim scriptum extat apud Lucretium II, 225. Ad adiectiva pertinet etiam *necesse*, quod est neutrum v. *necessis*. IV, 516 necesse est. VI, 272 necessest. *Necesse est* olim impressi et Antonius pro *necesset*. Alia forma est *necessum*, quod extat II, 468: nec tamen haec retineri hamata *necessumst* (Exemplaria vetera *necessu*, quod non potest intellegi, v. Lachm. ad VI, 815), item IV, 121: unde anima atque animi constet natura *necessumst*.' v. 932. V, 57 in eo quam *sit* durare *necessum*. VI, 475: nam ratio *consanguineast* umoribus ollis. v. 879: *frigidus est* etiam fons cett. Sic Itali et Brixiensis editio pro *frigus*. I, 94 et V, 9 princeps. I, 119: quae *clara* clueret. I, 956 sq. utrum *finitum* funditus omne constet, an *immensum* pateat vasteque *profundum*. II, 279 *praecipites*que rapi. II, 845: et sonitu *sterila* et suco *ieiuna* feruntur. III, 997 *tristis*que recedit. VI, 1196: Nec nimio *rigidi* post artus morte iacebant. Sic pro *rigida* Lachm. Attractio generis in praedicato extat IV, 49 sqq.: rerum effigias tenuisque figuras mittier ab rebus, — quae quasi membranae vel *cortex nominitandast*. sic Antonius Marii et Brixiensis editio pro *qui*.

c. *Adverbia*. I, 402: verum animo *satis* haec vestigia parva sagaci *sunt*. III, 238 nec tamen haec *satis sunt* cett. II, 568 palam est. III, 307: *Sic* hominum genus *est*. v. 921 sic esse. IV, 489: non, ut opinor, *ita est*. III, 861 *misere* si forte *aegre*que *futurumst*. IV, 812 *proinde esse* quasi cett. v. 856 procul est. V, 1157 id *fore clam*. IV, 1051 si *comminus est*. V, 133: neque

a nervis et sanguine *longiter esse*. VI, 369: tempus *ut est* vernum. Sic Lachm. pro *id*, h. e. quale vernum tempus est, qui plura etiam exempla affert. Praedicati loco est adverbium in figura, quae dicitur *ἐφ' ἑτ*, quum cogitatione addendum sit participium verbi *esse*, I, 373 post loca, h. e. loca quae post sunt. V, 1371 infra — locum.

IV. Syntaxis verbi.

Cap. VII.

De notione atque generibus verbi in universum.

1. *Significatio activa* complectitur notionem transitivam et intransitivam et in activi forma et in deponentiali. Nonnullis locis forma activa restituta est a criticis, II, 112: uti *memoro*. sic Avantius pro *memoror*, de qua forma vide Lachm. IV, 54: *mittunt* in rebus apertis (sic Antonius et impressi pro *mittuntur*). IV, 352: ne simulacra possint ullarum rerum coniecta *morere*. Sic recte Bentleius pro *moveri*, scilicet oculos, et lacessere ut videant. v. 493: et quae cumque coloribu' sint coniuncta *videre* (sc. necesse est, quod antecessit). *Videre* scripsit Lachmannus pro *necessest* perquam inepte ex superioribus repetitum, non *videri*, quia praecessit *sentire*. V, 1016 *ferre* Itali et Marullus pro *ferri*. Antiqua forma activa *partit* legitur V, 684, adulant ib. v. 1070. Enumerabo primum ea verba, quae apud Lucretium et intransitiva et transitiva significatione usurpata reperiuntur. *Ruo* transitivum est I, 272: ingentisque *ruit* naves. v. 289 *ruitque* (amnis) ita quidquid fluctibus obstat. v. 292: trudunt res ante *ruuntque* impetibus crebris. V, 1325 terram minitanti fronte *ruebant*. IV, 866 *subruitur* natura. VI, 545: subter ubi *ingentis speluncas subruit* aetas. V, 368 quae possint — *corruere hanc* rerum violento turbine *summam*. V, 412 obruit. VI, 264 obruerent terras. Intransitivum est *ruere* I, 1105. IV, 403. 507. 518. V, 96 (ruet). v. 307. 313. obruat III, 775. *Penetro* transitivum I, 529: nec porro penitus *penetrata* retexi. II, 539: ut penitus nequeat *penetrari*. III, 476. IV, 197. 613. 662. 670 penetrata. v. 894. 1246. V, 1262: penetrabat eos. VI, 953. Intransitivum II, 414 sq. *penetrare* — in nares. IV, 700. 730. VI, 986. *Rumpo*

transitivum II, 254. III, 83 sq. 297. I, 724: faucibus *eruptos* iterum vis ut vomat *ignis*. IV, 1115 se erupit. VI, 583 erumpitur. II, 407 perrumpere. V, 287: radios *inter* quasi *rumpere* lucis. cf. v. 299 *inter* quasi *rupta*. Intransitivum est *perrumpere* II, 264. *inrumpere* II, 306. V, 458 erumpens. VI, 895 erumpere. VI, 591 prorumpit. — *Suppedito* transitivum I, 996. II, 26: lumina nocturnis epulis ut *suppeditentur*. v. 568 suppeditantur. III, 10. 23 *omnia suppeditat* porro natura. IV, 189 suppeditatur. v. 298 suppeditare novom lumen. v. 818 suppeditetur. V, 386: *tantum suppeditant* amnes. VI, 1066: ut mihi multa parum genere ex hoc *suppeditentur*. Intransitivum I, 231: unde mare, ingenuei fontes extentaque flumina *suppeditant*? v. 547: materies ut *subpeditet* rebus reparandis. v. 1040 suppeditare. III, 731 dicere *suppeditat*. V, 293 ni *suppeditet* lucis caput ipsum. VI, 666 caelo terraeque putandumst — satis omnia *suppeditare*. — Transitivum est *declinare* II, 259: *declinamus* item *motus*, intransitivum v. 221. 250. 253. *inclinare* transitivum VI, 563: *inclinata* meant in eandem prodita partem. v. 573 inclinatur, intransitivum est *inclinare* II, 243. *Insinuo* est transitivum II, 435 sq. sese insinuat. v. 684 *insinuatur* sensibus. VI, 860. Intransitivum III, 485: paulo si durior *insinuarit* causa. VI, 89. 385: quo pacto per loca saepta *insinuarit*. v. 778: per ipsas *insinuant* naris. *Variare* est transitivum II, 242: qui *varient motus*. v. 335 variata. v. 491. 494. Intransitivum II, 480. 484. III, 373. IV, 657. *Praecipitare* transitivum est I, 251, intransitivum II, 248 ex supero cum *praecipitant*. IV, 628 et 1041 praecipitavit. v. 1021 praecipitent. VI, 1040 praecipitavit. *Morari* est transitivum I, 1044. II, 233. IV, 205 emissum res nulla *moratur*, intransitivum III, 120. 127, item compositum *remorari* II, 564. Addo alia verba a Lucretio intransitiva significatione usurpata. I, 41 agere. Admodum frequentatum est Lucretio verbum cluendi, sic I, 119 quae clara *cluere*t. v. 449 quae cumque *cluent*. v. 480. 580: quae non dum *cluant* ullo temptata periclo. II, 351 cluere. v. 525 infinita *cluere*. v. 791: quae nigra *cluent*. III, 207: utilis invenietur et opportuna *cluebit*. IV, 53: cuius cumque *cluet* de corpore fusa vagari. I, 579 *superare* — rebus. v. 751 et 790 superare. v. 787: nec cessare haec inter se *mutare*. v. 1016 sistere. v. 1057. II, 603 sistere. IV, 415 sistit. III, 502 reflexit. IV, 451 geminare. VI,

519: atque *tenere* diu pluviae longumque morari consuerunt. Sic Lachm. pro *at retineret diu*. „Livius XXIII, 14, 6 imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit. plura huius usus exempla Dukerus collegit ad librum Livii IV, 7, 7 et ad VI, 35, 10.“ IV, 1130 vertunt. VI, 954 qua circum Galli lorica *coëreet*. VI, 128: post ubi *conminuit* vis eius et impetus acer. v. 1076: mare si totum velit *eluere* omnibus undis. v. 1190: in manibus vero nervi *trahere* et tremere artus a pedibusque minutatim succedere frigus non dubitabat, ad quem locum Lachmannus haec dicit: „Lambinus *trahier*. Idem supra 595 artus invitos cogens tremere atque moveri, ubi habemus in libris *movere*. terra movet, hastae Martiae movent, quibus nulla movendi facultas est, neque qui moveat apparet: vivi hominis *artus moventur* vel sponte eius vel ab externa causa; quae si sub oculos non cadit, *movere* possunt. item *nervi* aegrotantis *trahunt*, si non quaesieris qua causa motum efficiente vel *trahantur* vel homo ipse eos *trahat* sive, quod est in versu 1161, item in V, 1223, *corripiat*. ceterum haec ita accipienda sunt, ut passivo semper locus sit, activum in scriptoris iudicio positum. itaque dixit *sensum lumina trahere* Lucretius in III, 362.“ Transitiva autem significatione notandum est usurpata esse a Lucretio verba *insuescere* IV, 1282 et *consuescere* VI, 397.

Separatim commemoro *impersonalia* nonnulla activae formae. I, 582 discrepat. IV, 766 dissentit. Infinitivo III, 863 cui male possit *accidere*. V, 1341: sic *fuit* ut facerent. VI, 295: *est* etiam cum vis extrinsecus incita venti incidit in nubem. *Convenit* compluribus locis, sic II, 582. III, 56. V, 1455 namque alid ex alio clarescere *conveniebat*. Sic Lachm. pro n. a. ex al. cl. corde videbant. III, 731 dicere *suppeditat*. V, 1262: tum *penetrabat* eos posse haec liquefacta calore — decurrere. — *Fulgit* (fulget) VI, 160. 214. 218. v. 165 inf. *fulgere*. Personale est v. 174 tempestas — fulgit. *Miseret* est personale III, 881 ipse sui *miseret*.

2. Accedo ad *deponentia*. III, 319: illud in his rebus *rideor* firmare potesse (sic Lachm. pro *rideo*). IV, 455: membra movere nostra *ridemur*. Sic Marullus. III, 628: animas Acherunte *ragari*. L. „Corrector quadrati *ragare*, itaque in IV, 127 quadratus, ubi oblongus *ragari*. hoc uterque in I, 1061. IV, 129. 724,

item quadratus IV, 53, oblongus *vacari*: praeterea Lucretius alibi dixit *vagaris, vagatur, vagantur, vagetur:* cur ergo credam eum semel aut bis sine causa *vagare* scribere maluisse quam VAGARI?“ V, 733 *aborisci*, de quo v. Lachm.

Ad usum deponentialem referenda etiam sunt complura participia perfecti passivi a verbis activis formata significatione activa, sive intransitiva sive transitiva. Pertinent huc *suetus* II, 448. 903: ex aliis sentire *suëtis*. IV, 711 consuetum. v. 997: at *consueta* domi catulorum blanda propago cett. Lachm.: „*consuetus* est qui vixit cum aliis et paulatim mansuëfactus scilicet ad convictum et familiaritatem perductus.“ V, 208: consueta. VI, 787 *consueta* necare. v. 1043: fugere atque sequi *consueta* vicissim. *Cretus* II, 906 quae cuncta videmus mollia mortali consistere corpore *creta*. IV, 1228: maternoque mares existunt corpore *creti*. V, 6: mortali corpore *cretus*. v. 60: animi natura reperta est nativo primum consistere corpore *creta*. v. 1116: pulchro corpore *creti*. I, 1019 concreta, item V, 798. III, 20: nix acri *concreta* pruina. V, 466 et 468 corpore *concreto*. v. 495: sic igitur terrae *concreto* corpore pondus constitit. v. 1257: quae cum *concreta* videbant — splendere. VI, 159 concreti. *adultus* II, 1123: paulatimque gradus *aetatis* scandere *adultae*. v. 1131: robor *adultum*. V, 800: maiora — (animalia) *adulta*. v. 1225: nequid ob admissum foede dictumve superbe poenarum grave sit solvendi *tempus adultum*. Sic Lachm., conferens *aetas adulta* (IV, 1038), pro *adauctum*. — *subitus* = quae subiit sec. Munronem II, 363: oblectare animum *subitamque* avertere curam. *effetus* II, 1150: iamque adeo fracta est aetas, *effeta*que tellus vix animalia parva creat. VI, 843: quo magis est igitur tellus *effeta* calore. *penetratus* IV, 670: quae *penetrata* queunt sensum progignere acerbum. v. 1246 sq. aut penetrare locos aeque nequit aut *penetratum* aegre admiscetur muliebri semine semen. Denique *inpensus* VI, 491: tempestas atque tenebrae coperiunt maria ac terras *inpensa* superne. Lachmannus docuit *impensa* dici posse quae impendent.

Nonnunquam deponentia passiva usurpata reperiuntur significatione. Sic II, 516 remensumst. IV, 1182 meditata. Passivae significationis effictum est etiam adiectivum *incomitatus*, quod invenitur VI, 1225.

3. Significatio *passiva*. Exempla passivi sunt haec: I, 890 dispertita. III, 589 dispertitam. v. 638 dispertita. v. 702 dispertitus. v. 710: quae tum periit *partita* per artus. VI, 593 *dispertitur* ut horror. II, 156: qua propter simul inter se retrahuntur et extra *officiuntur* (= impediuntur). IV, 763 corporis *offecti* sensus. V, 776 offecto lumine. II, 1069 confieri. I, 872 interfiat. III, 569 sqq. ideo conclusa *morentur* sensiferos motus, quos extra corpus in auras aëris haut possunt post mortem eiecta *moveri* (sic Lambinus recte). IV, 1055: unde *feritur*. Sic a correctore oblongus, prima manu *ferit*. V, 1020: nec laedere nec *violari*. Sic Lachm. pro *violare*. VI, 292: ad diluviem *revocari*. Sic cum Bentleio Lachmannus pro *revocare*. v. 832: prope uti locus hic *linquatur* inanis. Sic Itali et impressi. Quadratus *linquit*. v. 889: propterea dispersa foras erumpere cogit vis per aquam subito sursumque ea *conciliari*. Sic Lambinus pro *conciliare*. Notandus est inf. passivi, quem codd. praebent V, 761, *periri*.

Exempla *impersonalium passivorum* sunt haec: I, 112 ignoratur. II, 962 quo *decursum* prope iam *siet*. V, 18: at bene non poterat sine puro pectore *riri*. v. 312: quae fore proporro *retitumque* senescere credas. Sic Lachmannus pro: quaerere proporro sibi cumque senescere credas. VI, 377 turbatur.

Etiam verborum *quire* et *posse* passiva coniuncta cum infinitivo passivi usurpata sunt a Lucretio. I, 1045: dum veniant aliae ac *suppleri* summa *queatur*. III, 1010: quod tamen *expleri* nulla ratione *potestur*.

4. *Reflexiva* significatio passivi. II, 1043: *accingere* contra. IV, 334: *convertitur* eodem. L.: „Sic scribendum pro *convertit*, ut in versu 295 *convertitur* et 341 *convertier*: cur enim hic semel aliter dixerit?“ V, 1199: nec pietas ullast velatum saepe videri *vertier* ad lapidem. Apud Lactantium instit. II, 3, 11 Vertere se ad lapidem. IV, 1274: idque sua causa consuerunt scorta *moveri*.

5. *Ellipses verbi*. I, 107 et merito. IV, 795 et 783: quod sentimus, id est, cum vox emittitur una, si mare, si terram cordist, si denique caelum? Lachm.: „Apparet *esse* addendum esse, cum *id est* praecesserit: si cordi est esse mare, si terram, si caelum. V, 239: debet eodem omnis mundi natura putari, ubi ex versu superiore mente addendum est: constare. (recte Gifanius expl.:

debet eodem nativo ac mortali corpore consistere putari). V, 313 ad *non ruere* ex v. 311 *videmus* repetendum est. I, 632 autem *habere* utrique membro enunciationis commune est. II. v. 697 ad *cetera non credit* ex versu superiore mente addendum est *cognoscere*.

Cap. VIII.

De infinitivo.

a. *Infinitivus locum sustinet substantivi verbalis.* Adscribam primum adnotationem Lachmanni ad IV, 245, ubi vulgo legitur: imago efficit ut videamus et internoscere curat. „Infinitivo Lucretius saepe utitur pro casu recto substantivi. in IV, 765 Praeterea *meminisse* iacet languetque sopore. v. 836 Nec fuit ante *videre* oculorum *lumina* natum, Nec dictis *orare* prius quam lingua creatast. v. 843 At contra *conferre* manu certamina pugnae Et *lacerare* artus *foedare*que membra cruore Ante fuit multo, ubi secuntur similia. in V, 979 Non erat ut fieri posset *mirarier* umquam, Nec *diffidere*. v. 1118 Divitiae grandes homini sunt *vivere* parce. in III, 67 Turpis enim fere contemptus et acris egestas — videntur — quasi iam leti portas *cunctarier* ante. [ad q. l. Lachm. *cunctarier* pro substantivo cunctatio positum esse dicit]. in V, 1297 Et prius est armatum in equi *conscendere* costas Et *moderarier* hunc frenis dextraque *regere*, Quam biiugo curru belli *temptare* pericla: Et biiugos prius est quam bis *coniungere* binos Et quam falciferos armatum *escendere* currus. sed infinitivus ubi pro accusativo est, alium accusativum sibi adiunctum habet: neque hic poeta ita dixit ut Ennius Aut occasus ubi tempusve audere repressit, apud Festum p. 178, 17, sed potius hoc modo. in V, 1186 Ergo perfugium sibi habebant *omnia* divis Tradere et illorum nutu facere *omnia* flecti. in III, 239 Nil horum quoniam recipit *quem* posse creare. in VI, 69 longeque remittis *Dis indigna* putare. et v. 711 item in multis *hoc* rebus dicere habemus. huius accusativi defectum in causa esse puto, cur hic versus mihi durissime compositus esse videatur: multo enim facilius ferrem haec, imago spatia internoscere curat. cur autem dicam Lucretium hic oratione tam inculta usum esse, cum in promptu esset scribere Efficit ut videamus et internoscere COGIT? nihil profecto aliud hic locum

habet, nec attinet dicere quotiens ita hic poeta *cogendi* verbum posuerit.“ Lachmanni exemplis adde haec. V, 1250 sq.: nam fovea atque igni *prius est venarier* ortum quam *saepire* plagis saltum canibusque *ciere*. v. 1379 sq.: At liquidas avium voces *imitarier* ore ante fuit multo quam etc. VI, 1228: nam quod ali dederat vitalis aëris auras volvere in ore *licere* et caeli templa tueri, hoc aliis erat exitio. IV, 878: varieque *datum sit* membra *movere*.

2. Infinitivus locum tenet *subiecti*. I, 137: difficile *illustrare* Latinis versibus esse. v. 331: quod tibi *cognosse* — erit utile. v. 337: officium quod corporis exstat, *officere* atque *obstare*. II, 2: Suave — *spectare*. v. 4: *cernere* suave est. v. 6: suave etiam belli certamina magna *tueri*. v. 7: nil dulcius est, bene quam munita *tenere* — templa. II, 143 licet hinc *cognoscere*. III, 915 revocare licebit. v. 1090 licet — condere. II, 184 locus est — *confirmare*. III, 359 sqq. *Dicere* porro oculos nullam rem cernere posse — *desiperest*, ubi et subiectum et praedicatum est infinitivus, item v. 800 sqq.: mortale aeterno *iungere* et una consentire *putare* — *desiperest*. V, 164 sq. cetera de genere hoc *adfingere* et *addere* — *desiperest*. v. 1041 sqq. proinde *putare* aliquem tum nomina distribuisse rebus — *desiperest*. IV, 2 sqq. iuvat integros *accedere* fontis atque *haurire*, iuvatque novos *decerpere* flores insignemque meo capiti *petere* inde coronam. v. 1045 sq. *fitque voluntas eicere* id cett. v. 1063 *fugitare* decet cett. V, 1427: laedit veste *carere*.

3. *Nominativus cum infinitivo* qui vulgo dicitur, maxime locum habet apud verba passiva, ubi si qua sunt praedicata infinitivi, accommodant se subiecto orationis et item in nominativo ponuntur. I, 346: quamvis *solidae* res *esse putentur*. IV, 591: ne loca deserta ab divis quoque forte *putentur* sola *tenere*. v. 1265: nam more ferarum — magis plerumque *putantur concipere ulcera*. V, 239: debet eodem omnis mundi natura putari, ubi ex versu superiore mente addendum *constare*. v. 1045: tempore eodem alii facere id non *quisse putentur*. I, 503 sq.: Principio quoniam *duplex natura* duarum *dissimilis* rerum *longe constare repertast*. V, 59 sqq.: quo genere in primis animi *natura reperta est* nativo primum *consistere* corpore creta nec posse *incolumis* magnum durare per aevom. I, 513 sq.: nec *res ulla* potest vera ratione *probari* corpore inane suo *celare* atque intus *habere*. III, 555: *rus esse* videtur. Sic Itali veteres et Brixiensis editio.

v. 594: saepe aliqua tamen e causa labefacta videtur ire anima ac toto solvi de corpore velle. IV, 330 sq.: omnia per flexos aditus educta licebit pluribus haec speculis videantur in aedibus esse. v. 696 redolere videntur. v. 1112: nam facere inter dum velle et certare videntur. V, 581: nam prius omnia — specie confusa videntur quam *minui* filum. Sic Bentleius prorsus egregie pro *mi*. III, 773 an *metuit conclusa manere* in corpore putri. v. 978 sq. quae — prodita sunt esse. IV, 201 sqq. haec cernuntur — diffundere sese perque volare mare. v. 231: figura — cognoscitur esse eadem. VI, 716: qui etesiae esse feruntur. v. 848: *esse* apud Hammonis fanum fons luce diurna frigidus — fertur. Attractio casus praedicati in dativo reperitur V, 174: quidve mali *fuerat nobis* non *esse creatis?*

4. Infinitivus *consilium* sive necessitatem exprimit. I, 1005: nec prorsum facere ut restet minus *ire* meando. Similiter V, 227: cui tantum in vita restet *transire* malorum. Sic pro *transirest* Lactantius de opificio dei III, 2. Quadratus *transire est*. III, 895 sq.: nec dulces occurrent oscula nati *praeripere*. v. 1030: iterque dedit legionibus *ire* per altum. v. 1076 sq.: Denique tanto opere in dubiis *trepidare* periclis quae mala nos *subigit* vitai tanta cupido? V, 1029 sq.: varios linguae sonitus natura *subegit mittere*. VI, 736 sq.: ubi in campos albas *descendere* ningues tabificis *subigit* radiis sol omnia lustrans. IV, 1082: et stimuli subsunt, qui *instigant laedere* id ipsum. v. 1196: communia quaerens gaudia *sollicitat* spatium *decurrere* amoris. V, 945: at *sedare* sitim fluvii fontesque *vocabant*.

5. Infinitivus locum tenet *obiecti*. I, 16: quo quamque *inducere pergis*. v. 932: exsolvere pergo = IV, 7. I, 1080 concedere pergat = II, 237. II, 946 pergit confundere. III, 178 *pergam* rationem *reddere*. v. 420 pergam disponere. v. 422 cum *dicere pergam*. v. 948 pergas — vincere. IV, 300: contra si *tendere pergas*. VI, 42: pergam pertexere. I, 25: pangere conor. IV, 1170: si *dicere coner*. I, 31: potes — iuvare. v. 41 sq.: agere — possumus. v. 374 quo *possint — confluere* undae. v. 375 sq.: sic alias quoque res inter se *posse moveri* et *mutare* locum. v. 378: quo squamigeri *poterunt procedere* tandem. v. 379 sq. *concedere* porro quo *poterunt* undae, cum pisces *ire nequibunt?* v. 389: haud *poterit — compleri* spatium. v. 395 sqq. nec tali ratione *potest*

deserier aër, nec — sine inani *posset* — ipse in se *trahere* et partis *conducere* in unum. v. 401 possum conradere. v. 403 possis cognoscere. v. 407 sqq. *ridere* — *poteris* caecasque latebras *insinuare* omnis et verum *protrahere* inde. v. 411 possum promittere. II, 841: nec minus haec animum *cognoscere posse* sagacem quam quae sunt aliis rebus privata *notare*. v. 1097: quis *regere* immensi summam — *potis est* — quis pariter coelos omnis *convertere*. III, 887: qui *possit* vivus sibi se *lugere* peremptum, stansque iacentem se lacerari urive *dolere* (Lambinus *dolere* pro *dolore*). v. 1079: nec *deritari* letum *pote*. V, 719: nec *potis est cerni*. v. 914: pedum nisus ut *ponere posset*. Sic corrector quadrati et Marullus pro *pondere*. VI, 71 sq.: non quo *violari* summa deum vis *possit*. Sic antiqui correctores pro *violaris*. v. 474: quo magis ad nubis augendas multa videntur *posse* quoque e salso *consurgere* momine ponti. v. 1170 sq.: nil adeo *posses* cuiquam leve tenveque membris *vertere* in utilitatem. Sic optime Lambinus pro *verteret util*. I, 55: disserere incipiam. v. 267: ne qua forte tamen *coeptes diffidere* dictis. V, 1014: mollescere coepit. I, 66 sq.: primum Graius homo mortalis *tendere* contra *est* oculos *ausus* primusque *obsistere* contra. II, 178 sq.: *ausim confirmare* aliisque ex rebus *reddere* multis. VI, 1072 sq. audent misceri. I, 70 sq.: *effringere* ut arta naturae primus portarum claustra *cupiret*. V, 169: cuperent — mutare. I, 103: a nobis — *desciscere quaeres*. III, 516: flectere quaerit. v. 941: cur amplius *addere quaeris*. v. 1058 sq. et *quaerere* semper *commutare* locum. IV, 463: violare — quaerunt. v. 1097 bibere — quaerit. I, 108: aliqua ratione *valerent* religionibus atque minis *obsistere* vatum. v. 603: nec fuit umquam per se secretum neque post hac *esse valebit*. v. 630. II, 954 cum Briegero *valeant* est scribendum. III, 1088: nec *delibare valemus*. IV, 483 sq. valebit dicere. V, 58: nec validas *valeant* aevi *rescindere* leges. VI, 78 suscipere — valebis. v. 1057 non *valet* — *impellere*. I, 323: moderatim *crescere cogens*, se. eas. v. 628 sq. 899: validis *facere* id *cogentibus* austris. v. 1010: et quod inane autem est *finiri* corpore *cogit*. II, 74: illa *senescere* at haec contra *florescere cogunt*. v. 156. 279: quamquam vis extera multos pellat et invitos *cogat procedere* saepe *praecipitesque rapi*. IV, 245, de quo loco vide supra. v. 346 sq. 359. 685 sq. 762: *hoc* ideo *fieri cogit* natura. V, 654: aut quia sub terras cursum *convertere*

cogit vis eadem. v. 812 cogebat fundere. v. 1087 sq. cogunt — emittere. VI, 54 sq. 595 concutit invitos *cogens tremere* atque *morere*. v. 758: graviter vis *cogat concidere* ipsa. v. 964. 996. 1053. 1243: pudor quem tum *cogebat obire*. I, 658: *fugitant* in rebus inane *relinquere* purum. VI, 1238 *fugitabant risere* ad aegros. I, 1052 fuge credere. II, 66: tu te dictis *praebere memento*. II, 140 cernere quimus. VI, 858: qui *queat* hic — umorem et calido *satiare* vapore? v. 1075: *dirimi* qui non *queat* usquam. v. 205: quamquam pondera, quantum est in se, deorsum *ducere pugnent*. v. 680: religione animum turpi *contingere parcat*. v. 978: dicere callent. v. 1029: nil adeo magnum neque tam mirabile quicquam, quod non paulatim *mittant mirarier*. Sic Lachm. pro *minuant* dicens: „mihi hoc Latine dici posse non videtur, *minuo hanc rem facere*.“ IV, 471 *mittam contendere* causam. VI, 68: longeque *remittis* Dis indigna *putare*. v. 1056: Illud in his rebus *mirari mitte*. II, 1039: suspicere — dignatur. III, 1045: tu vero dubitabis et *indignabere obire?* II, 1040 sq.: *desine — expuere* ex animo rationem. IV, 402: desierunt verti. III, 6: te *imitari aveo*. IV, 778: exponere avemus. v. 1203: discedere aventis. V, 853: feminaque ut maribus *coniungi* possit *avere*. III, 86: *vitare* Acherusia templa *petentes*. v. 515: *commutare* animum qui cumque *adoritur* et *infit*. v. 863 sq. *esse*que *probet* (h. e. prohibet) illum cui possint incommoda conciliari. IV, 1269: nam mulier *prohibet se concipere* atque repugnat. III, 996 sq.: qui *petere* a populo fasces — *imbibit* (h. e. sibi proponit). VI, 72: ut ex ira poenas *petere inhibat* acris. III, 1064: auxilium tectis quasi *ferre* ardentibus *instans*. IV, 998: *discutere* et corpus de terra *corripere instant*. V, 298: *tremere* ignibus *instant*. III, 1072: naturam primum *studeat cognoscere* rerum. IV, 94: qua *contendant exire* coorta. Oblongus prima manu *exiere*, quod potest esse *exeire*. V, 385: quod *facere intendunt*. IV, 299: splendida porro oculi fugitant *ritant*que *lueri*. IV, 403: non supra sese *ruere* omnia tecta *minari*. V, 386 sq.: ultraque *minantur* omnia *diluviare* ex alto gurgite ponti. III, 1031: *docuit* super *ire* lucunas. IV, 579: verba repulsantes iterabant *docta referri*, v. Lachm. V, 961: sponte sua sibi quisque *valere* et *vivere doctus*. v. 1102 sq.: inde cibum *quoquere* ac flammae *mollire* vapore sol *docuit*. v. 1143: inde magistratum partim *docuere creare*. v. 1302 sqq. boves lucas —

belli *docuerunt* volnera Poeni *sufferre* et magnas Martis *turbare* catervas. V, 1451 sqq.: daedala signa *polire* — *docuit*. Sic Antonius Marii et Marullus pro *signa polito*. IV, 1010: si proelia pugnas *edere* sunt persectantes visaeque volantes. v. 1282: ut facile *insuescat* secum nos *degere* vitam. V, 167: ut nostra quicquam causa *gerere adgrediantur?* VI, 940 disserere adgredior. v. 979 dicere — adgredior. V, 239. v. 323: *deminui debet*, recreari, cum recipit res. v. 934: nec *scibat* ferro *molirier* arva. v. 183. v. 953 nec dum res igni *scibant tractare* neque *uti* pellibus cett. v. 959: neque ullis moribus inter se *scibant* nec legibus *uti*. v. 1049 *facere* ut *sciret*. v. 1067 lambere temptant. v. 1106: victum vitamque priorem *commutare* — *monstrabant*. v. 1208: illa quoque expergefactum caput *erigere infit*. v. 1309 *expertique* sues saevos *sunt mittere* in hostis. v. 1399: tum caput — *redimire* — lascivia *monebat*. v. 1409: et numerum *servare* genus *didicere*. VI, 48: *institui conscendere* currum. v. 565: metuunt — credere. v. 654: *mirari* multa *relinquas*. v. 711: item in multis hoc rebus *dicere habemus*. v. 1047: usque adeo *fugere* ab saxo *gestire* videtur. v. 1077: velit eluere. v. 1191: a pedibusque minutatim *succedere* frigus non *dubitabat*.

6. Infinitivus locum tenet accusativi cum infinitivo, si aut subiectum omissum aut alia ratione expressum aut infinitivus verbi impersonalis positus est, qui subiectum suum quasi in se includit. I, 347: *esse* — raro cum corpore *cernas*, sc. eas res. v. 357: haud ulla *fieri* ratione *videres*. v. 361 tantundem *pendere par est*, sc. id. II, 809: scire licet, sine eo fieri non *posse putandum est*. III, 183: nil adeo fieri celeri ratione videtur, quam sibi mens *fieri proponit*. v. 513 sqq.: *addere* enim partis aut ordine *traicere accumst* aut aliquid prosum de summa *detrahere* hilum, commutare animum *qui* cumque *adoritur*. IV, 457 cernere censemus. v. 470 quoniam nil *scire fatetur*. v. 676. V, 390: et siccare prius *confidunt* omnia *posse*.

7. *Accusativus cum infinitivo*. I, 24: *te sociam studeo* scribendis versibus *esse*. v. 26 sq. *quem* tu — *roluisti excellere*. III, 69: homines dum *se* falso terrore coacti *effugisse* volunt longe longeque *remosse*. I, 80 sqq.: ne forte *rearis* inpia *te* rationis *inire* elementa viamque *indugredi* sceleris. v. 155: (causas) *fieri* divino numine *rentur* = VI, 91. II, 168 sqq. I, 89 sqq. et mestum

simul ante aras *adstare parentem sensit* et hunc propter ferrum *celare ministros* cett. v. 107: nam si *certam finem esse viderent* aerumnarum homines. v. 156: ubi *viderimus nil posse* creari de nilo. v. 174 sq.: praeterea cur vere rosam, frumenta calore, vites autumno *fundi* suadente *videmus*. v. 208 sq.: quoniam incultis *praestare videmus* culta loca et manibus melioris *reddere* fetus. v. 213 sq.: nostro sine *quaeque* labore sponte sua multo *fieri meliora videres*. v. 255 sq.: hinc *laetas urbes* pueris *florere videmus*, *frondiferasque* novis avibus *canere* undique *silvas*. v. 319 *haec* igitur *minui — videmus*. v. 358: cur *alias* aliis *praestare videmus — res*. II, 9 sq. 16 sq. 20 sq. 40 — 44. 47. 68. 89 sq. (pervideas). v. 116 sqq. (videbis). v. 129 sq. 149. 371 sq. 374 sq.: concharumque *genus — videmus pingere* telluris gremium. III, 17: totum *video* per inane *geri res*. v. 457 sq. *videmus crescere* et, ut docui, simul aevo *fessa fatisci*. IV, 577: *loca vidi reddere* voces. v. 698 sq. 1286 sq.: nonne *vides* etiam *guttas* in saxa *cadentis* umoris longo in spatio *pertundere* saxa? V, 240 sq. 516: ut *fluvios versare* rotas atque austra *videmus*. Sic apud Nonium p. 13, 8 pro *fluvius*. VI, 9—16. 20: *fluxum pertusumque esse videbat*. v. 912 sq. I, 120 sq.: etsi praeterea tamen *esse Acherusia templa* Ennius aeternis *exponit* versibus. v. 1087 *exponunt* — aëris *auras* et *calidos* simul a medio *differrier ignis* etc. I, 124 sqq.: unde sibi *exortam* semper florentis Homeri *commemorat speciem* lacrimas effundere salsas *coepisse*. v. 140 sqq.: sed tua *me* virtus tamen et sperata voluptas suavis amicitiae quemvis *sufferre* laborem *suadet* et *inducit* noctes *vigilare* serenas. II, 171 sq.: et iam cetera *mortalis* quae *suadet adire* ipsaque deducit dux vitae dia voluptas. I, 150 *nullam rem* e nilo *gigni* divinitus umquam. v. 152: quod *multa* in terris *fieri* caeloque *tuentur*. v. 190 sq.: ut *noscere* possis *quicque* sua de materia *grandescere alique*. v. 196 sqq.: ut potius multis *communia corpora* rebus *multa putes esse* — quam sine principiis *ullam rem* existere *posse*. v. 392: tum *putat id fieri*. v. 635: qua propter qui *materiem* rerum *esse putarunt ignem* atque ex igni *summam consistere* solo etc. I, 835 sq.: ossa videlicet e pauxillis atque minutis ossibus hic et de pauxillis atque minutis visceribus viscus *gigni* sanguenque *creari* sanguinis inter se multis coëuntibu' guttis ex aurique *putat* micis consistere *posse aurum* et de terris *terram concrescere* parvis, ignibus ex *ignis*, *umorem* umoribus *esse*. II, 81 sq.

414. IV, 773: *scilicet id fieri* celeri ratione *putandumst*. I, 205: *nil* igitur fieri de nilo *posse fatendumst*. v. 399: *esse* in rebus *inane* tamen *fateare* necessest. I, 269: *quae corpora* tute necessest *confiteare esse* in rebus nec *posse* videri. v. 224: nullius *exitium patitur* natura *videri*. v. 263 sq.: nec *ullam rem gigni patitur*. V, 353 nec *penetrare pati* — *quicquam*. I, 332 sq.: nec *sinet errantem dubitare* et *quaerere* semper de summa rerum et nostris *diffidere* dictis. v. 265 sq.: *res* quoniam *docui* non *posse* creari de nilo neque item genitas ad nil revocari. VI, 43 sqq. 271 sq.: *docui* — semina *habere varias nubes*. I, 341: multa — moveri cernimus. II, 69 sq. 209: non *cadere* in terram stellas et sidera *cernis*? V, 306—310. I, 365: plus esse sibi *declarat* inanis. v. 366 sq. at contra gravius *plus* in se corporis *esse dedicat* et multo vacui minus intus *habere*. v. 372 sqq.: *cadere* squamigeris *latices* nitentibus *aiunt* et liquidas *aperire* vias — sic *alias* quoque *res* inter se *posse* moveri et mutare locum. v. 382: *esse admixtum dicendumst* rebus *inane*. v. 861 sq.: sive *cibos annis* commixto corpore *dicunt esse*. V, 913 (dicat) — *hominem* tanto membrorum *esse* impete *natum*. Recte *hominem* in scholiis ad Statii Thebaidos VII, 585 pro *bestiae*. I, 500: dum — *expediamus esse ea* quae solido atque aeterno corpore constent. v. 515: si non — *solidum constare relinquas*. v. 703: *quidvis* tamen *esse relinquat*? III, 39 sq.: neque *ullam esse voluptatem liquidam puramque relinquit*. I, 613 sq.: unde neque *avelli quicquam* neque *decrescere* iam *concedit* natura. v. 723: hic Aetnaea *minantur* murmura flammarum rursum *se colligere* iras. v. 746 sqq.: quod omnino *foras* non *esse* secandis corporibus *faciunt*, neque *pausam stare* fragori, nec prorsum in rebus *minimum consistere quicquam*. III, 100 sq. quod *faciat nos vivere* cum sensu. v. 301: quae *tremulam faciunt* membris *exsistere natum*. v. 878: sed *facit esse* sui *quiddam* super inscius ipse. V, 662: quae *faciunt* solis *nova* semper *lumina gigni*. v. 703: qui *faciunt solem* certa *desurgere* parte. v. 761: quae *faciunt ignis interstinguique* atque *perire*. VI, 267: *femina abundare* ut *facerent* compositque *natare*. v. 455: haec *faciunt* primum *parvas consistere nubes*. v. 512: facit effluere imbris. v. 414—416. I, 1057 sqq.: *ipsum* si *quicquam posse* in se sistere *credis*, et quae pondera sunt sub terris *omnia* sursum *ailer* in terraque retro *requiescere posta*. IV, 1026 sq. V, 312 Lachmannus scribit: quae *fore* proporro *relinquique* se *cessere*

credas (pro: quaerere proporro sibi cumque senescere credas). I, 1083 sq.: non *cuncta corpora fugunt* in medium *viti*. II, 175. I, 1111: qua cumque prius de parti *corpora desse constitues*. II, 902: sensilibus qui sensile *posse* creari *constituunt*. VI, 73: sed quia tute tibi placida cum pace *quietos constitues* magnos irarum volvere fluctus. Sic Marullus pro *quietus*, v. Lachm. II, 90 sq. (reminiscere). v. 93 sq. (ostendi). v. 127 sq.: quod tales turbae *motus* quoque materiai *significant clandestinos caecosque subesse*. v. 185 sq. (confirmare). II, 216: Illud in his quoque *te* rebus *cognoscere avemus*. v. 748: *quod* quoniam *vinco fieri*. VI, 497 sqq. primum iam *semina* aquai *multa* simul *vincam consurgere* nubibus — pariterque ita *crescere utrumque*, et *nubis* et *aquam*. II, 1164 sq. III, 75—77. 613 sq.: non tam *se* moriens *dissolvi conquereretur*, sed magis *ire* foras vestemque *relinquere*. v. 641: *aeternum* sibi *naturam abnuit esse*. v. 765 sq.: scilicet, in tenero *tenerascere* corpore *mentem confugient* (h. e. eo confugient, ut dicant cett.). IV, 583 sq.: *affirmant* volgo *taciturna silentia rumpi*, chordarumque *sonos fieri*. v. 805: *sperat*que *futurum* ut cett. V, 249: neque *rumorem dubitari auras*que *perire*. v. 672 sqq. *dentes cadere imperat* aetas — et *impubem* molli *pubescere* veste et — *demittere* barbam. VI, 34: et *genus* humanum frustra plerumque *probavit volvere* curarum tristis in pectore fluctus. v. 542: undique enim *similem esse* sui res *postulat* ipsa. v. 609: principio mare *mirantur* non *reddere* maius *naturam*. Sic Marullus pro *natura*. v. 705 sq.: *corpus* ut *examinum* si *quod* procul ipse *iacere conspicius* hominis. I, 210: *esse videlicet* in terris *primordia* rerum. II, 469: Scilicet esse globosa (v. Lachm. ad II, 809). v. 838 sqq. *scire licet quaedam* tam *constare orba* colore quam sine odore ullo *quaedam* sonitu*que remota*, nec minus haec *animum* cognoscere *posse sagacem* quam quae sunt aliis rebus privata notare. V, 245: *scire licet* caeli quoque item terraeque *fuisse principale aliquod tempus cladem*que *futuram*. I, 136 sq.: Nec me animi *fallit* Graiorum obscura reperta *difficile* inlustrare Latinis versibus *esse*. v. 188: quorum *nil fieri manifestum est*. v. 189 sq. 302: quae tamen *omnia* corporea *constare necessest* natura. v. 778: at primordia gignundis in rebu' necessest naturam clandestinam caecamque adhibere. II, 83 sq. 710: *Scilicet id* certa *fieri* ratione *necessest* (v. Lachm. ad II, 809). v. 721 sq.: ita *quamque necesse est* dissimili *constare* figura principio-

rum. VI, 206 sq. 448 sq.: sed quia fit raro omnino *montisque necessest officere* in terris. Sic Itali pro *officeret*. v. 922 sq. *mitti spargique necessest corpora*. I, 680 sq.: nil *referret* enim *quaedam decedere, abire*, atque *alia attribui, mutari*que ordine *quaedam*. v. 885 sqq.: consimili ratione *herbas* quoque saepe *decebat* et latices dulcis guttas similique sapore *mittere*, lanigerae quali sunt ubere lactis. scilicet. et glebis terrarum saepe friatis herbarum *genera* et *fruges frondesque videri dispertita* inter terram latitare minute. II, 3: non quia *vexari quemquamst iucunda voluptas*. v. 121 sq. *primordia* rerum *quale sit* in magno *iactari* semper inani. v. 125: haec animum *te advertere par est*. v. 274 sq.: nam tum *materiem* totius corporis *omnem perspicuumst* nobis invitis *ire rapique*. III, 665 sq. *sequetur unum animantem* animas *habuisse* in corpore multas. v. 684 sq. per se sibi *vivere solam convenit*. IV, 502 sq.: tamen *praestat* rationis *egentem reddere* mendose causas utriusque figurae. V, 152 *quod tangi* non *licet ipsum*. v. 180: quid *obest* non *esse creatum?* v. 1023: imbecillorum *esse aecum misererier omnis*. Sic Marullus pro *omni*. v. 1262: tum *penetrabat* eos *posse haec liquefacta* calore *decurrere*. VI, 615: quo minus *est mirum* mare non *augescere magnum*.

8. Infinitivus ponitur pro obiecto remotiore, quod fit post adiectiva et post verba.

a. *Adiectiva*. V, 123: inque deum numero quae sint *indigna videri*. v. 1145: *defessum* vi *colere* aevom.

b. *Verba*. I, 59 sq.: quae nos materiem — *vocare* et semina rerum *appellare suëmus* et haec eadem *usurpare* corpora prima. v. 301: nec voces *cernere suemus*. II, 448: ictus *contemnere sueta*. v. 903: ex aliis *sentire suëtis*. IV, 327: quinque etiam aut sex ut *fieri* simulacra *suërint*. v. 369. V, 53 sq.: *dare* dicta *suërit* atque omnem rerum naturam *pandere* dictis. v. 912. VI, 793: spumam ut qui morbo *mittere suerit*. v. 954 penetrare suëvit. III, 483: conturbare — consuevit. IV, 711 consuetum — vocare. IV, 985: quibus in rebus *consuerunt esse operati*. etc. v. 1274: idque sua causa *consuerunt* scorta *moveri*. V, 189 sq. ponderibusque suis *consuerunt* concita *ferri* omnimodisque *coire* atque omnia *pertemptare*, = v. 424 sq. 208 sq.: ni vis humana resistat vitai causa valido *consueta* bidenti *ingemere* et terram pressis *proscindere* aratris. v. 661 conducere consuerunt. v. 702: *consuerunt con-*

fieri ignes. v. 977 consuerant cernere. v. 1397 sq. VI, 519 sq. 787: est etiam — arbos — odore — tactro *consuela necare*. v. 1136 quo non *consuerimus uti*. v. 1279 quo pius hic populus semper *consuerat honori*. IV, 879 protrudere — insuerit. I, 667: ex nulla *fieri* id si parte reparent. II, 12 sq. *niti* cum inf. = III, 62 sq. III, 970: sic alid ex alio numquam *desistit oriri*. IV, 975: destiterant — usurpare. VI, 556: destiti — tactarier. III, 1048 somnia *cernere cessas*. IV, 221. 589: fistula silvestrem ne *cesset fundere* musam. V, 279 sq.: haut igitur *cessat gigni* de rebus et in res *recidere*. VI, 927 ex aut — manare. v. 1235 nullo *cessabant* tempore *apisci* — contagia. III, 1061: *esse* domi quem *pertaesumst*. V, 1150: hanc ob rem *est* homines *pertaesum* vi *colere* aevom. III, 1076: tanto opere in dubiis *trepidare* periclis quae mala nos *subigit* vitai tanta cupido? IV, 921 quem cum sopor *incidit esse*. v. 1055 sq. *gestit* que *coire* et *iacere* umorem in corpus. V, 393: magnis inter se de rebus *certare certant*. VI, 509: mittere certant. v. 1247 sq. inque alii alium populum *sepelire* suorum *certantes*. V, 1148 sq.: quod — *se* quisque *parabat ulcisci*. VI, 564 ire paratae. v. 1076: non si Neptuni fluctu *renovare operam des*.

9. Infinitivus in indignatione positus est II, 16: nonne videre?, hoc est nonne vident, v. Lachm.

Cap. IX.

De gerundio et gerundivo.

1. Gerundivum proprie participium praesentis passivi est, qua significatione *volvendus* tribus locis invenitur apud Lucretium. V, 514 volvenda — idera. v. 1276 volvenda aetas. VI, 179 glans etiam longo cursu *volvenda* calescit. Sed plerumque, in nominativo quidem, coniunctum cum *esse* aut simili verbo, gerundivum et gerundium significationem habet necessitatis. Sine verbo, sed eadem significatione necessitatis bis a Lucretio *mirandus* positum est, ita ut merum sit adiectivum. V, 1171: *mirando* corporis auctu et VI, 692 *mirando* pondere saxa. I, 127 sq. *habenda nobis est* ratio. v. 726 sq. *miranda videtur* — *risenda*que *fertur*. II, 57 = III, 89 = VI, 37 quae *sunt metuenda*. II, 971 principiis si iam *est* sensus *tribuendus* eorum. II, 1037:

ita haec species *miranda fuisset*. III, 35 sqq. animi natura *videtur* ... *claranda esse* et metus ille foras ... *agendus*. v. 532 mortalis *habendast*. v. 735 hoc tamen est ut *quaerendum videatur* et in discrimen *agendum*. v. 819 magis immortalis *habendast*. v. 1075: quae restat cumque *manenda*. Sic recte Lambinus pro *manendo*. IV, 118: horum intestinum quodvis quale esse *putandumst!* v. 256: illud in his rebus minime mirabile *habendumst*. v. 1095: nil datur in corpus praeter simulacra *fruendum*. V, 66: ratio *reddenda sit*. v. 229: nec *cuiquam adhibendast* almae nutricis blanda atque infracta loquella. VI, 82 multa — *sunt ornanda*. v. 84. 374: propterea freta sunt haec anni *nominitanda*. v. 779 sq.: nec sunt multa parum tactu *vitanda* neque autem aspectu *fugienda* saporeque tristia quae sint. v. 828: ibi sit quoque vita *comenda*. v. 1230 Illud in his rebus *miserandum* magnopere unum aerumnabile erat. In acc. c. inf. II, 41 nam quod saepe homines morbos magis *esse timendos* ... ferunt. v. 616 indignos *esse putandos*. III, 866 nobis nil *esse* in morte *timendum*. — Apud gerundium et gerundivum qua conditione verbum *est* omitti possit, vide supra cap. VI. Exempla coniuncti cum gerundio verbi substantivi sunt haecce. I, 131 ad *videndum* ex antecedentibus *est* mente est repetendum. v. 465 videndumst. VI, 647 sq. Hisce tibi in rebus latest alteque *videndum* et — *dispiciendum*. I, 205 fatendumst. v. 462. II, 1084. IV, 526. VI, 697. I, 382 dicundumst. V, 8 dicendum est. V, 513. VI, 980 quod *dicendum* prius *esse* videtur. II, 36 cubandum est. v. 1052 nullo iam pacto veri simile esse *putandumst*. III, 310. 668 mortale utrumque *putandumst*. v. 686. 688. 802. 926. IV, 676. 773. 922. V, 302. 643. 752 tibi *putandumst*. VI, 246. 262. 541. 665. 905. III, 836 sq. utrorum ad regna *cadendum* omnibus humanis *esset*. v. 909 quaerendum est. V, 590 non *est mirandum*. VI, 919 et nimium longis ambagibus *est adeundum*. Saepe a Lucretio nominativus gerundii coniungitur cum accusativo obiecti. Sic I, 111: *aeternas* quoniam *poenas* in morte *timendumst*. v. 138: *multa* novis verbis praesertim cum *sit agendum*. v. 381: aut igitur motu *privandumst corpora quaeque*. II, 492: addendum partis alias erit. v. 1129 manus dandum est. III, 391: usque adeo prius *est* in nobis *multa ciendum* (sic recte Avantius pro *ciendo*). v. 626: quinque, ut opinor, *eam faciundum est* sensibus *auctam*. v. 926. IV, 777 sq. *multaque* nobis *claran-*

dumst. V, 43 sq.: *quae proelia* nobis atque *pericula* tumst ingratis *insinuandum!* VI, 917 firmandumst multa.

2. *Genetivi* gerundii exempla sunt haecce: I, 96: *nubendi tempore* in ipso. IV, 1076: potiundi tempore in ipso. V, 1225 poenarum grave *solvendi tempus*. I, 110: nunc *ratio* nulla est *vestandi*, nulla facultas. II, 474: est *ratio secernendi* seorsumque *videndi*. v. 551: non, ut opinor, habent *rationem conciliandi*. VI, 83: est *ratio fulgendi* cisque *tonandi*, sunt tempestates et fulmina clara canenda. Sic Lachm. pro et ratio caelisque tenenda. I, 339: principium — cedendi. v. 383: initium — movendi. v. 584 sq.: denique iam quoniam generatim reddita *finis crescendi* rebus constat *vitam*que *tenendi*, ubi accusativus obiecti coniunctus est cum gerundio non secus ac V, 42. II, 1116 crescendi — finem. IV, 561: frangendi — finis. V, 1432 sq. quae sit *habendi finis*. I, 875: *latitandi copia* tenvis. II, 65: *mobilitas* ... per inane *meandi*. v. 1038 fessus *satiate videndi*. v. 1130 alescendi — cacumen. III, 174 *erugendi* incerta *voluntas*. v. 409 stat *cernundi* vivata *potestas*. IV, 66: *hiscendi*st nulla *potestas* (sic oblongus; quadratus *hiscendis n. p.*). v. 227 nec mora nec requies inter datur ulla *fluendi* = VI, 931. IV, 237 sq. causa — cernundi. v. 1181 causas abeundi. v. 842 utendi — causa, item v. 851. 869 ut *amorem* obturet *edendi*. v. 881 simulacra meandi. V, 186: specimen — creandi. v. 1347 vincendi spe. VI, 326: magnum *conamen* sumit *eundi*. III, 5 certandi cupidus. Gerundivum III, 79 sq. vitae — *odium lucis*que *videndae*.

3. *Dativus gerundivi*. I, 24: te *socium* studeo *scribendis versibus* esse. v. 181: nec porro *augendis rebus* spatio foret usus. v. 203: materies quia *rebus* reddita certast *gignundis*. v. 547 materies ut subpeditet *rebus reparandis*. v. 552: Denique si nullam finem natura parasset *frangendis rebus*. v. 577 sq.: si nullast *frangendis* reddita finis *corporibus*. v. 707: qui principium *gignundis* aëra *rebus* constituere. v. 844: neque *corporibus* finem esse *secandis*. II, 855: non adhibere suum *gignundis rebus* odorem. V, 181 exemplum — *gignundis rebus*.

4. *Accusativus* gerundii et gerundivi a Lucretio usurpatur cum praep. *ad* coniunctus. II, 1027 difficilis — ad credendum. III, 238: nec tamen haec sat sunt *ad sensum* cuncta *creandum*. v. 618: si non certa loca *ad nascendum* reddita cuique sunt. VI,

365: opus est *fabricanda ad* [illegible]. v. 473: *ad nubis augendas* multa videntur posse — consurgere.

5. *Ablativus* gerundii et gerundivi sine praepositione instrumentali usurpatur significatione. Sic I, 202 multaque *vivendo* vitalia vincere saecla = V, 202. III, 1081. 1090. I, 312: subter tenuatur *habendo*. v. 398 cessando. v. 400 commemorando. v. 533 findi in bina *secando*. v. 902 terendo. v. 991: ex infinito iam tempore *subsidendo*. II, 81 cessando. v. 253 declinando. v. 922: ut nequeunt homini — nullam rem gignere *conveniundo*. VI, 180: paulatim *concrescendo*. II, 1059 offensando. v. 1108 iaculando. v. 1139 dilapsando. v. 1146 novando. item V, 194. IV, 306: dolorem oculis quae gignunt *insinuando*. v. 449 tuendo. v. 618 et 639 mandendo. v. 703. 1068: inveterascit *alendo*. v. 1209: et *commiscendo* quom *semine* forte *virilem* femina vim vicit subita vi cett. V, 488 manando. v. 592 rigando. v. 722 *versandoque*. v. 850 propagando. v. 856: *propagando* procudere prolem. v. 1285 procudendo. v. 1369 *indulgendo* blandeque *colendo*. VI, 305 volando, item v. 451. 341 qua crescit *eundo*. v. 457 coniungendo. v. 482 densendo. v. 685 ubi est *agitando* percitus aër. v. 846 coëundo. Cum acc. obiecti I, 1026 *omne genus motus et coetus experiundo*, cf. V, 128. III, 1087 vitam ducendo. Praeterea coniungitur cum *in* praep., cuius constructionis exempla supra attuli, quum de praep. *in* agebam.

Cap. X.

De temporibus.

1. *Praesens* post *simul ac* cum perfecto coniunctum est I, 10 sq.: nam *simul ac* species *patefactast* verna diei et reserata *viget* genitabilis aura favoni. De conatu positum est III, 350 si quis corpus sentire *refutat* et v. 168: ad vitam — *revocantes*. Addo locos, ubi a criticis restitutum est praesens. II, 656, ubi in codd. est *constituet* et *mavolt*, recte Lachmannus docet aut scribendum esse Cereremque vocare *constituit* fruges et Bacchi nomine abuti *mavolt* aut *constituet* et *malet*. III, 919 vitamque *requirit* recte Naugerius pro *requiret*. IV, 608 omnia quae circum *fervunt* Marullus pro *fervent*, quod caret sensu. VI, 690 *fert*

itaque ardorem longe. Sic Lachmannus. Olim impressi *fecitque*. v. 695 radices frangit fluctus aestumque *resorbet*. Sic eximie Itali pro *resolvet*.

Coniunctivus praesentis significatione usurpatur potentiali. Sic II, 1033: omnia quae nunc si primum mortalibus *extent* cett. Sic Orellius pro *essent*. IV, 1188: ne quiquam, quoniam tu animo tamen omnia *possis* protrahere in lucem. Recte Marullus *possis* pro *posses*, scilicet quamquam illae haec *celant*.

2. Memorabilis est usus *imperfecti* apud Lucretium, si loquitur de rebus a natura ita ut sunt, et non aliter constitutis: usurpat tum cum confidentia quadam imperfecta indicativi modi *conveniebat*, *decebat*, similia, si describere vult, quid esse oporteret, si res aliter se haberent ac sunt. Sic I, 881: *conveniebat* enim fruges quoque saepe, minaci robore cum saxi franguntur, mittere signum sanguinis aut aliquid, nostro quae corpore aluntur. v. 885: consimili ratione herbas quoque saepe *decebat* et latices dulcis guttas similique sapore mittere etc. v. 958 sq.: Omne quod est igitur nulla regione viarum finitumst: namque extremum *debebat* habere. II, 776 sqq.: sin alio atque alio sunt semina tincta colore, quae maris efficiunt unum purumque nitorem, ut saepe ex aliis formis variisque figuris efficitur quiddam quadratum unaque figura, *conveniebat*, ut in quadrato cernimus esse dissimiles formas, ita cernere in aequore ponti — dissimiles — colores. v. 820 sqq.: cur ea quae constant ex illis non pariter sunt omne genus perfusa coloribus in genere omni? *conveniebat* enim corvos quoque saepe volantis ex albis album pinnis iactare colorem. v. 1033 sqq.: Omnia quae nunc *si* primum mortalibus *extent*, ex inproviso *si sint* obiecta repente, quid magis his rebus *poterat* mirabile dici, aut minus ante quod auderent fore credere gentes? III, 679 sqq.: Praeterea si iam perfecto corpore nobis inferri solitast animi vivata potestas tum cum gignimur et vitae cum limen inimus, haud ita *conveniebat* uti cum corpore et una cum membris videatur in ipso sanguine crescere, sed vel ut in cavea per se sibi vivere solam *convenit*.

3. *Perfectum*. Quomodo differat perf. ab imperfecto, apparet ex loco V, 1442 sqq. iam mare velivolis *florebat* puppibus, et res auxilia ac socios iam pacto foedere *habebant*, carminibus cum res gestas *coepere* poëtae tradere, ubi imperf. comparatum cum perfecto durantem actionem exprimit. cf. I, 87—93. Comme-

morandum est *solibi somnus* I, 458, praesentis significatione usurpatum pro *solemus, consuerimus*, ut *soliti* adiectivi sit instar, exuta significatione participii perfecti. cf. III, 680 solitast. *Fuit* autem in coniugatione periphrastica de actione perfecta et absoluta positum est loco IV, 836: nec *fuit* ante videre oculorum lumina *natum*. Lachm.: „Corrector quadrati solus, sed optime, *natum* [pro *nata*]. hoc et suavius est et simplicius et illis quae secuntur v. 850 similius, Et sedare sitim prius est quam pocula natum. Marullus non bene oculi quam lumina nata." Recte perfectum restitutum est a Lachmanno III, 907: at nos horrifico cinefactum te prope busto insatiabiliter *deflerimus* pro eo, quod libri impressi habent, *deflebimus*. Exempla perfecti post particulas *simul ac, simul, ubi* positi sunt: I, 10. 87 sqq.: cui *simul* infula virgineos circum data comptus — *profusast*, et mestum *simul* ante aras adstare parentem *sensit*. VI, 440: quam *simul ac* gravidam *detrusit* ad aequora ponti. Sic recte Lambinus. Corrector oblongi *detrudit*. v. 452: Nubila concrescunt, *ubi* corpora multa volando hoc supero in caeli spatio *coiere* repente. Inf. perfecti per antecedens (v. Synt. prisc. scr. lat. II, p. 80) usurpatus est III, 69 homines dum se falso terrore coacti *effugisse* volunt longe longeque *remosse*.

4. *Plusquamperfectum* de repetita actione positum est V, 809. 1243. VI, 1218: *ubi gestarat*, languebat morte propinqua. Conditionaliter positum V, 171: quidve mali *fuerat* nobis non esse creatis?

5. *Futurum*. III, 573 sq.: corpus enim atque animans *erit* aër, si cohibere in se animam atque in eos poterit concludere motus. In priore membro recte restituit tempus futurum Naugerius *erit*. Memorabilis est locus V, 885: nam saepe etiam nunc ubera mammarum in somnis lactantia *quaerel*. L. „Marullus primus *quaerit*, quod non aeque certum duco, quia futuro tempore satis apte dicitur id quod forte aliquando contingat, non semper."

6. In *consecutione temporum* in universum Lucretius non discrepat a reliquis scriptoribus. Quapropter recte a Lachmanno imperfectum coniunctivi restitutum est V, 1262 sqq. *pendebat eos — ut sibi tela darent*, silvasque ut caedere *possent*, pro: ut sibi tela parent silvasque et cedere possint. item in enunc. conditionali IV, 925 sqq.: quippe, ubi nulla latens animai pars

remanaret — unde reconflari sensus per membra repente *possit* ? (pro: *possit*). Cum perfecto convenit et perfectum et imperfectum coniunctivi, quod utrumque recte fieri posse notum est. v. Synt. prisc. scr. lat. II, p. 89. Sic I, 307 sq.: neque quo pacto *persederit* umor aquai *risumst*, nec rursum quo pacto *fugerit* aestu. II, 578 sq. Contra IV, 1274 sqq.: idque sua causa *consuerunt* scorta moveri. *ne compleretur* crebro gravidaque *iacerent*, et simul ipsa viris Venus ut concinnior *esset*. Eodem modo ib. 191 post *consuerunt* recte a Lachmanno pro *possint* restitutum est imperfectum, quae cumque inter se *possent* congressa creare. Rectius infra v. 428 scriptum est *possent*. V, 733 sqq.: resolvi, solis uti — cursus — noscere *possemus* quae vis et causa cieret, quove modo *possent* offecto lumine obire. Codd. quove modo offecto lumine obire. L. „Itali et Marullus addiderunt *valeant* parum observata structurae ratione, multo rectius *possent* Brixiensis editio.“ Nonnulli loci offendunt anomalia, I, 356 sq. in enunciatione conditionali: quod nisi inania *sint*, qua possent corpora quaeque transire haud ulla fieri ratione *videres*, item I, 592 sqq.: nam si primordia rerum commutari aliqua *possent* ratione revicta, incertum quoque iam *constet* quid possit oriri — nec — *possent* cett. V, 276 sqq.: qui nisi contra corpora *retribuat* rebus *recreetque* fluentis, omnia iam resoluta *forent*. III, 682 sq.: haud ita *conveniebat* uti cum corpore et una cum membris *videatur* in ipso sanguine cresse. Addo unum locum orationis obliquae, IV, 822 sqq.: Illud in his vitium vementer rebu' necessest effugere — *lumina* ne facias oculorum clara *creata*, prospicere ut *possemus*. Sic Lachmannus pro *possimus*, dicens haec: „ita enim semper Lucretius, ut in proximis Bracchia tum porro validis ex apta lacertis Esse manusque datas. Ut facere ad vitam *possemus* quae foret usus, ubi Marullus soloece *possimus*; et Nil ideo quoniam natumst in corpore, ut uti Possemus, sed in hoc de quo agitur versu ut priora praeteritum tempus, ita quae secuntur praesens *possimus* exigunt, et ut proferre viai Proceros passus, ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari, ergo his proprium verbum attribuendum est hoc modo, et ut proferre *QUEAMUS* Proceros passus. versu v. 877 [illegible] qui fiat uti pas us proferre queamus.“

Cap. XI.

De modis.

1. *Indicativus* veritatem exprimit. Quapropter II, 921 scilicet, ut *nequeunt* homines — ullam rem gignere conveniunde re certissima Gifanius et Bentleius scripserunt pro *nequeant*. I, 100: multaque praeterea tibi *possum* commemorando argumenta fidem dictis conradere nostris, *cernes* animo satis haec vestigia — sunt. In utroque membro enunciationis conditionalis indicativus positus est II, 1017: *si* non omnia *scas*, at multo maxima pars est consimilis. Sic Lachm. pro *sint*, ut versu 158 necesse*st*, si minus omnibus *sunt* e levibus atque rotundis, at non esse tamen perplexis indupedita. IV, 1269 sq.: mulier prohibet se concipere atque repugnat, ebuibus ipsa viri Venerem si laeta *celebrat* atque exossato ciet omni pectore ductus. Oblongus *celebret* cum Italis et impressis. In membro primario est conditionalis, in secundario a *si* pendente indicativus I, 645 sq.: Nam cur tam variae res *possint* esse, requiro, e quo *si sunt* ignes paroque creatae?, item V, 185: quidque inter se permutato ordine *possint*, si non ipsa *dedit* speciem natura creandi? V, 1056 sqq. IV, 1198 tamen nec ratione alia volucres — maribus subsidere *possunt* scripsit Lachmannus pro *possint*, „quoniam, inquit, sequitur indicativo modo Si non ipsa ardet abundans Natura, nam haec inter se coniungenda esse apparet.“ Nonnullis locis post *quoniam* a Lucretio positus est indicativus, III, 803 *quoniam est* circum caesis lacer undique membris truncus etc. v. 705 sq.: *quoniam* integra recens in corpus *erat*. IV, 426: porticus aequali *quoniam est* denique ductu etc. Saepius coniunctivus, v. infra. Verba mirandi si pronomen sive adverbium interrogativum sequitur, semper ponit Lucretius coniunctivum, sin sequitur coniunctio *quod* vel *si* (in formula *mirumst si*), constanter indicativum. V, 666 sqq.: nec tamen illud in his rebus *mirabile* debet *esse*, *quod* haec ignis tam certo tempore *possunt* semina. Sic pro *possit* Lachm., qui haec habet: „Pessime Itali, quos omnes secuntur, *possint*.“ Scribendum est *possunt*, ut supra v. 589 *absunt* pro *absit*. ita semper Lucretius. minime mirabile quod ids II, 464, non est mirandum quod quia *sit*

IV, 859; nec mirabile quod possunt IV, 899, mirari mitte quod non valet. VI, 1057. contra non est mirabile quare videatur II, 310, cur perspiciantur IV, 258, qua ratione veniant IV, 597, qua ratione queat V, 591.“ — VI, 491. haud igitur *mirandst, si* parvo tempore saepe tam magnis nimbis tempestas atque tenebrae *operiunt* maria ac terras impensa superne. Lachm.: „*operiunt* scribendum est [pro *operiunt*] ex constanti usu Lucretii. vidē IV, 814. V, 192. 748. 799. 1238. VI, 375. 1012.“ Non sine offensione indicativus est in enunciatione secundaria inserta alii, quae coniunctivum habet I, 1080: quin. sua quod natura *petit*, concedere pergat = II, 237. In coniunctione temporali *cum* cum ind. iuncta non discrepat usus Lucretii ab usu vulgari, quapropter VI, 366 recte scripsit Lachmannus *cum* plagas*t* addita vero, quum impressi omnes soloece habeant *cum plaga sit*. II, 831. v. 904: mollia *cum faciunt*, v. de his versibus Pollium Philol. XXVI, 323. VI, 130 sq. Sed nonnunquam tamen etiam causali et concessiva significatione usurpatum cum indicativo coniunctum reperimus a Lucretio. Sic III, 363 fulgida *praesertim cum* cernere saepe *nequimus*. I, 825 = II, 690 cum tamen necessest. I, 566: huc accedit uti, solidissima materiai corpora *cum constant*, possint tamen omnia reddi mollia. I, 726 sqq.: quae *cum* magna modis multis miranda *videtur* — nil *tamen* hoc habuisse viro praeclarius in se — videtur. II, 859: quae *cum* ita *sunt tamen* ut mortalia constent etc. Addo locos, quibus recte restitutus est a criticis indicativus. II, 426 sqq.: *sunt* etiam *quae* iam nec levia iure *putantur* esse neque omnino flevis mucronibus unca, quaeque titillare magis sensus quam laedere *possunt*. *possunt* quadratus ed schedae. *possint* oblongus, Itali, olim impressi. II, 1061 Lachmannus, quem vide, servavit indicativum *coluerunt* inserto v. 1059 *ut*. IV, 495: seorsus odores *nascantur*. Sic Veronensis editio et Marullus pro *nascantur*, quod sine causa a *necesse est*, quod sequitur, suspensum est. v. 1061: nam si abest quod *ares*. Sic Lachm. pro *ames*. V, 359: quia nulla loci *fit* copia. Sic Lachmannus pro *sit*, ut paulo ante Plagarum quia *sunt* expertia. V, 589 quo longius *absunt*. Sic Lachm. pro *absit* aut, quod Lambinus dedit, *absint*. v. 799: denique si calidis etiam *cunctare* lavabris. Sic Lachm. pro *cunctere*. v. 909: Magnetum quia *fit* patriis in finibus ortu.

Impressi *quia sit*, parum Latine. VI, 1068: Saxa *vides* primum coalescere. Sic Marullus pro *vide*. ita alibi Multa elementa vides. Denique multa vides. e contrario Contemplator enim. Principio maria ac terras caelumque tuere. Haec viam muniunt ad imperativum.

2. *Imperativus*. II, 1023: Nunc animum nobis *adhibe* veram ad rationem. Sic corrector quadrati et ceteri pro *adhibueram*. in libro I, 51 *adibe veram* membranae. II, 1030 *Percipito* (sic Lachm. pro *Principio*) caeli clarum purumque colorem. „ita in V, 92 Principio maria ac terras caelumque *tuere*; Quorum naturam triplicem etc. in V, 318 Denique iam *tuere* hoc, circum supraque quod omnem Continet amplexu terram." III, 437: *crede* animam quoque diffundi. VI, 335: *adde quod* omnino natura pondera deorsum omnia nituntur. Sic Lachm. pro *deinde quod* dicens: „illud *quod* unde pendeat nihil est. ergo faciemus ADDE *quod*: hoc enim solet ita repetere Lucretius. vide III, 828. 829. 1036 1037. IV, 1121. 1122. VI, 611. 613." VI, 189: *contemplator* enim.

3. *Coniunctivus*. a. Afferam primum exempla nonnulla coniunctivi potentialis. I, 805 sqq.: et nisi tempestas indulget tempore fausto solque sua pro parte fovet tribuitque calorem, imbribus et tabe nimborum ambusta vacillent, crescere non *possint* fruges arbusta animantis, ubi in enunciatione sumptiva est indicativus. III, 948: omnia si *pergas* vivendo vincere saecla. L.: „sic Lambinus recte pro *perges*: nam in versu proximo legitur si numquam sis moriturus." VI, 568: quod nisi *respirent* venti, vis nulla *refrenet*.

b. *Coniunctivus in enunciationibus obiectivis aliunde pendentibus*. II, 382 sq. IV, 561: internoscere, verborum sententia quae *sit*. v. 877: Nunc qui *fiat* uti passus proferre *queamus* — dicam. v. 929: Sed quibus haec rebus novitas *confiat*, — expediam. Sic Lachmannus pro *conflat*. sed impressi *conflatur* et recentiores cum Lambino *confletur*. V, 131: certum ac dispositumst ubi quicquit *crescat* et *insit*. Sic etiam III, 787. V, 545. VI, 781: Deinde videre licet quam multae *sint* homini res acriter infesto sensu. Apud Nonium 394, 18 *sint* omisso. v. 1133 sqq.: nec refert utrum nos in loca deveniamus nobis adversa et caeli mutemus amictum, an caelum nobis ultro natura coortum *deferat* aut aliquid

cett. Omissa dubitandi particula dictum est III, 868: neque hilum differre ante ullo *fuerit* iam tempore natus. Similiter in IV, 1259 magni refert — crassaque *coeant* liquidis et liquida crassis.

c. Coniunctio *ut* cum coniunctivo iuncta.

α) *Ut* positum in enunciationibus obiectivis, quae exprimunt fieri aliquid, effici, prodire ex eo quod verbum regens significat. I, 20 *efficis ut* cupide generatim saecla *propagent*. v. 29 *effice ut* interea fera moenera militiai — *quiescant*. v. 70 sq. inritat — ut — cupiret. v. 192 sq.: huc *accedit, uti — nequeat*. v. 215 sq. Huc *accedit uti — dissolvat* cett. v. 753 sqq. huc *accedit utei* (ex emend. Lachmanni pro *item*) — *debeat*. VI, 1022: huc *accedit utei*, quare queat id magis esse, haec quoque res adiumento motuque *iuvetur*. Sic Lachm. pro h. acc. item — iuvatur, dicens: „Vitium in his manifestum est, simillimum ei quod erat in libro I, 753. hoc igitur eodem modo curabimus.“ I, 442: aut *erit ut possint* in eo res esse gerique. v. Lachm. v. 620: nil *erit ut distet*. II, 496: non *est ut* credere *possis*. III, 715 haut *erit ut* merito immortalis *possit* haberi. v. 725 sq. hoc tamen *est ut* quaerendum *videatur*. v. 738: nec tamen *est ut* qui perfectis *insinuetur* corporibus. IV, 688: *est* alio *ut possit* permitti longius. V, 126: quippe etenim non *est*, cum quovis corpore *ut* esse posse animi natura *putetur*. v. 146: Illud item non *est ut possis* credere. v. 317: *est* etiam quoque *uti possit* caelum omne manere in statione. v. 604: est — uti — percipiat. v. 979: non *erat ut* fieri *posset*. v. 1341: sic *fuit ut faceret*. VI, 724: *est* quoque *uti possit* magnus congestus harenae fluctibus adversis oppilare ostia contra. v. 1087 sq. est — ut — possint. II, 86 sq. fit ut — dissiliant. v. 954: *fit* quoque *uti valeant* etc. (sic Brieger.). III, 108: et retro *fit uti* contra *sit* saepe vicissim. IV, 448: fit uti videantur. Sic Marullus pro *ut r.* v. 818—820: *Fit — ut* — non *suppeditetur* — in manibus vir *uti* factus *videatur* adesse. In quadrato *vir uti* factum radendo, neque aliter Itali et Marullus, pro: in manibus virtuti factus. v. 897: his igitur rebus *fit* utrimque duabus, corporis *ut* navis velis ventoque *feratur*. Sic Muretus pro *utue*. v. 944: *fit uti* pars inde animai *eiciatur*. L. „Rectissime libri, item Antonius Marii, *fit uti*, de quo dicam ad librum VI, 1007: impressi *sicuti* vel *sic ut*.“ IV, 1218 sq.: *fit* quoque *ut* inter dum similes existere avorum *possint* et *referant*

cett. v. 1279: deteriore *fit ut* forma muliercula *ametur*. V, 635 sq. fit ut — videatur. v. 637 sq. *fit* quoque *ut* — *possit*. v. 904 sqq.: qui *fieri* potuit, triplici cum corpore *ut* una — *flaret*. VI, 116: *fit* quoque enim inter dum *ut* non tam concurrere nubes frontibus adversis *possint* quam etc. *Ut* addidit Pius ex prisca lectione. v. 137 fit — ut — perscindat. v. 164 fit uti — accipiamus. v. 169 ante *fit ut cernas*. v. 426 sqq.: *fit ut* — *descendat* — et quae cumque in eo tum *sint* deprensa tumultu navigia in summum *veniant* vexata periclum. Versu altero pro *veniunt* Lachm. *veniant*, dicens: „hoc suavius quam si in superiore versu scribamus *tum sunt*, quod fecit ante Lambinum Antonius Marii.“ v. 459 sq. fit — uti — fument. v. 552 sqq. fit — ut iactetur. v. 706 sq. fit ut — conveniat. v. 729 sq. *fit* quoque *uti* pluviae — *fiant*. v. 801 *fit uti des* saepe ruinas. Sic Marullus pro *de*. v. 846 *fit*, scilicet, *ut* coëundo *exprimat* in puteos si quem gerit ipsa calorem. L.: „Sic primus, quantum scio, Lambinus pro *in c*.“ v. 1007: *fit ut*que anulus ipse *sequatur eat*que ita corpore toto. L.: „Sic Naugerius pro *fit et qui*, recte. *fit ut* est pro uno vocabulo, sic in IV, 944 fit uti pars inde animai Eiciatur, id est *inde fit uti*. in VI, 204 Hac etiam fit uti de causa mobilis ille Devolet in terram et v. 727 Quo fit uti pacto liber minus exitus anni Et proclivis item fiat minus impetus undis.“ VI, 1042 Fit — ut — recedat. v. 1063 sq. *fit*, *impellant ut* in eam Magnesia flumine saxa. v. 1121: *fit* quoque *ut*, in nostrum cum venit denique caelum, *corrumpat reddat*que sui simile. Sic Itali pro *reddetque*. II, 788: et *inlicit ut tribuamus*. IV, 1257: usque adeo magni *refert*, *ut* semina *possint* seminibus commisceri. v. 273: multa *facit*que foris ex aedibus *ut videantur*. v. 1282: nam *facit* ipsa suis inter dum — factis — *ut* facile *insuescat* etc. V, 1032 facit ut — monstrent. v. 1049. VI, 536 fac ut — rearis. V, 64 sqq.: nunc huc rationis detulit ordo, *ut* mihi mortali consistere corpore mundum nativomque simul ratio reddunda *sit* esse. v. 849: multa videmus — rebus concurrere debere — pabula primum *ut sint*, — feminaque *ut* maribus coniungi *possit* avere, mutuaque *insinuent* inter se gaudia uterque. Sic Lachm. pro *mutua qui metuent*. v. 1015: ignis enim *curavit ut* alsia corpora frigus non ita iam *possent* caeli sub tegmine ferre. VI, 231 sq. *curat utei* vasis integris vina repente *diffugiant*. Sic Lachm. pro *curat item*. Lamb. *curat item* ut, sane *curare* cum

simplici coniunctivo dixerunt paucissimi. V, 1051. VI, 127 nubem *cogit uti fiat* spisso cava corpore circum. V, 1341 sqq. vix *adducor ut* — futurum non *quierint* animo praesentire atque videre. VI, 133: *Est* etiam *ratio*, cum verti nubila perflant, *ut* sonitus *faciant*. Sic recte libri antiqui et Veronensis editio pro *Et sonitus faciunt*, quod habet Brixiensis editio. infra versu v. 639 ratio quae sit, per fauces montis ut Aetnae Exspirent ignes.

β) *Ut* de consilio positum. I, 96 sqq. 100. II, 1007. III, 188 (uti). IV, 14 sqq.: *ut* puerorum aetas inprovida *ludificetur* labrorum tenus cett. L. „Sic corrector quadrati pro *et*. ita in I, 939." IV, 1257. V, 534. 850. 1266: *ut* sibi tela *darent*, silvasque *ut* caedere *possent*. Sic Lachm pro: ut sibi tela parent silvasque *ut* cedere possint. VI, 80.

γ) *Ut* consecutivum. I, 134: cernere *uti videamur*. v. 190: *ut* noscere *possis*. v. 196. 478. 481. 772: nil in concilio naturam *ut mutet* eorum. v. 1109: temporis *ut* puncto nil *extet* reliquiarum. II, 402. 1002: nec sic interemit mors res, *ut* materiai corpora *conficiat*. III, 254 sq.: usque adeo *ut* vitae *desit* locus atque animai *diffugiant* partes. L. „Brixiensis editio *defit* et *Diffugiunt*, quod falsum est. recte Lambinus *ut* addidit ante *vitae*." v. 347: maternis etiam membris alvoque reposta, discidium *ut nequeat* fieri. (*ut* inseruit Lachm.). v. 620: atque ita multimodis perfectis artubus esse, membrorum *ut* numquam *existat* praeposterus ordo? v. 718: *ut* nullas partis in corpore *liquerit* ex se. (sic impressi pro *et*). IV, 419. 668: *ut* prius ad sensum quae corpora conveniebant nunc non *conveniant*. *Ut* scripsit Lachmannus pro *fit*. v. 1035: ut — cruentent. Sic Naugerius pro *et* — cruentet. v. 1144: *ut* melius vigilare *sit* ante. v. 1256: *ut possent* gnatis munire senectam. V, 192: *ut non sit* mirum. v. 572. 613: aestifer *ut* tantum radiorum *exungeat* ictum. Sic Antonius Marii et Marullus pro *aestiferi utantum*. v. 1358. VI, 210. 239 sq. impete tanto — *ut possint*. v. 251. 286. 291: omnis *uti videatur*. Sic Marullus pro *ut*. v. 820: *ut* spatium caeli quadam de parte *venenet*. Sic quadratus et schedae: *veneni* oblongus a correctore. v. 832: prope *uti* locus hic *linquatur* inanis. Itali et impressi *linquatur* pro *linquitur*. v. 1065 sq. ita — ut — suppeditentur.

δ) *Ut* concessivum est II, 919. IV, 473.

d. *Coniunctivus omissa coniunctione ut* saepe ponitur post

necessest, sic I, 269 sq. 385 sq. 389 sq. 399. 624. III, 241 sq. 470: fateare necessest (sic Itali et Brixiensis editio pro *fatere*). IV, 496: ideoque *necesse est* non *possint* alios alii convincere sensus. Sic Itali pro *possunt*. V, 531. II, 173: et res per Veneris *blanditur* saecla *propagent*. Lachm.: „*blanditur* satis dure positum pro *blandiendo hortatur* sive *persuadet* et *compellit*. IV, 330: omnia per flexos aditus educta *licebit* pluribus haec speculis *rideantur* in aedibus esse. VI, 406 si *vult caveamus*.

e. *Ne* cum coniunctivo coniunctum. I, 52: *ne* mea dona tibi studio disposta fideli — *relinquas*. v. 80: *vereor, ne* forte *reuris*. v. 1224 sq. *timore, ne*quid ob admissum foede — grave *sit* solvendi tempus adultum. VI, 597 sq. metuunt — ne dissolvat. v. 604 sq. subdit — stimulum — *timoris, ne — feratur*. I, 466: *videndumst ne forte* haec per se *cogant* nos esse fateri. V, 1207 sqq. *cura — ne* quae *forte* deum nobis immensa potestas *sit*. I, 267: *ne* qua forte tamen *coeptes* diffidere dictis. v. 370: *ne* te deducere vero *possit*, — praecurrere cogor. v. 1009: ipsa modum porro sibi rerum summa parare *ne possit*, natura *tenet* (= prohibet). IV, 1234 sq.: *absterrent*, pater a gnatis *ne* dulcibus umquam *appelletur* et *ut* sterili Venere *exigat* aevom. I, 1102. 1104. II, 255: ex infinito *ne* causam causa *sequatur*. v. 888. IV, 721: laedere *ne possint*. quadratus *non possint*. v. 1145: *cavere*que *ne iniciaris*. v. 1274 sqq.: idque sua causa consuerunt scorta moveri, *ne complerentur* crebro gravidaeque *iacerent*, et simul ipsa viris Venus *ut* concinnior *esset*. V, 890 sq.: ne forte — credas. v. 1091 ne forte requiras. v. 980: diffidere, *ne* terras aeterna *teneret* nox. VI, 86 ne trepides. v. 187 *ne* tibi *sit* frudi. Adde *ne dum* I, 653 sq. Praegresso *ut* continuatur sermo per *neve* I, 1105. IV, 39. V, 81, per *neu* VI, 599.

f. *Quin* cum coniunctivo coniunctum. I, 588: nec commutatur quicquam, *quin* omnia *constent*. (sic Lachm. pro *constant*). v. 1079 sq.: nec quod inane autem est ulli subsistere debet, *quin* — *pergat*. v. 1116 sq.: nec tibi caeca nox iter eripiet, *quin* ultima naturai *perrideas*. II, 53 quid dubitas *quin* omni' *sit* haec rationi' potes as? VI, 693: ne dubites *quin* — *sit*. II, 373. III, 26: nec tellus obstat *quin* omnia *dispiciantur*. VI, 321. 1014.

g. *Cum* coniunctio cum coniunctivo iuncta. I, 519 materies — esse aeterna potest, *cum* cetera *dissolvantur*. Hoc loco dici

potest *cum* concessiva usurpatum esse significatione, sed haud scio an etiam temporalis defendi possit, quae causam habeat verbum indefinitae significationis *potest*, ut non multum haec dicta differant ab or. obliqua. Idem dici potest de *ridemur* IV, 459 sqq. campos pedibus transire *ridemur* et sonitus audire, severa silentia noctis undique *cum constent*. Etiam II, 916 sqq.: qui poterunt igitur rerum primordia dici et leti vitare vias, animalia *cum sint*, adque animalia *sint* mortalibus una eademque? (sic Lachm. ex coni., quem vide) dubium est utrum significatio sit causalis an temporalis. IV, 578 unam *cum iaceres* temporalis est significatio particulae, coniunctivus autem imperfecti iterativam habet significationem. *Cum tamen* concessivam significationem habet IV, 718. Dubium est utrum causalem an temporalem significationem habeat IV, 572: quae bene *cum videas*, rationem reddere possis etc., si temporalis est, coni. *videas* est potentialis (solltest du nun dieses richtig erkennen). Causalis significationis exempla sunt haecce. V, 736: ordine *cum possint* tam certo multa creari. Sic Lachm., ut paulo post v. 750 *cum* fieri *possint* tam certo tempore multa.

h. *Dum* coniunctio duabus significationibus cum coniunctivo a Lucretio iunctum reperitur, ut aut sit *donec* aut *dummodo*. II, 152: quo tardius ire cogitur, aërias quasi *dum direrberet* undas. Lachm.: „Lambinus pessime *quasi dum direrberat*, nam *dum* intellegendum est *donec*.“ Eodem modo V, 700. 976 dum – inferret. Significatio *dummodo* extat I, 246 et V, 1429 *dum* plebeia tamen *sit*.

i. *Quamvis* cum coni. iunctum. I, 346: praeterea *quamvis* solidae res esse *putentur*. v. 387 sq.: is porro *quamvis* circum celerantibus auris *confluat*. v. 398: *quamvis* causando multa *moveris*. v. 620 sq. II, 177: Nam *quamvis* rerum *ignorem* primordia quae sint. III, 307 sq. 874 *quamvis neget* ipse cett. IV, 155.

l. *Coniunctivus in enunciationibus relativis*. I, 106: quippe etenim quam multa tibi iam fingere possunt somnia, *quae* vitae rationes vertere *possint* fortunasque tuas omnis turbare timore! III, 234: nec calor est quisquam, *cui* non *sit* mixtus et aër. IV, 94: nec recta viarum ostia sunt, *qua contendant* exire coorta. Impressi male *contendunt*. V, 233: *quis* sua *tutentur*. v. 337: repertus nunc ego sum in patrias *qui possim* vertere voces. Apud

Lactantium, qui his versibus utitur inst. III, 16, 14 *qui possum:* sed Heusingerus in observationibus in Gothano codice *possim* extare testatur. VI, 972: qua nil est homini *quod* amariu' *frondeat* esca. Sic Lachm. pro qua nihil est homini quod marius fronde ac exscet. *Quippe ubi* quater reperitur apud Lucretium, bis cum indicativo, I, 617: *quippe ubi* dimidiae partis pars semper *habebit* dimidiam partem. IV, 434; semel cum imperf. conditionali, I, 990: *quippe ubi* materies omnis cumulata *iaceret,* semel tantum cum vero coniunctivo, V, 1158, qui fortasse antecedens *debet* causam habet.

m. *Coniunctivus in enunciationibus secundariis, quae pendent ex oratione obliqua vel aliis enunciationibus, quae habent coniunctivum.* I, 626: victus fateare necessest esse ea *quae* nullis iam praedita partibus *extent* et minima *constent* natura (*constent* pro *constant* Marullus). II, 226: quo citius rectum per inane *ferantur* (sic recte Briegerus Phil. XXIV, p. 436 cum cod. Victoriano). II, 337: sed quia non volgo paria omnibus omnia *constent.* L.: „Itali *constant.* sic infra v. 694 quadratus, oblongus *constet* super adscripto *a.* sed cum in v. 724 libri consentiant in coniunctivum, malo ubique *constent,* praesertim cum ubique oratio a coniunctivo suspensa sit." IV, 195 ubi — ferantur coniunctivus in membro ab interrogatione pendente, v. Lachm., qui addit: „simillimi sunt ii coniunctivi quos habemus in libri III versu 507 et in VI, 855." IV, 491: et quod molle *sit.* IV, 598: conloquium clausis foribus quoque saepe ubi *demus.* Sic Lachm. pro: Conloquium clausis foribus quoque saepe videmus. IV, 681. V, 293: perpetuo *ni suppeditet* lucis caput ipsum. V, 518: est etiam quoque uti possit caelum omne manere in statione, tamen cum lucida signa *ferantur.* Quadratus *ferantur.* V, 844: nec facere ut possent quicquam — nec sumere quod *foret* usus. Sic Lachm. pro *volet,* ut in IV, 831 facere, ad vitam quae foret usus. V, 1341 sqq.

Cap. XII.

De numeris et personis verbi.

1. *Numeri verbi. Singularis* verbi saepe ponitur a Lucretio, si ad complura subiecta pertinet praedicatum, sive illa omnia

in singulari posita sunt, sive mixta cum pluralibus. In qua re saepe ita verba collocata sunt, ut ne possit quidem plurali praedicati locus esse, si antecedit singularis nominis cum singulari verbi et additur deinde nomen in plurali positum ita ut idem verbum ex praegressis mente repetendum sit, aut si antecedunt nomina pluralia et sequuntur nomina in singulari posita. Exempla sunt haec. IV, 406: quibus *nixatur rita salusque*. v. 761 quem — *mors et terra potitast*. I, 68 sq.: quem neque *fana* deum nec *fulmina* nec minitanti murmure *compressit caelum*. v. 161 sq. e mare primum *homines*, e terra *posset* oriri *squamigerum genus*. v. 490 per saepta domorum *clamor it ac voces*. v. 989: nec *foret* omnino *caelum* neque *lumina* solis. III, 18: *apparet* divum *numen sedesque quietae*. v. 112 sq.: molli cum somno *dedita membra effusumque iacet* sine sensu *corpus honustum*. V, 741 sq. inde loci *sequitur calor aridus et comes una pulverulenta Ceres et etesia flabra* aquilonum. v. 1136 sq.: Ergo regibus occisis *subversa iacebat pristina maiestas* soliorum *et sceptra superba*. v. 1189: per caelum volvi quia *lux et luna videtur*. VI, 1204: huc hominis *totae vires corpusque fluebat*. v. 1282: multaque *res subita* (sic Munro) *et paupertas horrida suasit*. Attractio simul est IV, 51: quae (praegressum est rerum effigias tenuisque figuras) quasi membranae vel cortex nominitand*ast*. Addo locos, ubi recte restitutus est singularis a criticis. V, 1025: sed bona magnaque pars *servabat* foedera caste. L.: „Marullus de coniectura *servabant*, male: nam Lucretius in hoc genere plurali numero non utitur. II, 1017 multo maxima pars est Consimilis. IV, 464 pars horum maxime fallit.“ Vide tamen II, 99: *pars* etiam brevibus spatiis *vexantur* ab ictu. — II, 1031: Quaeque in se *cohibet* (caelum), palantia sidera passim. Sic Lachm. pro *cohibent*. V, 1272: nec *poterat* pariter durum sufferre laborem. Sic recte Lambinus pro *nec poterant*: alterum enim durum est. VI, 9 sqq.: nam cum vidit hic ad victum quae flagitat usus omnia iam ferme mortalibus esse parata, et, pro quam *posset*, vitam consistere tutam cett. Sic Lachm. pro *possent*. Transeo ad pluralem. Offendit numeri pluralis et generis neutri usus III, 588 sq.: corporis atque animi vivata potestas inter se *coniuncta valent* vitaque *fruuntur*. Collectiva nonnunquam cum plurali verbi coniunguntur. II, 629—633: hic *armata manus* — Dictaeos *referunt* Curetas. IV, 997 sq.:

catulorum *blanda propago — instant*. V, 854 mutuaque *insinuant* inter se gaudia *uterque*. Alia exempla pluralis numeri sunt II, 401 pertorquent. v. Lachm. III, 22: large diffuso lumine *rident*. Lachm.: „deorum sedes, non aether, lumine aetheris.“ (vulg. *ridet*). III, 65 sq.: turpis enim ferme contemptus et acris egestas semota ab dulci vita stabilique *ridentur*. L.: „Recte Lambinus *ridentur* (pro *ridetur*): nam *Semota* est neutri generis.“ IV, 395 sq. solque pari ratione manere et luna *ridentur* in statione, ea quae ferri res indicat ipsa. L.: „Quadratus *ridetur*, quod interpretum levitas patienter tolerat: debet esse *ridentur*, cum sequatur ea quae ferri res indicat ipsa.“ V, 782 *crerint* Lachm. pro *creduat* (Lamb. *tenuarit*), dicens pluralem numerum magis esse ex usu Lucretii. V, 1048 sq.: unde data est huic prima potestas, quid vellet, facere ut *scirent* animoque *viderent*. Sic Avantius optime pro *sciret* et *videret*, scilicet potestas faciendi ut scirent quid vellet.

2. *Personae verbi*. Secunda persona singularis numeri saepe generaliter ponitur pro quavis. Sic VI, 168: caedere si quem ancipiti *videas* ferro procul arboris auctum. Sic Marullus pro *videat*. Brixiensis editio *ancipiti videant*. v. 1170: nil adeo *posses* cuiquam leve tenveque membris vertere in utilitatem. Omnino male Lambinus *posset*. IV, 170 rearis. In libro VI, 251 (loco gemino) reamur. L. „nihil interest: sed vix credo poëtam hanc inaequalitatem relicturum fuisse, si carmen suum ipse edidisset.“ IV, 361 fit quasi ut ad tornum saxorum structa *tuamur* scripsit Lachmannus pro *tuantur*, quod non habet quo referatur.

V. Syntaxis adiectivi.

Cap. XIII.

a. Ad subst. *numerus* adiectivum negativum eiusdem stirpis adiungit Lucretius II, 1054: numero innumero. III, 779: innumero numero. II, 1086: *numero* magis *innumerali*, cf. Lobeck. paral. p. 230. Accusativo neutri generis *necessum* mire adiectivum addidit Lucretius II, 289 sq. sed ne mens ipsa *necessum intestinum* habeat cunctis in rebus agendis cett., v. Lachm. ad VI, 815. Duplex adiectivum substantivo appositum habes

V, 1063 magna — mollia ricta. II, 359 *crebra* revisit aliorum poetarum more (v. Synt. prisc. scr. lat. II, p. 202) adiectivum posuit ita, ut non differat ab adverbio.

b. *Genus adiectivi.* Nonnunquam adiectivi genus non ad id vocabulum accommodatum est, quo referendum erat, sed ad aliud eiusdem significationis, quod cogitatur. Sic I, 188—190: *omnia — crescentes*que genus servant. VI, 215 eas — euntis, referendum ad nubila v. 214. I, 352: Crescunt *arbusta* — quod cibus in *totas* (h. e. arbores) diffunditur. Lachm. ad IV, 933: „Id vix aliter dici potuit nec facile sentitur, cum non sit adiectum *in eas*.“ Minus offendit hoc in genere neutro, quoniam hoc genus est universale, quod omnia genera in se complecti possit. Sic I, 57 eadem — perempta spectat ad omnis — res, quod dictum est v. 56. VI, 188: quam sint *lata* magis quam sursum *extructa* quid extent, referendum ad nubibus. ib. v. 759 mactata spectat ad quadripedes v. 757. Si adiectivum pertinet ad complura substantiva eiusdem generis, concordat cum iis in genere, sic VI, 1098 sqq.: atque *ea vis* morborum *pestilitas*que aut extrinsecus — veniunt, aut ipsa saepe *coortae* de terra surgunt. Sic Lachm. pro *coorta,* scilicet ea vis omnis morborum pestilitasque. Offendit igitur quod III, 558 sq. dictum est a poeta: corporis atque animi *virata potestas* inter se *coniuncta* valent vitaque fruuntur. Loco IV, 90 sqq. recte Winckelmannus Beitr. zur Krit. des Lucr. p. 22 cum Lambino scripsit *diffusae* e rebus — intrinsecus *ortae* — *coortae,* ubi praecedunt quidem odor, fumus, vapor, sed sequitur statim atque aliae res, ad quod deinde genus participiorum, quae sequuntur, accommodatur. Sin substantiva, ad quae adiectivum refertur, diversi sunt generis, ponitur genus neutrum. II, 679: denique multa vides, quibus et *color* et *sapor* una *reddita* sunt cum odore, in privis pluraque *dona*. Lachm.: „in neutro genere non est haerendum, cum color et sapor una cum odore illis rebus *reddita* dicuntur, ut in III, 283 inter se commixta ventus et aër et calor, praesertim cum poeta in fine adiecerit *dona*.“ III, 66: *turpis* enim ferme *contemptus* et *acris egestas semota* ab dulci vita stabilique videntur. v. 136: Nunc *animum* atque *animam* dico *coniuncta* teneri. v. 705: sic *anima* atque *animus* quamvis *integra* recens in corpus eunt. v. 551 sq.: et vel uti *manus* aut *oculus nares*ne seorsum *secreta* ab

nobis nequeunt sentire. v. 920 *mens* et *corpus sopita* quiescunt. V, 114 sqq.: ne forte rearis *terras* et *solem* et *caelum, mare sidera lunam* — debere *aeterna* manere. v. 244: cum videam *membra* ac *partis consumpta* regigni. v. 248: quod *terram* atque *ignem mortalia* sumpsi esse. v. 324 sq.: si nulla fuit genitalis origo *terrarum* et *caeli* semperque *aeterna* fuere. v. 868: pacemque *secuta*. L. „Sic vere Lambinus pro *secutae*, quod suo more tuentur Wakefieldus et Forbiger.“ VI, 969: at *coria* et *carnem* mollit *durata* calore. Ad remotius duorum substantivorum relatum est genus adiectivi II, 829 sqq.: ut fit ubi in parvas partis discerpitur *aurea purpura*, poeniceusque color clarissimu' multo, filatim cum *distracta* est, dispergitur omnis. II. l. igitur *poen. col.* sunt *διὰ μέσου*. v. Lachm.

Genus neutrum adiectivi, et in singulari et in plurali, saepe ponitur pro substantivo abstracto. Sic praeter *inane* dicitur *omne* (*τὸ πᾶν*) I, 1001: *omne* quidem vero nil est quod finiat. v. 1024 per *omne*, item II, 547. 1049. V, 530: disponere causas, motibus astrorum quae possint esse per *omne*. Sic corrector quadrati et Marullus pro *per omnem*. I, 257: hinc fessae pecudes *pingui* per pabula laeta corpora deponunt. II, 893: non ex omnibus — *sensile* et extemplo me gigni dicere sensus (quadratus *sensilia*). III, 800: *mortale aeterno* iungere (sic Marullus pro *mortalem*). VI, 817: expiratque foras in *apertum* promptaque caeli. Ita quadratus et schedae: oblongus et olim impressi *in aperta*, Antonius Marii *in apertaque*. v. 1164 corporis in *summo*. Pluralis in his: II, 313: omnis enim longe nostris ab sensibus infra *primorum* natura iacet. v. 342 sq. Parturiunt genus humanum mutaeque natantes *squamigerum* pecudes: in quibus parum eleganter Nonius *Squamigerae*, v. Lachm. v. 918: adque *animalia* sint mortalibus una eademque, h. e. et cum res animatae non differant a mortalibus. VI, 698: et penetrare maris penitus *percocta* in apertum. Sic Lachm. pro mari penitus res cogit aperto.

Sectio tertia.

De enunciationibus et particulis.

Cap. XIV.

1. Commemoro primum duos locos restitutos illos a Lachmanno, III, 428, ubi disiungenda oratio est et apodosis facienda ita, Principio quoniam tenuem constare minutis Corporibus docui — *Iam* longe mobilitate Praestat, et VI, 799 sqq., ubi apodosis incipit a solio in medio quam facile fit. Deinde locutionem *quod super est,* de qua Lachmannus ad IV, 195: „Solet sic poeta *quod super est* in apodosi ponere, ut in II, 39. 491. V, 64. VI, 1000; cui par est *ergo* post *quoniam* in I, 526 et V, 260.“ De parenthesi idem ad III, 428: „Lucretius parenthesi non utitur, nisi ita ut ad illud ipsum unde orationem devertit redeat, hoc modo, Principio quoniam mittunt Corpora res multae, —: nam saepe videmus —: Quae quoniam fiunt, in libro IV, 54.“

2. *Asyndeton* frequens est apud Lucretium. Loci sunt hi: I, 567: aër. aqua, terra, vapores. v. 633 sq.: varios conexus, pondera, plagas, concursus, motus. v. 685 quorum *concursus motus ordo positura figurae* efficiunt ignis. v. 744: aëra, solem, ignem, terras, animalia, fruges. v. 808. 820 sq.: namque eadem *caelum mare terras flumina solem* constituunt, eadem *fruges arbusta animantis.* II, 118 *proelia pugnas* edere, v. Lachm. IV, 1009 idem legitur. II, 282 per membra per artus. v. 669. 726 sq. 905 visceribus nervis venis. v. 964: per viscera viva per artus. v. 1021. III, 217. 480 *clamor singultus iurgia* gliscunt. v. 1017. IV, post v. 126: terram, mare, caelum. v. 458 caelum mare flumina montis. v. 784 conventus hominum, pompam, convivia, pugnas. v. 1131 sq. eximia veste — *convivia, lychni, pocula crebra, unguenta, coronae, serta* parantur. V, 115: terras et solem et caelum, *mare sidera lumen.* v. 261: mare flumina fontes. v. 418 *solis lunai* cursus. v. 441 sq.: intervalla vias conexus pondera plagas concursus motus. v. 675 *fulmina* postremo, *nix, imbres, nubila, venti.* v. 1336.

VI, 1156: atque animi prorsum tum vires totius, omne languebat corpus. Wakefieldus inseruit *tum*, quod gravius est quam quod Itali habent et impressi: atque animi prorsum vires totius et omne. Asyndeton enunciationum est V, 1044 sq.

3. *Enunciationis secundariae* vicarium est *participium*. I, 211: Ennius aeternis exponit versibus *edens*. v. 190: *crescentes*que genus servant. v. 806: et nisi tempestas indulget tempore fausto solque sua parte fovet tribuitque colorem, imbribus et tabe nimborum *ambusta* vacillent, crescere non possint fruges cett., ad q. l. Lachm.: „omnia, inquit, imbrium frigore *ambusta* vacillent atque nutent.“ Verbi *stare* cum participio passivo coniuncti exempla affert Lachmannus ad II, 181, sed hoc loco non minus quam loco gemino V, 199 cum Pollio Philol. XXVI, p. 524 praeeunte Bergkio scribendum est tantas*t* ea *praedita* culpa. Restant loci VI, 1058: Pondere enim *fretae* partim *stant*, et I, 564: Et *finita* simul generatim tempora rebus *Stare*. I, 1082: medii cuppedine *victae*. II, 27: argento *fulgenti* auroque renidet. v. 193: sponte sua facere id sine *ri subigente* putandum est. v. 234: sed citius cedunt gravioribus *exsuperata*. v. 320: et *satiati* agni ludunt blandeque coruscant. v. 324: praeterea magnae legiones cum loca cursu camporum complent, belli simulacra *cientes*. v. 488: *transmutans* dextera laevis. v. 637: *armatei* in numerum pulsarent aeribus aera. II, 853: concoctosque suo *contractans* perdere viro. v. 1082: sic hominum *genitam* prolem (sic Marullus pro *geminam*). III, 257: hanc ob rem vitam retinemu' *valentes*. supra v. 103 et non est tamen haec pars ulla *valentis*. III, 544: pereat *dispersa* per auras. III, 694: et lapis expressus *subiens* e frugibus asper (sic Lachm. pro *subitis*). v. 702: *dispertitus* enim per caulas — disperit. v. 1064: auxilium tectis quasi ferre ardentibus *instans* (sic corrector quadrati et ceteri pro *instas*). IV, 397, v. Winckelmann, Beitr. zur Krit. des Lucr. p. 24. V, 1259: nitido *capti* levique lepore. Sic Veronensis cum Italis et Marullo pro *capiti*. VI, 129 scissa Bernays. v. 554: ut iactetur aquae tractu quoque terra *vacillans*. Sic corrector quadrati et Avantius pro *vacillus*. *Vacillat* corrector oblongi et olim impressi, *vacillet* Antonius. v. 563: inclinata meant in eandem *prodita* partem. Quadratus *prodit*. — v. 723 exoriens. v. 997: id fieri cogit natura viarum multimodis *varians*. v. 1062: in erutrasque *locata*. v. 1141: nam

penitus *veniens* Aegypti finibu' morbus — incubuit. v. 1180: quippe *patentia* cum totiens ac nuntia mortis lumina versarent oculorum. v. 1189: (sputa) per fauces raucas vix *edita* tussi. v. 1195: *inhorrescens* rictum.

4. *Collocatio verborum.* Commemoro primum locos, ubi recta collocatio verborum restituta est a criticis. II, 275: perspicuumst, v. Lachm. II, 615 genitoribus *sint inventi*, v. Lachm., qui addit: „unus tamen est versus huius libri, 309, Omnia cum rerum primordia sint in motu, in quo aut *in motu* pro uno vocabulo accipi debet aut potius scribendum est Omnia cum sint in motu primordia rerum. II, 640: armati matrem comitantur. Quadratus matrem armati comitantur. III, 249 Pius *sanguis tum* pro *tum sanguis*. III, 293: pectore tranquillo *qui fit* voltuque sereno. L. „Sic recte, ni fallor, Marullus pro *fitqui*: certe nullam inversi vocabulorum ordinis rationem video: in VI, 143 quod item fit. v. 299. 431. 1017 Hoc fit. v. 670 Id quoque enim fit. in IV, 1166 tum fit." III, 332: inter se *fiunt consorti* praedita vita. L. „Sic Marullus (pro inter se consorti fiunt praedita vitae). possis non minore cum specie veri Inter se consorti effiunt praedita vita." IV, 342 porro pariter. Quadratus *pariter porro*. IV, 741: verum ubi equi casu atque hominis convenit imago. Sic Lachm. pro: Verum ubi equi atque homines casu convenit imago. V, 51: numero divom. Divum numero apud Lactantium inst. III, 14, 4. — VI, 32: *et* quibus *e* portis. Quadratus e quibus et portis. VI, 616: praeterea *magnam sol* partem detrahit aestu. Sic Marullus pro *sol magnam*. VI, 746: est si forte lacus substratus Averni. Sic Lachm. pro si forte lacus subiratus Averni, dicens: „Lambinus, nescio unde, *Avernost*, casu nominis parum apto, sed *est* recte addito secundum consuetudinem poëtae. id vero aptius inseremus ante *si*, hoc modo, Est si forte lacus substratus Averni. ita in V, 606 Opportunus ita est si forte et idoneus aër."

Adverbia nonnulla et coniunctiones saepe a Lucretio non ab initio enunciationis, sed uno vel pluribus vocabulis praemissis ponuntur. Sic II, 7: bene *quam* munita tenere cett. IV, 181: parvus *ut* est cycni melior canor, ille gruum *quam* clamor. VI, 109: carbasus *ut* quondam magnis intenta theatris dat crepitum. v. 152: lauricomos *ut* si per montis flamma vagetur. v. 594: frigus *uti* nostros penitus *cum* venit in artus. v. 754: Graium *ut* cecinere

poëtae. v. 759: manibus *ut* si fit divis mactatu' repente. v. 765: naribus alipedes *ut* cervi saepe putantur ducere cett. v. 925: frigus *ut* a fluviis. IV, 402: vix *ut* iam credere possint. v. 1276: et simul ipsa viris Venus *ut* concinnior esset. V, 572: nil adeo *ut* possis plus aut minus addere. v. 601: ex uno capite hic *ut* profluat ardor. v. 904: qui fieri potuit, triplici cum corpore *ut* una — flaret. v. 914: trans maria alta pedum nisus *ut* ponere posset. v. 1266. VI, 251: undique *uti* tenebras omnis Acheruntа reamur liquisse. v. 267: flumina abundare *ut* facerent. v. 286: exprimere *ut* caeli videantur templa superne. v. 291: omnis *uti* videatur in imbrem vertier aether. v. 403: prope *ut* hinc teli determinet ictus. v. 639: per fauces montis *ut* Aetnae expirent ignes. v. 784: capitis faciant *ut* saepe dolores. v. 887: calidus queat *ut* fieri fons. v. 907: lapis hic *ut* ferrum ducere possit. v. 978: insatiabiliter toti *ut* volvantur ibidem. v. 1064: impellant *ut* eam Magnesia fulmine saxa. I, 4: per te *quoniam* genus omne animantum concipitur. v. 111. 265. 339. 345. 362. 569. 584. II, 378. 790. IV, 498: aequa fides *quoniam* debebit semper haberi. v. 933: aëriis *quoniam* vicinum tangitur auris. v. 1244: crassius his porro *quoniam* concretius aequo mittitur. V, 573. 796. 1131: invidia *quoniam*, ceu fulmine, summa vaporant. v. 1363. VI, 377: ancipiti *quoniam* bello turbatur. v. 625: una nocte vias *quoniam* persaepe videmus siccari. v. 932: perpetuo *quoniam* sentimus et omnia semper. Nunquam tamen post verbum ponitur *quoniam*. Itaque IV, 752 recte scripsit Lambinus nunc igitur *quoniam docui* pro *docui quoniam*, ut in III, 203 Nunc igitur quoniamst animi natura reperta. — IV, 1404: omnia *quod* nova tum magis haec et mira vigebant. VI, 206: semine *quod* nubes ipsas permulta necessust ignis habere. v. 325: nubibus ipsa *quod* omnino prius incita se vis colligit. v. 742: e regione ea *quod* loca *cum* venere volantes. — remittunt. v. 861: terra magis *quod* rara tepet etc. v. 119: aridus *unde* auris terget sonus ille. V, 1357: agricolae *donec* vitio vertere severi. VI, 120: exierunt *donec* regionibus artis. v. 160: Fulgit item, nubes ignis *cum* semina multa excussere. v. 279: ipse sua *cum* mobilitate calescit. v. 294: ardenti sonitus *cum* provolat ictu. v. 314: lapidem ferro *cum* caedimus. v. 644: fumida *cum* caeli scintillare omnia templa cernentes complebant. v. 1123: in nostrum *cum* venit denique caelum. v. 161: ceu lapidem *si* percutiat lapis. v. 167: caedere *si* quem

ancipiti videas ferro. v. 318: opportuna fuit *si* forte et idonea flammis. v. 375: in eo *si* tempore plurima fiunt fulmina. v. 1077: mare *si* totum velit eluere omnibus undis. v. 175: ventus *ubi* invasit nubem. v. 748: oppleti calidis *ubi* fumant fontibus aucti. v. 852: nox *ubi* terribili terras caligine texit. v. 998: bene *ubi* haec confirmata atque locata — constiterint. v. 1005: hoc *ubi* inanitur spatium. v. 1063: aeris *ubi* accepit quaedam corpuscula. v. 1151: inde *ubi* per fauces complerat. v. 492: undique *quandoquidem* per caulas aetheris omnis exitus — extat. v. 762: ianua *ne* Puteis Orci regionibus esse credatur. *quia* his locis: I, 169. 203. 221. 244. II, 4. IV, 1242. V, 357. 599. 636. 1189. VI, 349. 353. 841: rarescit *quia* terra calore. v. 909: Magnetum *quia* fit patriis in finibus ortu.

Tmesis invenitur apud Lucretium, si praepositio a verbo, cum quo composita est, per *que* coniunctionem separata est. I, 318 praeterque meantum. v. 452 seque gregari. v. 651 disque supatis. II, 154: sed complexa meant inter se *conque globata*. IV, 203: *perque volare* mare ac terras circumque rigare. v. 1250: inque gravescunt. Praeterea *cumque* saepe a relativis, quibus adnexum est, per tmesin dirimitur, de quo vide § 15 d.

Particulae.

5. *Adverbia loci*. *Alio*. I, 1073. IV, 1072: aut *alio* possis animi traducere motus. VI, 986: nam penetrare *alio* sonitus *alio*que saporem cernimus e sucis. L. „sic corrector oblongi recte pro *aloque*. nam nihil opus est cum Lambino *alia* scribere: primum enumerantur quae alia *alio* penetrent *ad varios sensus*, secuntur quae alia *aliunde* veniant.“ *Citro* IV, 32: volitant *ultroque citroque* per auras. — *Foras* I, 1113: hac se turba *foras* dabit omnis materiai. III, 122. 604. 608 ire *foras*. V, 906. VI, 583. 681. 1154. *Huc* I, 192: huc accedit, item v. 215. 565. II, 1077. V, 64: nunc *huc* rationis detulit ordo. VI, 483: fit quoque ut *huc* veniant in caelum extrinsecus illa corpora. v. 1204: *Huc* hominis totae vires corpusque fluebat. L.: „In alvum aut nares totae vires et quasi ipsum corpus confluebat.“ *Inferne* VI, 764: ianua ne Puteis Orci regionibus esse credatur, post hinc animas Acheruntis in oras ducere forte deos manis *inferne* reamur. Sic Lambinus pro *inferna*. *Superne* I, 496. 1105. II, 1153. IV, 439.

VI, 192: aut ubi — videbis insuper esse aliis atque urgere *superne*. Sic Lachm. pro *superna*. v. 254. 425. 597: tecta *superne* timent. metuunt *inferne* cavernas. v. 942: saxa superna sudent umore. Lachm.: „Legendum puto *superne*. alterum nescio quid adfectati habet.“ De *insuper* v. Hand. Tursell. III, p. 386: „Particula haec cum nominibus coniungitur praepositionis instar apud poetas, et quidem cum ablativo. Lucret. VI, 521: atque aliis aliae nubes nimbique rigantes *insuper* feruntur. VI, 191: ubi per magnos montis cumulata videbis *insuper esse aliis* alia. Sed in his si quis dativum intelligi malit, non deerit ei iusta causa.“ Accusativus autem est VI, 1283 sq.: namque suos consanguineos *alienа* rogorum *insuper instructa* ingenti clamore locabant. — De *interutrasque*, quod septem locis Lucretianis invenitur, v. Buecheler, Grundriss der lat. Decl. p. 32. Pollium Philol. XXVI, 295. Loci sunt II, 518. III, 306. V, 472. 476. 839. VI, 362. 1062. Altero tantum loco, III, 306, ubi Winckelmannus, Beitr. zur Krit. des Lucr. p. 17 scribit inter utrosque sitos cervos. Munro inter utrosque sitast cervos secundum Avantium, Bernaysius *secat*, dubitat Pollius, num retinendum sit *interutrasque*. *Intus* a) dicitur de loco, ubi quid est. I, 367. 536. II, 965: suis trepidant in sedibus *intus*. VI, 18. 23: taetro quasi conspurcare sapore omnia cernebat. quae cumque receperat, *intus*. Nonnunquam praepositionis instar cum abl. coniunctum est. VI, 202: rotantque cavis flammam *fornacibus intus*. v. 798: animam labefactant *sedibus intus*. v. 1169: flagrabat stomacho flamma ut *fornacibus intus*, et sic fortasse etiam IV, 1091: nam cibus atque umor membris adsumitur *intus*, nisi potius *membris* est abl. instrumenti. b) motum in locum significat (cf. Hand. Turs. III, p. 448) I, 223 aut *intus* penetret per inania. II, 711: nam sua cuique cibis ex omnibus *intus* in artus corpora discedunt. — *Introrsum* uterque codex in III, 534. *Iuxtim* IV, 501: cur ea quae fuerint *iuxtim* quadrata, procul sint visa rotunda. v. 1213: quos utriusque figurae esse video *iuxtim* miscentes vulta parentum. *Porro* I, 184. 194. 254. 325. 379. 387. 483. 529. 577. 651. 690. 960. 1008. II, 295. 668. 670. III, 23: omnia suppeditat *porro* natura. v. 166. III, 359. 495. IV, 299. 645. 649. 788. 805. 1011. 1244. V, 156. 181. 204. 370. 833. 1039 alituum *porro* genus alis omne videmus fidere. Sic recte Marullus pro *proporro*.

v. 1278. VI, 46. 150. 352. 404. 684. 1185. De coniunctione *tum porro* v. supra c. III. B. I. *Proporro* apud unum Lucretium invenitur (v. Hand. Tursell. IV, p. 608). Sic V, 312, ad q. l. Lachm.: „*proporro*, quod est *retro* (Handius enim in Tursellini tomo IV, p. 608 mire fallitur), et retro spectare potest et ad succedentia." II, 137: ipsaque *proporro* paulo maiora lacessunt. Sic Lachm., quem vide. v. 979: sibi *proporro* quae sint primordia quaerunt. III, 275: anima est animae *proporro* totius ipsa. v. 281: *proporro*st anima et dominatur corpore toto. IV, 890: inde ea *proporro* corpus ferit. *Procul* I, 812: adiutamur enim *dubio procul*. II, 1111: altaque tecta tolleret a terris *procul*. IV, 253: *procul* — remota. IV, 856. V, 107. 122. 406. VI, 1217 *procul* apsiliebat. *Retro* I, 766: qui magis illa queunt rerum primordia dici quam contra res illorum *retro*que putari? v. 785. I, 944 = IV, 19. I, 1059: in terraque *retro* requiescere posta. II, 130. III, 108 et *retro* fit uti contra sit saepe vicissim. IV, 323. 328. 334 *retro rursum* redit. Sic oblongus, *retrorsum* quadratus et corrector oblongi. IV, 913. V, 269: *retro*que remanat. v. 710. 725. *Rursum (rursus)* I, 57. 215. 308. 660. 723. 725. 764. IV, 333: rusum. VI, 48, v. Lachm., qui dicit: „Sententia debet esse huius modi, 'et quoniam *rursus* novae tempestates instant'." VI, 62. — *Sursum (sursus)*. I, 1058: *sursum* nitier. II, 186: nullam rem posse sua vi corpoream *sursum* ferri *sursum*que meare. v. 188: *sursus* enim *versus* gignuntur. Lachm. ad VI, 527: „in II, 189 est sursum nitidae fruges arbustaque crescunt. in II, 188 fruges arbustaque *sursus versus gignuntur et augmina summit:* scilicet tota res sursum versus procedit, origo et auctus." IV, 441. V, 465 sursum. VI, 468. 478. 718 sursus. v. 889 sursum. — *Ubi* a) dicitur de loco, I, 171. 242: quippe, *ubi* nulla forent aeterno corpore. b) Plurimis tamen locis de tempore, ubi respondent ei nonnunquam particulae demonstrativae *ibi, tum*. I, 156: *ubi* viderimus. v. 182. 250: *ubi* eos pater aether — praecipitavit. III, 798: corpus *ubi* interiit. IV, 598: conloquium clausis foribus quoque saepe *ubi* demus. Sic Lachm. pro: Conloquium clausis foribus quoque saepe videmus. V, 100: ut fit *ubi* insolitam rem adportes auribus ante. Oblongus *ibi*. v. 1068. 1076: et fremitum patulis *ubi* naribus edit ad arma. Sic Lachm. pro *sub*. VI, 128. 140. 145. 149. 175. 191. 274 ubi — ibi. v. 281 ubi — tum. v. 327.

431. 446. 451. 517. 524 ubi — tum. v. 545. 550: nec minus exultant, et *ubi* lapi' cumque viai ferratos utrimque rotarum succutit orbes. Sic Lachm. v. 552. 672. 685. 686. 736. c) Cognatum est, si fere significationem accipit particulae conditionalis *si*, I, 167. VI, 791. d) Nonnunquam vix temporis significationem *ubi* habere dicere possis, sed est: si ita res se habet, ut I, 617. — *Ibi* a) dicitur de loco. I, 1072. 1091: se *ibi* conligat. II, 325: fulgor *ibi* ad caelum se tollit. b) de tempore III, 128: His *ibi* me rebus quaedam divina voluptas percipit. (Sic Gronovius et Wakefieldus pro *ubi*). IV, 148 (v. 147 antecedit *ubi*). v. 167 recte scripsit Munro *ibi*. VI, 17 antecedit *cum*, item v. 733. VI, 139. 277 (antecedit *ubi*). De *ibidem* v. Hand. Tursell. III, p. 169 sq., qui affert ex Lucretio haec exempla: III, 1080. VI, 793. 175. 125, quibus adde VI, 1234.

6. *Adverbia temporis*. *Adhuc* V, 378. 1027. *Denique* I, 17. 76. 199. 238. 278. 305. 358. 551. 584. 628. 763. 915. 981: quid telo *denique* fiat. II, 251. 973. III, 59. 759. 1039. 1076. IV, 420. 513. 783. 840 et — denique. v. 1105. V, 26. 34. 232. 306. 311. 318. 335. 380. 434. 541. 559. 731. 858. 901: *Denique* flamma quidem cett. Sic Lachmannus. v. 948. 1059. 1073. 1236. 1277. VI, 65. 156. 340. 400. 502. 733. 799. *Iam* I, 102. 157. 315. 396: nec. si *iam* posset. v. 550: nec ratione queunt alia servata per aevom ex infinito *iam* tempore res reparare. v. 552. 584. 613: neque deminui *iam* (sic pro *tam* corrector oblongi). III, 428: Principio quoniam tenuem constare minutis corporibus docui, — *iam* longe mobilitate praestat. (sic Lachm. pro *nam*). v. 738: nec tamen est ut *iam* perfectis insinuentur corporibus (sic Lambinus pro *quicum*). v. 868. 894: *Iam iam* non domus accipiet te laeta. v. 915. 1001. V, 632. 679. 711 propius *iam*. Sic Itali et Marullus pro *tam*. v. 1026 et v. 1037 iam tum. v. 1066. 1442: *Iam* mare velivolis florebat puppibus. Sic Lachm. pro *tum*. v. 1440. 1442. 1443. VI, 8. 10. 79. 497. 1271. *Interea* I, 29. IV, 1123. VI, 59. V, 1410 *interea* est nihilo minus, ut in III, 1020 et in l. V v. 83, item v. 394, ubi olim impressi habent *in terra* (L.). *Numquam* I, 473. 1019. II, 775. VI, 400. 412. Verbo postpositum est IV, 1205: quod facerent *numquam*. *Saepe* I, 318. II, 352. 778. 877. VI, 223: praeterea *saepe* accendunt quoque tecta domorum. Sic Vossius et Wakefieldus pro *se*. VI, 489.

714. 911. *Persaepe* legitur I, 404 et VI, 256. *Semper* I, 124: *semper* florentis Homeri. v. 332. II, 252: et vetere exoritur *semper* novus. V, 430: magnarum rerum fiunt exordia *semper*. *Semper* ex libro secundo adsumpsit Lachmannus pro *saepe*, h. e. quotiens ita elementa ad mundum efficiendum conveniunt; non *saepe*, quia id quam saepe factum sit non quaeritur, sed in uno quoque illorum Epicuri mundorum fieri debet. VI, 1170 sqq.: nil adeo posses cuiquam leve tenveque membris vertere in utilitatem, at ventum et frigora *semper*. in fluvios *partim* gelidos ardentia membra dabant. L. „Lambinus omnino male *posset*, cum non intellegeret haec verba at ventum et frigora semper necessaria esse ad Thucydidium χψυχοί, μηδ' ἄλλο τι ἢ ψυχοὶ ἀνέχεσθαι. alioquin *semper* et *partim* inter se non coëunt. sed omnes pariter frigora semper quaerebant, partim membra in undas dabant." v. 1279. *Simul* I, 114. 563. 1088. II, 155. IV, 1276. V, 243: et nativa *simul*. v. 743. 825. 866. VI, 185. 276. 313. 476. 498. 583. 692. 955: Morbida visque *simul*, cum extrinsecus insinuatur. L. „Wakefieldus ridiculus est, qui *simul* ita capit quasi *item* scriptum sit." I, 10 simul ac. *Simul* coniunctio est pro *simul ac* posita I, 87 et 89. *Totiens* VI, 1180: quippe patentia cum *totiens* ac nuntia mortis lumina versarent oculorum. Lambinus, ne commemorata quidem membranarum scriptura, totas ardentia nocteis.

7. *Alia adverbia*. *Age*. I, 265 Nunc *age*, item II, 62. 333. III, 962: aequo animoque, *age dum*, dignis concede: necessest. *Cur* relativum est V, 730, interrogativum hisce locis. I, 174. 199. 358. II, 820. III, 482: *cur* ea sunt. V, 731. 753. 759. 762. 769. 1043. VI, 390. 396. 398. 399. 400. 407. 409. 410. 417. 421. III, 476: denique *cor*, hominem cum vini vis penetravit cett. L.: „Corrector quadrati et Marullus *cur:* verissime: sed ab eo non differt *cor*, hoc est *quor*, quem ad modum *com* pro *quom* scribi vidimus libro I, 1077." *Fere* V, 1414. VI, 683: primum totius subcava montis est natura, *fere* silicum suffulta cavernis. De *forsitan* v. Lachm. ad V, 610: „Non solet Lucretius ad *Forsitan* adiungere *etiam*, nedum *et*, quo illius loco numquam usus est: in VI, 346 Forsitan ex ipso. in eodem v. 735 Forsitan Aethiopum. itaque hic potius scribendum est Forsitan *e* rosea sol alte lampade lucens." Recte tamen cum codd. Bernays scripsit *et rosea* (Philol. vol. XXVI, sect. 2 p. 295). *Frustra*

VI, 33: et genus humanum *frustra* plerumque probavit volvere curarum tristis in pectore fluctus. *Ideo* V, 457. VI, 270. 328. 699. Coniungitur cum enunciatione per *ut* finale expressa IV, 827. 834, saepissime tamen cum coniunctionibus causalibus *quod, quia,* in quam rem affert Handius Tursell. III, p. 180 ex Lucretio III, 819. V, 356 sq., quibus exemplis adde haecce: I, 814 sqq.: *quia* multa modis communia multis multarum rerum in rebus primordia mixta sunt. *ideo* variis variae res rebus aluntur. v. 1054. 1089. IV, 91. 762. V, 697. 1179 sq. (ideo — quod). VI, 788: haec *ideo* terris ex omnia surgunt. *Iterum* IV, 284: continuo a nobis *iterum* quae fertur imago. Sic Lachmannus pro *in eum*. *Modo* de tempore dictum IV, 168: *modo* cum fuerit liquidissima caeli tempestas. — *Partim* III, 78: intereunt *partim* statuarum et nominis ergo. IV, 959: fit ratione eadem coniectus *partim* animai. Sic Lachmannus pro *parte anima,* ut v. 918. IV, 1240. V, 840: orba pedum *partim*. v. 1310. VI, 1059: et partim, quod etiam legitur in IV, 57. 918, in V, 952. VI, 1171 sq.: nil adeo posses cuiquam leve tenveque membris vertere in utilitatem, at ventum et frigora semper, in fluvios *partim* gelidos ardentia morbo membra dabant, v. Lachm. Duplicatur in binis membris. Sic V, 266. 268 et VI, 20. 22 legitur partim quod — partim quod. Pro altero *partim* dictum est *pars* II, 98 sq.: sed magis adsiduo varioque exercita motu *partim* intervallis magnis confulta resultant, *pars etiam* brevibus spatiis vexantur ab ictu. — *Postremo* I, 208. 250. 322. 384. II, 371, v. Lachm. ad v. 342. V, 675: fulmina *postremo* cett. *Praesertim* VI, 60. Coniungitur cum coniunctione *cum*, modo ut haec sequatur, ut I, 138 *praesertim cum* sit agendum. II, 32: *praesertim cum* tempestas adridet cett. v. 315. V, 1395, modo ut antecedat, ut II, 1058 cum praesertim, item IV, 786. In hac altera collocatione si vocabulum interponitur, *praesertim* non spectat ad *cum*, sed ad alterutrum eorum vocabulorum, quibus propinquum est. Sic II, 54: omnis *cum* in tenebris *praesertim* vita laboret. V, 52 cum — praesertim. *Presto (praesto).* II, 1065: cum locus est *presto*. IV, 1061 *presto* — sunt. V, 1412 quod adest *presto,* cf. Hand. Tursell. IV, p. 538. VI, 1242 qui fuerant autem *praesto*. — *Praeterea* I, 120. 174. 225. 269. 346. 400. 511, ubi *principio* antecedit. v. 615. 701. 1083. II, 109. 323. 367. 388. 784. 795. 817. 963. 1067. 1157.

III, 1089. IV, 90. 123. 528. 765, ubi quadratus habet *propterea*. v. 804. V, 76. 218. 257. 351. 550. 1183. 1218. VI, 102. 223. 256. 406. 470. 476. 513. 557. 588. 616, ubi sequitur *tum porro*. v. 627. 694. 797. 991. vide etiam Hand. Tursell. IV, p. 546 sq. — *Propterea* IV, 867. V, 117. 427. 539. 635. 699. 704. VI, 374. Coniungitur cum coniunctione causali *quod*, II, 760. V, 1172 propterea quod. Cum *quia* IV, 186 propterea quia, item v. 1220. V, 558. 920. VI, 97. 462. III, 170 propterea quia. VI, 883 sqq.: *quia* sunt in aqua permulta vaporis semina, de terraque necessest funditus ipsa ignis corpora exspirare foras exireque in auras, non ita multa tamen, calidus queat ut fieri fons, *propterea* dispersa foras erumpere cogit vis per aquam subito. Sic Lachm. pro *preterea*, dicens: „*Propterea* iungatur prioribus, nulla in his nova causa.“ *Prorsum* I, 748. 1005. 1092. III, 273. 1087. V, 1264. VI, 528. 1156. III, 44 nec *prosum* quicquam nostrae rationis egere. L.: „Ita quadratus: oblongus *prorsum*. versu v. 514 *prorsum* idem oblongus a correctore. *introsum* uterque in III, 534, item *rusum* in III, 1001. IV, 333. V, 749. *susum* in his libris scriptum non legi. ceterum hac scribendi ratione, qua *r* littera post vocalem longam eliditur, nihil vulgatius est.“ *Quidem* I, 1001: omne *quidem* vero nil est quod finiat extra. III, 1078: certa *quidem* finis vitae mortalibus adstat (sic Lambinus pro *certe equidem finis*). IV, 853: *illa quidem* seorsum sunt omnia. V, 901. VI, 80 cum pron. relativo coniunctum: *quam quidem* etc. De adverbio *quin* v. Lachm. ad I, 588: „Lucretius *quin* cum indicativo non iungit, nisi ut eam coniunctionem quae est *etiam* addat, aut certe id pronomen quod prope idem significat, id est *ipse*. hoc semel usus est in libro II, 799. Lumine *quin ipso* mutatur (sic oblongus, quadratus, schedae). quin potius constituas per interrogationem in libro I, 798.“ *Quin etiam* ab initio orationis legitur I, 311. 823. IV, 710 (corrector oblongi *Quin etiam* pro *Quum etiam*. Quadratus *Qur etiam*). VI, 209: *quin etiam* solis de lumine multa necessest concipere. Sic Lachm. pro *quippe enim.*, nubes cum natura sua semina ignis continent, tum alia a lumine solis concipiunt.' Mediae orationi insertum est I, 731: carmina *quin etiam* divini pectoris eius vociferantur. — *Scilicet* I, 377: *scilicet*, id falsa totum ratione receptumst. v. 439. 667. 809. 888. 901. II, 132: *scilicet*, hic a principiis est omnibus

error. v. 921. III, 641. 765. 1068. IV, 254. 792. 848. 1126. V, 405. 875. VI, 135. 185. 674. 732. 788. 1040. II, 809: *Scire licet*, sine eo fieri non posse putandumst, v. Lachm., qui affert IV, 773: *Scilicet* id fieri celeri ratione putandumst. „Restat tamen, inquit, ut deliberetur, potueritne hic semel Lucretius *scire licet* absolute ponere, cum contra consuetudinem suam semel *scilicet* cum infinitivo coniunxerit, in II, 469 Scilicet esse globosa, et in I, 210 Esse videlicet in terris primordia rerum." *Παρέθεσις* insertum est *videlicet* I, 835. *Usque* I, 352: in totas *usque* ab radicibus. v. 553: iam corpora materiai *usque* redacta forent. v. 755 ex emend. Lachmanni pro *atqui*. II, 515: denique ab ignibus ad gelidas iter *usque* pruinas finitumst retroque pari ratione remensumst. III, 586: foras manante anima *usque* per artus cett. IV, 374: e regione eadem nos *usque* secuta. V, 640: brumalis *usque* ad flexus. Additur etiam v. *eo, adeo, quo*, v. supra cap. III, C, 1, 2.

8. *Adverbia (et coniunctiones) negativa.* Antiquissimae et simplicissimae formae negationis sunt *ne* et *ni*. *Ne* invenitur apud Lucretium in coniunctione *dum modo ne* III, 410, item in *ne dum*, de quo vide c. XI, 3, e. *Ni* in *ni mirum*, quod extat I, 277. 365. 368. 561. 592. 601. 668. 992. II, 95: sed quoniam constat. *ni mirum*, nulla quies est reddita corporibus. v. 161. III, 978: Atque ea, *ni mirum* etc. IV, 662: aspera, *ni mirum*, penetrat hamataque fauces. Sic Itali et Brixiensis editio pro *asper animorum*. Handius in Tursellino IV, p. 205: „Etiam simpliciter addit affirmationem, cui subiungitur expositio caussae. Lucretius in afferendis caussis saepissime usurpat verba *nimirum quia*, quae significant *sine dubio, certe*. III, 194: haeret enim inter se magis omnis materiai Copia, *ni mirum, quia* non tam levibus extat Corporibus. III, 226. 492. 566. IV, 370. 599. VI, 232 [*quia, ni mirum* etc.]." His exemplis adde I, 814. II, 939. VI, 311. 662. Potuisset eodem iure commemorare Handius *ni mirum — quod*, quod invenitur II, 889, item *ni mirum — quoniam*. I, 524: aiternis igitur, *ni mirum*, corpus inani distinctum *quoniam* nec plenum naviter extat cett. Transeo ad *non* adverbium. Restitutum id est in editione Brixiensi pro *nos* IV, 818: Fit quoque ut inter dum *non* suppeditetur imago eiusdem generis. Coniunctionis *non qui* Pollius Philol. XXVI, p. 528 haec exempla affert: I, 751. III, 554. IV, 1161. 1166. Coniungitur cum adiectivis,

ita ut eorum notionem tollat. I, 1075: per medium, per *non medium*. III, 873: *non* sincerum. IV, 1190: et, si bello animost et *non odiosa*. V, 684 in partis *non aequas* dividit orbem. VI, 306: *non alia* longe ratione. Item cum substantivis per hyphen. II, 930: scire licet gigni posse ex *non sensibu'* sensus. Ad adverbia quod attinet, *non numquam* legitur II, 789 et VI, 1257. *non tamen* II, 371. Verbum ex antecedentibus repetendum est VI, 1075 sqq.: dirimi qui *non queat usquam*; *non*, mare si totum velit eluere omnibus undis. Eodem modo repetitum est *non* V, 232: *non* armis opus est, *non* moenibus altis. Collocatio negationis *non* offendit II, 790: ex albis quoniam *non* alba creantur, nec quae nigra eluent de nigris, sed variis ex, ubi *non* proprie ante *ex albis* ponendum fuit. In comparatione duarum rerum dicitur simpliciter V, 50 expulerit dictis, *non* armis; non tam — quam I, 343. *Non* — *sed* legitur I, 147 sq., item v. 1083 sq. *non* omnia corpora — *sed; non quia* — *sed* II, 3; *non ut* — *sed* I, 96 sqq. *Et non* III, 103: *et non* est tamen haec pars ulla valentis. v. 936: *et non* omnia — commoda perfluxere. Denique in interrogatione *non* reperitur II, 209: *non* cadere in terram stellas et sidera cernis? V, 306—315. 1073. 1222. 1229. VI, 1078: denique *non* auro res aurum copulat una? Oblongus *non* omittit. Antiqua forma negationis *noenu* invenitur III, 199: at contra lapidum conlectum ipse Eurus movere *noenu* potest, ad q. l. v. Lachm., item IV, 712: *noenu* queunt rabidi contra constare leones. — *Vix* legitur V, 149: animi *vix* mente videtur. v. 1038: *vix* etiam cum sunt dentes unguesque creati. VI, 1199: quorum siquis *vix* vitarat funera leti. Sic Lachm. pro *ut est*. — *Haut (haud)*. I, 237: *haut* igitur possunt ad nilum quaeque reverti. v. 248: *haud* igitur redit ad nilum res ulla. v. 262 *haud* igitur penitus pereunt quae cumque videntur. v. 338. 348. 357: *haud ulla* fieri ratione videres. v. 388. 789. 1081 *haud* igitur possunt tali ratione teneri res in concilium medii cuppedine victae. II, 233: corpus aquae naturaque tenvis aëris *haut* possunt aeque rem quamque morari. v. 423: omnis — figura *haut* sine principiali aliquo levore creatast. v. 972: *haut* igitur debent esse ullo praedita sensu. III, 330: extrahere *haut* facile est. L. „In utroque Vossiano factum *haut* [pro *aut*]. ita quadratus *aut* II, 747. 750. III, 1069. V, 552, idem *Aut* III, 330. 682. 840.“ III, 571: aëris haut

possunt post mortem ejecta moveri (sic oblongus prima manu). v. 633: *Haud* igitur per se possunt sentire neque esse (sc. animae). v. 715: quod si linguntur et insunt, *haut* erit ut merito inmortalis possit haberi. (v. Hand. Tursell. III, p. 29 sq.). v. 737 *haut* igitur faciunt animae sibi corpora et artus. v. 840 haud — quicquam. v. 1057. IV, 482: *haud* igitur potuere utendi crescere causa. V, 279. 373: *haut* igitur leti praeclusa est ianua caelo. v. 533: praecipere *haut* quaquamst etc. v. 844 *haut* quaquam. v. 1180 *haut* quemquam. VI, 489 *haut* igitur mirumst.

Nec, neque. a) *Nec* gravioris negationis est vocabulum, cum maiori vi pro *non* positum (v. Hand. Tursell. IV, p. 96). III, 959 nec opinanti et V, 1320 et VI, 408 nec opinantis. V, 777 autem est neque opinantis.

b) *Nec* et *neque* particulae adiungunt negativam sententiam superiori sive enunciationi sive parti enunciationis, ita ut copulandi particula in iis insit et dicantur pro *et non*. Sed non una tantum sententia negativa sic priori affirmativae addi potest, sed plures continuari possunt per *nec* et *neque*. I, 21 sqq. quae quoniam — gubernas, *nec* sine te quicquam dias in luminis oras exoritur *neque* fit laetum *neque* amabile quicquam. H. l. ultimum *neque* non est ἐκ παραλλήλου positum praegressis *nec* et *neque*, sed coniungit amabile cum laetum. v. 93. 136: *Nec* me animi fallit. v. 165. 184. 194. 216: dissolvat natura *neque* ad nilum interemat res. v. 270: quae corpora tute necessest confiteare esse in rebus *nec* posse videri. v. 263: *nec* ullam rem gigni patitur. v. 280: *nec* ratione fluunt alia cett. v. 285. 332. 394 sqq.: et repletur item vacuum — *nec* tali ratione potest denserier aër. *nec*, si iam posset, sine inani posset. v. 513. 549: *nec* ratione queunt alia — res reparare. v. 618. 690 neque. v. 1013 sqq.: simplice natura pateat — *nec* mare *nec* tellus *neque* caeli lucida templa *nec* mortale genus *nec* divum corpora sancta — possunt horai sistere tempus. v. 1062: *neque* posse e terris in loca caeli recidere etc. v. 1071 *neque* omnino, si iam medium sit cett. v. 1077. 1092. II, 23: gratius inter dum *neque* natura ipsa requirit, ubi *neque* non ab initio orationis, sed post nonnulla demum vocabula positum est. v. 34: *nec* calidae citius decedunt corpore febres. v. 253. 350. 361. 840. 984. III, 23: omnia suppeditat porro natura, *neque* ulla res animi pacem delibat tempore in ullo. v. 26 *nec* tellus

obstat etc. v. 761 sq.: quaeram cur e sapienti stulta queat fieri, *nec* prudens sit puer ullus, *nec* tam doctus equae pullus quam fortis equi vis? (pro altero *nec* prima manu oblongus *Ne*). v. 985: *nec* quod sub magno scrutentur pectore quicquam possunt reperire. (*Ne* prima manu oblongus). IV, 226 sqq.: in cunctas dimittitur — partis, *nec* mora *nec* requies inter datur ulla fluendi. H. l. prius *nec* adiungit haec enunciationi superiori, alterum *nec* coniungit vocem requies cum mora. v. 615: *Nec*, qui sentimus sucum, lingua atque palatum plusculum habent in se rationis. Sic recte Marullus *Nec* pro *Hoc*. v. 1066. 1073. 1078 *nec* constat. v. 1102. 1103. 1192. 1197. 1233. 1268. 1278. V, 58. 61. 97. 102. 130. 160. 163. 180. 229. 231. 249. 292. 299. 314. 328. 331. 348. 353. 358. 361 sq. 385. 502. 564: *Nec* nimio solis maior rota *nec* minor ardor esse potest etc., ubi prius *nec* adiungit hanc sententiam prioribus, ut sit idem quod *et non*, alterum *nec* secundam sententiam adnectit priori. v. 614. 672. 698. 719. 830. 846 sqq.: absterruit — *nec* potuere tangere — *nec* reperire — *nec* iungi. v. 856. 928 sqq. validis aptum per viscera nervis, *nec* facile ex aestu *nec* frigore quod caperetur, *nec* novitate cibi *nec* labi corporis ulla. v. 932 sqq.: vitam tractabant more ferarum *nec* robustus erat — moderator aratri — *nec* scibat ferro molirier arva *nec* nova defodere in terram virgulta *neque* — arboribus — decidere — ramos. v. 953: nec dum — neque. v. 958 sq. 972. 988. 1004. 1027. 1052. 1054. 1135 .... nec — neque. v. 1154. 1185. 1198—1202: *nec* pietas ullast velatum saepe videri vertier ad lapidem — *nec* procumbere humi prostratum — *nec* aras — spargere — *nec* votis nectere vota. (Apud Lactantium instit. II, 3, 11 *Et* procumbere). v. 1272. 1316. 1337. 1352. 1409. 1422. 1445. VI, 74 sqq. constitues — *nec* — adibis, *nec* — valebis. v. 130 *nec* mirum. v. 154. 245. 266. 315. 319. 331. 361. 375. 399. 550. 569: *neque* ab exitio possit reprehendere euntis. v. 652. 1177 nec. v. 1214.

c) *Neque* dicitur pro *ne — quidem* III, 730: at *neque* cur faciant ipsae quareve laborent dicere suppeditat. VI, 1214. Non recte igitur Lachmannus ad I, 830 negat hoc Lucretii orationi convenire.

d) De *neque autem* v. Hand. Tursell. I, p. 585: „Rarior forma [quam *neque vero*] est *neque autem* [in continuata et

adscendente negatione]. – Formula *neque autem* non usurpatur a bonis quidem scriptoribus nisi praecedente altero *neque* aut alia negatione ita, ut oppositio ex altera parte crescat." Exempla sunt I, 857: at *neque* recciderе ad nilum res posse *neque autem* crescere de nilo testor res ante probatas. v. 1079 *nec* quod inane *autemst* etc. III, 560 sq. nec — nec autem. IV, 152: nam *neque*, uti vestem, potis est transire, *neque autem* scindi (sic veteres et Itali: impressi omnes *neque ante*). V, 364 sqq.: *neque* — *nec tamen* est ut inane, *neque autem* corpora desunt. VI, 102 sq.: praeterea *neque* tam condenso corpore nubes esse queunt quam sunt lapides ac tigna, *neque autem* tam tenues quam sunt nebulae fumique volantes. v. 779: *nec* sunt multa parum tactu vitanda *neque autem* aspectu fugienda saporeque tristia quae sint.

e) *Neque enim* II, 87. III, 731. IV, 883. V, 315. 377. 1119. VI, 263. 641. 99 nec — enim.

f) *Nec tamen* I, 299. 329. 745. 843. II, 201. III, 738. IV, 898. V, 101. 366. 666. 1024. VI, 14: *nec* minus — *tamen*. v. 1219.

g) Ad disiunctivam formam orationis quod attinet, primum antecedere potest alia negatio, quam deinde sequitur membrum per *nec* sive *neque* adnexum. I, 147: non — neque. v. 265 sq. res quoniam docui *non* posse creari de nilo *neque item* genitas ad nil revocari. v. 299 sqq. 324 sqq. nulla - nec - nec. II, 24—28: non — nec — nec. v. 37 sq. nil — neque — nec. v. 51 sq. 60 non — neque. v. 294 sq. 791: ex albis quoniam *non* alba creantur, *nec* quae nigra cluent de nigris. v. 1153 sqq. *haud* — *nec* mare *nec* fluctus plangentis saxa crearunt. H. l. prius *nec* coniungit hanc enunciationem priori, alterum *nec* coniungit fluctus cum mare. III, 633 haud — neque. v. 852 sq. et nunc *nil* ad nos de nobis attinet, ante qui fuimus, *neque* iam de illis nos adficit angor, ubi vide Lachm. de *neque* et *nec*. v. 1110 sq. V, 128—130: non — neque — nec — neque. v. 132 sq.: nequit — neque, ubi ad alterum membrum *potest* ex *nequit* est eliciendum. v. 306—310: non — non — non — nec — neque. v. 370. 373 sq. haut — nec — neque. v. 444 sq. non — nec. v. 539: propterea *non* est oneri *neque* deprimit auras. v. 540 sq. *nulla* sunt pondere — *nec* — *nec*. v. 890 sq. *ne* forte ex homine et veterino semine quorum conficeri credas centauros posse *neque* esse. v. 979 sq.

999 sq. non — nec. VI, 40 non — nec. v. 107: nequirent nec (ubi *possent* ex *nequirent* in altero membro est eliciendum). v. 222: ignis enim sunt haec *non* venti signa *neque* imbris. v. 247 sq. nulla — nec.

h) *Nec* et *neque* in disiunctione bis aut saepius ponuntur. I, 41 sq.: nam *neque* nos agere hoc patriai tempore iniquo possumus aequo animo *nec* Memmi clara propago talibus in rebus communi desse saluti. v. 68: quem *neque* fana deum *nec* fulmina *nec* minitanti murmure compressit caelum. v. 122: quo *neque* permaneant animae *neque* corpora nostra. v. 307 sq.: neque — nec. v. 528—530: neque — nec — nec. v. 532—535: *neque* — *nec* — *nec* — *nec* capere umorem *neque* item manabile frigus *nec* penetralem ignem. v. 613 neque — neque. II, 49 sqq.: *nec* metuunt sonitus armorum *nec* fera tela, audacter*que* ... versantur, *neque* fulgorem reverentur ab auro *nec* clarum vestis splendorem cett. v. 296 neque — neque, item v. 304 sq. 651: *nec* bene promeritis capitur *neque* tangitur ira. v. Lachm. III, 19 sqq.: quas *neque* concutiunt venti *nec* nubila nimbis aspergunt *neque* nix acri concreta pruina cana cadens violat semper*que* innubilus aether integit, et large diffuso lumine rident. v. 467 neque — nec. v. 631 sq. at *neque* sorsum oculi *neque* nares *nec* manus ipsa esse potest animae, *neque* sorsum lingua *neque* aures. v. 686 sq. neque — nec, item v. 688—695. IV, 1217: et *neque* utrum superavit eorum *nec* superatumst. V, 36 neque — nec. v. 419 et 421: neque — nec. v. 432 sqq.: Hic *neque* tum solis rota cerni lumine largo altivolans poterat *nec* magni sidera mundi *nec* mare *nec* caelum *nec* denique terra *neque* aër *nec* similis nostris rebus res ulla videri. v. 473 sq. neque — nec, item v. 474 sq. 493 sq. 793 sq. 818 sq.: at novitas mundi *nec* frigora dura ciebat *nec* nimios aestus *nec* magnis viribus auras. v. 843 sq. nec — nec — nec — nec. v. 871 nec — nec. v. 878 neque — nec. v. 895 sqq. neque — nec — neque — nec — nec — neque. v. 953. 958 sq. 1020 *nec* laedere *nec* violari. VI, 708 sqq. nam *neque* eum ferro *nec* frigore vincere possis interiisse *neque* a morbo *neque* forte veneno. Sic Itali pro *nam que eum*. v. 1219 sq.: *nec lumen* omnino temere illis solibus ulla comparebat avis. *nec* tristia saecla ferarum exeibant silvis. Sic Brixiensis editor pro *nectia saecla*.

9. *Coniunctiones copulativae*.

a. *Et* α) coniungit singula vocabula inter se et partes enunciationis, quod si fit, etiam bis positum invenitur. I, 55. 59. 114. 126. 139: propter egestatem linguae *et* rerum novitatem. v. 140: tua virtus *et* sperata voluptas. v. 142 suadet *et* inducit. v. 143: dictis quibus *et* quo carmine. v. 162. 171: materies ubi inest cuiusque *et* corpora prima. v. 178: dum tempestates adsunt *et* vivida tellus tuto res teneras effert in luminis oras? v. 209. 220: discidium parere *et* nexus exsolvere. v. 296 factis *et* moribus. v. 304: tangere enim *et* tangi, nisi corpus, nulla potest res. Gellius Att. noct. V, 15 scripsit *aut tangi*. v. 332 sq. dubitare *et* quaerere semper de summa rerum *et* nostris diffidere dictis. v. 349. 351: crescunt arbusta *et* fetus in tempore fundunt. v. 354: inter saepta meant voces *et* clausa domorum transvolitant. v. 367. 373. 376. 394. 397. 409. 415. 420. 421. 563. 912 ignes *et* lignum. v. 1066 sq. 1085. 1088. 1104 (et ne). v. 1110. II, 209: stellas *et* sidera. v. 252. 467. 788: quae ducit *et* inlicit. v. 1004: Inde aliis aliud coniungitur, *et* fit ut omnes res ita convertant formas. v. 1042. 1097: caelos omnis convertere *et* omnis ignibus aetheriis terras suffire feracis. v. 1109 mare *et* terrae. v. 1113: omnia plagis corpora distribuuntur *et* ad sua saecla recedunt. v. 1115: terreno corpore terra crescit, *et* ignem ignes procudunt. v. 1131 vires *et* robor adultum. v. 1135 plura modo dispargit *et* ab se corpora mittit. III, 58: nam verae voces tum demum pectore ab imo eiciuntur, *et* eripitur persona. Sic Itali et olim impressi. v. 400 sq.: sed comes insequitur facile *et* discedit (sic Marullus) *et* gelidos artus — linquit. v. 489—491: concidit *et* spumas agit, ingemit *et* tremit artus, desipit, extentat nervos, torquetur, anhelat inconstanter, *et* in iaciando membra fatigat. IV, 433: obire *et* condere lumen. v. 682. 755: per simulacra leonem *et* cetera quae videt. Marullus addidit *et*. Praeterea Lachmannus scripsit *leonem* pro *leonum*. V, 1449: vestes *et* cetera. Sic Itali et Marullus pro vestes, cetera. IV, 855 sensus *et* membra. v. 929. 930. 980. 998. 1025. 1049—1051. 1060. 1062. 1067. 1068. 1117. 1123. 1125. 1131. 1174 sq. 1178. 1179. 1195. 1200. 1204. 1217. 1219. 1235. 1243. 1253. 1259. 1276. V, 12. 25. 28—30: quidve vis Geryonai *et* Diomedis equi — *et* aves Stymphala colentes? v. 40. 67. 70. 73. 87. 96. 99. 105. 108. 111. 115: terras *et* solem *et* caelum. v. 139. 150. 163. 164. 181. 193. 209. 240. 243: *et* nativa simul. v. 256. 260.

262. 269 sq. 278. 279. 287. 291: *et* primum iactum fulgoris quemque perire. Sic Marullus pro *ut primum*. v. 304. 307. 325. 326. 336. 363. 375: sed patet immani *et* vasto respectat hiatu. Sic corrector oblongi. Oblongus prima manu *immani crasto*. v. 383. 390. 396. 410 *Et* Lachmannus, quem vide, pro *aut*. v. 428. 450. 459. 469. 477. 482. 484. 490. 497. 563. 567. 570. 593. 600. 606 opportunus — *et* idoneus. v. 625. 641. 642. 653. 657: differt *et* lumina pandit. Sic Itali pro *differte*. v. 660. 665. 668. 671. 672 sqq. dentes cadere imperat — *et* — pubescere — *et* — demittere barbam. v. 680 sq. Crescere — *et* tabescere — *et* minui luces. v. 684 sq. partit *et* in partis non aequas dividit orbem (sic corrector oblongi pro *partite in partis*), *et* — reponit. v. 689. 693. 702. 717. 725. 735. 737: it ver *et* Venus, *et* veris praenuntius ante pennatus graditur Zephyrus. v. 740. 741 sq.: calor aridus *et* comes una pulverulenta Ceres *et* etesia flabra aquilonum. Sic Marullus pro pulverunta Ceres etesia sqq. v. 745. 749. 754. 763. 775. 777. 778. 780. 782: novo fetu quid primum in luminis oras tollere *et* incertis crerint committere ventis. *Et* recte Marullus (*tollere et* pro *tolleret*). v. 789. 798. 812: *et* sucum venis cogebat fundere apertis. Sic Antonius Marii et Marullus pro *ut*. v. 817. 820. 831. 832. 833. 835. 863 *et* fuga cervos. Sic quadratus et Avantius. *ut fuga* oblongus, Antonius Marii, olim impressi, Marullus. v. 869. 879. 889. 890. 893. 912. 915. 923. 926 sq. durius — *et* maioribus *et* solidis magis ossibus intus fundatum. v. 954. 956. 961. 975. 978. 992. 1022: vocibus *et* gestu cum balbe significarent etc. v. 1029. 1040. 1042. 1044. 1048. 1057. 1061. 1066 latrant *et* vocibus omnia complent. v. 1077. 1085. 1086. 1099: *Et* micat inter dum. Sic Marullus pro *emicat*. v. 1107. 1122. 1128. 1132. 1137. 1138. 1160. 1167. 1171. 1174. 1176. 1181. 1182. 1184. 1187. 1188. 1189. 1200. 1206. 1213. 1221. 1234. 1248. 1249. 1254. 1256. 1257. 1260. 1263. 1264. 1278. 1280. 1288. 1292. 1301. 1304. 1317. 1356. 1361. 1366. 1373. 1395. 1400. 1404: nova — magis — *et* mira. v. 1406 sq. ducere — voces — *et* flectere cantus *et* — percurrere. v. 1409. 1413. 1415. 1417. 1423. 1431. 1435. 1437. 1439. 1441. 1452. VI, 11. 12 divitiis homines *et* honore *et* laude potentis affluere. v. 19. 32: *et* quibus e portis. Sic recte Itali pro e quibus e portis. v. 43 sqq.: quoniam docui mundi mortalia templa esse *et* nativo

consistere corpore caelum. et quae cumque in eo fiunt fateare necessest pleraque dissolvi etc. Recte editor Brixiensis et ante eum Itali addiderunt *et* post *esse*. v. 48: quandoquidem semel institui conscendere currum ventorum *et* certant plangentia flamina rursum. Sic Lachm. pro ventorum exirtant placentur omnia rursum. v. 55. 63. 82. 84. 85. 89. 107. 112. 122. 128. 159. 163. 174. 175. 185. 205. 221. 230. 238. 242. 252. 258. 270. 272. 278. 280. 281: inde ubi percaluit gravida, aut vis ignis *et* acer impetus incessit cett. Sic Lachm. pro i. u. p. gravis ventivis igni impetus incessit. v. 287. 290. 313. 318. 323. 324: *Et* celeri ferme percurrunt fulmina lapsu. Sic Naugerius pro *at*. v. 326. 330. 337. 338. 341 sq.: crescit eundo *et* validas auget viris *et* roborat ictum. v. 354. 355. 356. 359. 361: nam fretus ipse anni permiscet frigus *et* aestum. *Et* inseruit Marullus. v. 367. 389. 393. 395. 410: cur tenebras ante *et* fremitus *et* murmura condit? v. 429. 435. 437. 438. 441. 445. 469. 476. 482. 493. 496. 518. 528. 558. 583. 585. 587. 589. 592. 593. 619. 629. 630. 632. 636. 648. 650. 651. 663. 670 sq. id quoque enim fit, *et* ardescunt caelestia templa, *et* tempestates pluviae graviore coortu sunt. v. 684. 702. 716 sqq.: anni tempore eo qui etesiae esse feruntur *et* contra fluvium flantes remorantur *et* undas cogentes sursus replent. v. 728. 761. 772. 795. 800. 971: effluat ambrosiae quasi vere *et* nectari' linctus. Sic Lachm. pro effluat ambrosias quasi vero et nectare tinctus, dicens: „non possumus coniungere *vero et nectare*, quia Lucretius *et* coniunctionem alteri voci non postponit. ergo scribendum est Effluat quasi *vere*." v. 1011: quam validi ferri natura *et* frigidus horror. Sic Wakefieldus pro naturae fr. h. v. 1121 sqq.: repit *et* omne — conturbat *et* immutare coactat. v. 1171 ventum *et* frigora. v. 1282: multaque res subitae *et* paupertas horrida suasit. Sic Lachm. pro *multaque subitaque fit*. Quadratus *subitu fit*.

β) *Et* omissum in omnibus complurium nominum ultimo tantum adiungitur II, 875: vertant se fluvii frondes *et* pabula laeta. III, 395 concursare coire *et* dissultare. V, 863. 1450 sq.: praemia, delicias quoque vitae funditus omnis, carmina, picturas, *et* daedala signa polire.

γ) *Et* ponitur pro *etiam* I, 830: Nunc *et* Anaxagorae scrutemur homoeomerian. III, 234: cui non sit mixtus *et* aër. v. 290: est *et* frigida multa, comes formidinis, aura. V, 610: forsitan *et*

rosea sol alte lampade lucens possideat etc. VI, 749: est *et* Athenaeis in moenibus etc. v. 818: Sic *et* Averna loca alitibus summittere debent mortiferam vim. v. 604: subdit *et* hunc stimulum.

δ) *Et* ponitur pro *et is, et quidem* (cf. Hand. Tursell. II, p. 477) VI, 7: cuius, *et* extincti, propter divina reperta divolgata vetus iam ad caelum gloria fertur. Lachm.: „*et* capiendum ita, et eius extincti: ut apud Vergilium timeo Danaos, et dona ferentis, id est et eos dona ferentis; quam superlativam dicit coniunctionem Diomedes p. 411. infra versu 19 conlata foris, et commoda. hoc ideo dico, nequis forte pro *etiam* positum existimet."

ε) In sententiis, quae similitudinem et aequalitatem vel diversitatem significant, ponitur *et*. IV, 542–545 (simili — forma). V, 1065 sq. longe *alio* sonitu rabie restricta minantur, *et* cum iam latrant. v. 1070 sq. longe *alio* pacto — *et* cum — baubantur. v. 1081 sq. longe *alias* alio iaciunt in tempore voces, *et* quom — certant. VI, 550: nec *minus* exultant, *et* ubi lapi' cumque viai ferratos utrimque rotarum succutit orbes. Sic Lachm. pro n. m. exultantes dupuis cumque vim cett. quae his structura orationis simillima sunt, Nec ratione fluunt alia Et cum mollis aquae fertur natura I, 281, ea una cum aliis ex eodem genere III, 1093. II, [414 —] 420. V, 1075 [potius v. 1073—1076] (differre). II, 416, posuit Mauricius Hauptius in observationibus criticis p. 36."

ζ) Etiam sententiae ipsae hac particula copulantur, quarum initio ponitur. Sic I, 107 *et* merito. v. 258. III, 31 *Et* quoniam docui. v. 396. IV, 962: *Et* quo quisque fere studio devinctus adhaeret. v. 1129. 1208. 1254. 1263. V, 258. 629. 643. 762. 940. 962. 966. 1067: *et* catulos blande cum lingua lambere temptant. Sic Lachm. pro *at*: pergit enim iisdem canibus alios atque alios vocum sonos adscribere. paulo post versu v. 1083 recte scriptum est *Et*. v. 1287. 1297. 1300. 1310. 1326. 1354. 1382. 1405. VI, 43 *Et* quoniam docui. v. 371. 411. 536. 548. 565: *et* metuunt magni naturam credere mundi exitiale aliquod tempus clademque manere. Oblongus *te metuunt*. v. 773. 1059: *et* partim raro quia sunt cum corpore. Sic Lachm. (pro *at partim*), quod legitur in IV, 57. 918, in V, 952; *pars etiam* in II, 99.

η) *Et — et* invenitur I, 155. 158. III, 244 scribendum est nec magis *et* parvis *et* levibus ex elementis. IV, 491: *et* quod molle

sit *et* gelidum (Quadratus E' quod mollessit gelidum). v. 492 sq. V, 1019 sqq.: tunc *et* amicitiem coeperunt iungere aventes finitimi inter se nec laedere nec violari, *et* pueros commendarunt. v. 1114 *et* validis *et* pulchris. v. 1116 quam lubet *et* fortes *et* pulchro corpore creti. VI, 466. 500: pariterque ita crescere utrumque, *et* nubis *et* aquam.

θ) *et — etiam* dictum est V, 1268: *et* terebrare *etiam*.

ι) De *et — autem* v. § 10 b.

κ) *Et tamen* I, 901: *et* non est lignis *tamen* insitus ignis. v. 1252: *et* nactae post sunt *tamen* etc. II, 331. III, 267. IV, 473. 811. 1149. V, 213 (apud Macrobium in Saturn. VI, 2 *Sed tamen*). V, 476. 1096: *Et* ramosa *tamen* cett. Sic Marullus pro *et r. t.* supra v. 768 Et tamen ipsa suo si fulgit luna nitore. v. 1125. 1177. 1421. VI, 603.

λ. *Que* coniunctio *α*) adnectit vocem sive sententiam alteri voci sive sententiae praegressae. Sic I, 190: crescentes*que* genus servant. II, 363: oblectare animum subitam*que* avertere curam. II, 28: laqueata arquata*que* tecta. v. 439. 1115. IV, 397. V, 463 exalant*que*. VI, 350. III, 21: semper*que* innubilus aether integit. Sic Marullus; in asyndeto nulla elegantia est. IV, 351: qui cuncta foramina complet obsidit*que* vias oculorum. V, 2: pro rerum maiestate his*que* repertis. Sic ex coni. Lambinus pro: pro rerum maiestatis atque repertis. v. 14: namque Ceres fertur fruges Liber*que* liquoris cett. Oblongus *frugesque liberque*. VI, 52: haec faciunt animos humilis — depressos*que* premunt ad terram. Sic Lachm. pro *et faciunt humilis* cett. dicens: „hae coniunctiones, quae sunt *et que*, hoc modo inter se coniunctae, ut altera alteri ordinata sit, non sunt antiquae consuetudinis.“ v. 515: mittunt umorem pluvium, *stillant*que, quasi igni cera super calido tabescens multa liquescat. Sic corrector quadrati et post eum Lambinus pro *stillante*. v. 541: multaque sub tergo terrai flumina tecta volvere vi fluctus summersa*que* saxa putandumst. v. 582: speluncas inter magnas fremit ante tumultu versabunda*que* portatur. Sic verissime Itali pro *versabunda*.

β) Ad collocationem quod attinet, tenendum est *que* non semper primo vocabulo adnecti a Lucretio. Sic II, 681: denique multa vides, quibus et calor et sapor una reddita sunt cum odore, in privis plura*que* dona. ad q. l. Lachmannus addit haec

exempla: de terraque VI, 884, ex oculisque II, 70, ex altoque IV, 200, ex unoque II, 663, ex aliisque IV, 1249, ex animique voluntate II, 270, ex animoque V, 49, ab rebusque IV, 65, in caeloque V, 1188, in medioque IV, 1100, ad caelumque VI, 562, re veraque II, 48, aequo animoque III, 962 [etiam v. 939], fit utque VI, 1007 [sic Naugerius pro *fit ut qui*, recte, inquit Lachmannus. *fit ut* est pro uno vocabulo], multa facitque foris ex aedibus ut videantur IV, 273, effugere, errorem vitareque IV, 823, res ipsaque per se vociferatur II, 1050, illa huiusque VI, 1085, crescere itemque dies licet V, 680, super stellisque V, 1205, persectantes visaeque volantes IV, 1010. His exemplis adde III, 662: ipsam *seque* retro partem petere ore priorem (sic impressi cum Italis pro *sequere*). I, 187: e terraque. v. 542: *de niloque* renata forent. v. 725: ad caelumque. v. 836: in dubio*que* fuere. v. 1059: *in terraque* retro requiescere posta. IV, 1100: in medioque cett. v. 1140: *in colluque* videt vestigia risus. V, 265: in summaque. v. 829 ex alioque. VI, 198: *in cureisque* ferarum more minantur. v. 398 in terraque. Contra praepositioni adnexum est *que* I, 37: *eque* tuo pendet etc. II, 966 inque locum IV, 1069 inque dies, quod invenitur etiam V, 706. 1105. 1307. 1370. V, 123: *inque* deum numero quae sint indigna videri. VI, 668 *perque* mare ac terras.

γ) Ad complura membra inter se coniungenda si particula *que* adhibetur, aut ultimo tantum membrorum adiungitur, aut omnibus excepto primo. Illud factum est I, 56: unde omnis natura creet res, auctet alat*que*. v. 230: mare, ingenuei fontes externa*que* — flumina. v. 598 naturam mores victum motus*que* parentum. II, 43: ornatas armis, validas, pariter*que* animatas. v. 553 sq. sextae demum notioni adnexum est *que*. III, 691 sq. per venas viscera nervos ossa*que*. V, 75. 228. 302 solem lunam stellas*que*. v. 1372: prata lacus rivos segetes vineta*que* laeta. Omnibus autem membris additum est I, 871: in lignis si flamma latet fumus*que* cinis*que*. II, 557 infidi maris insidias viris*que* dolum*que* ut vitare velint. III, 732 morbis algu*que* fame*que*. IV, 1224: maiorumque refert voltus voces*que* comas*que*. V, 852 sqq.: pabula — ut sint, — femina*que* ut maribus coniungi possit avere, mutua*que* insinuent inter se gaudia uterque. v. 1112: facies — vires*que* vigor*que*. VI, 580 sq. coniecit, ibi*que* fremit — versabunda*que*

portatur. v. 678 cum caelo terra*que* mari*que*. v. 775 sq.: propter dissimilem naturam dissimilis*que* texturas inter sese primas*que* figuras. v. 782: quam multae sint homini res acriter infesto sensu spurcae*que* grave*sque*. v. 952 permanat odor frigus*que* vapos*que* ignis. Quadratus frigus quaposque.

δ) Utrique duorum membrorum, quae sunt ἐκ παραλλήλου posita, adiungitur. III, 837 terra*que* mari*que*, quod legitur etiam V, 219. IV, 32 ultro*que* citro*que*. v. 1012 faciunt*que* gerunt*que*. V, 1112 vires*que* vigor*que* Lachm. pro viresque vigebant. VI, 612 omnia quae maria ac terras sparguntque rigant*que*.

c. *Atque, ac* particulae α) connectunt inter se duas notiones similes et cognatas sive natura sua cohaerentes. I, 77: finita potestas denique cuique qua nam sit ratione *atque* alte terminus haerens. v. 83: scelerosa *atque* impia facta. v. 109 religionibus *atque* minis. v. 131: anima *atque* animi — natura. v. 163 armenta *atque* aliae pecudes. v. 181 incerto spatio *atque* alienis partibus anni. v. 229 alit *atque* auget. v. 234 in eo spatio *atque* ante acta aetate fuere. v. 254 nostrum genus *atque* ferarum. v. 337 officere *atque* obstare. v. 505: corporis *atque* loci. I, 605: aliae atque aliae. v. 813. II, 776: *alio atque alio* — colore. V, 303 ex *alio atque alio* subortu. v. 1190: *alia atque alia* — voce. v. 1367 *aliam atque aliam* culturam. I, 663 lumen — *atque* vaporem. v. 1084. II, 12 noctes *atque* dies. v. 1119 fluit *atque* recedit. v. 1128 fluere *atque* recedere. III, 28 sq. voluptas — *atque* horror. v. 703 in membra *atque* artus. IV, 888 per membra *atque* artus. III, 704 sq. disperit *atque* aliam naturam sufficit ex se, sic anima *atque* animus etc. IV, 3. 445: labier adversum nimbos *atque* ire superne. v. 809 contendere se *atque* parare. v. 934. 960. 984. 1039. 1042. 1091. 1142. 1163. 1269. 1285. V, 44 quae proelia nobis *atque* pericula etc. v. 80. 137. 140. 159. 220. 230. 238. 241. 248. v. 321 nativo *ac* mortali scripsit Bernaysius pro eo, quod in codd. est, *naticum*. v. 455. 501. 506. 516. 524. 537. 547. 555. 558. 682. 698. 726. 761. 800. 806. 902. 937. 964. 965. 1104. 1110 pecus *atque* agros. v. 1120. 1152. 1199. 1250. 1291. 1322. 1333. 1342. 1387. 1390. 1399 caput *atque* umeros. v. 1428. 1439. VI, 13. 25 cuppedinis *atque* timoris. v. 66. 134. 156. 192. 242. 259. 269. 292. 387. 447. 490. 522. 578. 595. 778. 798. 802. [illegible], 30: per maria *ac* terras. v. 164 culta *ac* deserta.

v. 279 verrunt *ac* raptant. v. 340 per maria *ac* terras. IV, 203 mare *ac* terras. VI, 612 maria *ac* terras. I, 348 saxis *ac* speluncis. v. 353 per truncos *ac* per ramos. v. 490 clamor it *ac* voces. v. 510: sunt igitur solida *ac* sine inani corpora prima. v. 538. 777. 1074: omnis enim locus *ac* spatium. II, 953: discutere *ac* dissolvere. IV, 200 sq. solis uti lux *ac* vapor. v. 639. 828 surarum *ac* feminum. v. 869 per membra *ac* venas. v. 873. 967. 1026. 1152: si quam petis *ac* vis. v. 1169 simula Silena *ac* saturast. V, 52. 131. 175. 238. 241: corpore nativo *ac* mortalibus esse figuris. v. 244. 467. 845. 971. 1102: cibum quoquere *ac* flammae mollire vapore. v. 1142: imperium sibi cum *ac* summatum quisque petebat. Oblongus *cum hac*. v. 1154. 1235. 1264. 1324. 1443. VI, 103: lapides *ac* tigna. v. 126 magis ac magis. v. 260. 332. 491. 668. 1180: quippe patentia cum totiens *ac* nuntia mortis lumina versarent oculorum. Sic Lachm. pro ardentia morbis lum.

β) Usurpantur hae particulae in comparatione aequitatis vel similitudinis et dissimilitudinis. I, 845 sq. pariter — atque. V, 1228. I, 848 sq. *simili* — natura *atque*. II, 1074. V, 1260 sq. simili — figura atque. V, 349 sq. nisi quod morbis aegrescimus *idem atque* illi quos a vita natura removit. II, 881: non *alia* longe ratione *atque* arida ligna explicat in flammas etc. IV, 446: tum splendida signa videntur labier adversum nimbos atque ire superne longe *aliam* in partem *ac* vera ratione feruntur. Sic Lachmannus pro *aque ratione*. V, 460: non *alia* longe ratione *ac* saepe videntur. v. 1030: non *alia* longe ratione *atque* ipsa videtur protrahere etc. VI, 306: non *alia* longe ratione *ac* etc. Etiam comparativos adiectivorum sequuntur hae particulae. III, 96 nilo *minus ac*. IV, 756: nec *minus atque* oculi.

γ) *Simul ac* dictum est III, 14.

δ) Etiam sententiae his particulis coniunguntur. I, 35. 74. 170. 172. 636. 817. 911. 1054. II, 918: *adque* animalia sint mortalibus una eademque. III, 283 sq. vigeant — *adque* aliis aliud subsit magis. v. 952 *atque* obitum lamentetur. v. 978 *Atque* ea, ni mirum etc. IV, 1069. 1107. 1124. 1141. 1157. 1230. 1260. 1262. 1271. 1273. V, 54. 90. 214. 250. 342: exisse — amnes *atque* oppida cooperuisse. Sic Antonius Marii et Marullus pro *at*. v. 451. 496. 652. 678. 709. 823. 986. 1035. 1153. 1195. 1239. 1358 sqq.: ut muliebribus id manibus concedere vellent *atque*

ipsi pariter durum sufferre laborem, *atque* opere in duro durarent membra manusque. v. 1373. VI, 35. 328. 519: *atque* tenere diu pluviae longumque morari consuerunt. Sic Lachm. pro *at relineret diu*. v. 521: *atque* aliis aliae nubes nimbique rigantes insuper — feruntur. Sic correctorum antiquissimus pro *aque*. v. 600: neu distracta suum late dispandat hiatum *atque* suis confusa velit complere ruinis. Sic Lachm. pro *idque*, dicens: „Scribendi rationem *adque* librarius oblongi numquam admisit, aliquotiens habet quadratus, in II, 881. 918. 1119. 1128. III, 29. 284.“ — VI, 1054 sq. respuit ab se *atque* per aes agitat. v. 1156: *Atque* animi prorsum tum vires totius, omne languebat corpus. Wakefieldus male *Utque*. I, 154. IV, 25. 692. 817. V, 56. 1229: non divom pacem votis adit *ac* prece quaesit. Sic Antonius Marii et Marullus pro *adita*. VI, 91. 261. 654. 689.

ε) Si complures notiones sive enunciationes inter se coniunguntur, *atque* vel *ac* ultimae tantum additur. Sic IV, 90: omnis odor, fumus, vapor, *atque* aliae res consimiles. V, 47: quidve superbia spurcitia *ac* petulantia? VI, 512.

ζ) *Atque etiam* dictum est VI, 1213.

d. Videamus nunc quam diversis modis in polysyndeto hae coniunctiones copulativae, *et*, *que*, *atque*, *ac* a Lucretio inter se coniungantur. III, 96 sq. manus *et* pes *atque* oculei. V, 535 sq. evanescere paulatim *et* decrescere pondus convenit, *atque* aliam naturam supter habere. v. 950 sqq. lavere — *et* — scatere *atque* erumpere. v. 1108 sqq. coeperunt — *et* — divisere *atque* dedere etc. IV, 1063 - 1065: fugitare — *et* — absterrere sibi *atque* — convertere *et* iacere etc. VI, 697 sqq.: hac ire fatendumst *et* penetrare maris penitus percocta in apertum *atque* efflare foras, ideoque extollere flammam saxa*que* subiectare *et* arenae tollere nimbos. IV, 960 sq. largior — *et* divisior inter se *ac* distractior actus. II, 447 sqq. adamantina saxa — *et* validi silice, *ac* duri robora ferri, aera*que*. I, 201 sq. transire *et* — divellere — multa*que* vincere saecla. v. 730 sanctum — *et* mirum carum*que*. v. 889: herbarum genera *et* fruges frondes*que* videri etc. II, 699 humanum genus *et* fruges arbusta*que* laeta. v. 1106 maris *et* terrae soli*que* coortum. IV, 1182 sq. quaerat — *et* meditata diu cadat alte sumpta querella stultitiae*que* ibi se damnet. v. 1226 facies *et* corpora membra*que*. v. 1227 sq. fiunt — *et* muliebre oritur patrio de semine saeclum,

materno*que* mares existunt corpore creti. v. 1236 sq. putant *et* — conspergunt — adoleant*que*. v. 1240 sq. crasso - *et* liquido — tenui*que*. V, 1011 sqq. post quam — pararunt, *et* mulier — concessit — prolem*que* ex se videre creatam. v. 1015 sqq. curavit — *et* Venus imminuit viris, pueri*que* parentum — ingenium fregere. v. 1111: pro facie cuiusque *et* viribus ingenio*que*. v. 1162 sq.: pervulgarit *et* ararum compleverit urbis suscipienda*que* curarit sollemnia sacra. v. 1297 sq.: prius est armatum in equi conscendere costas *et* moderarier hunc frenis dextra*que* vigere quam etc. v. 1375: per tumulos *et* convallis campos*que* profusa. VI, 220 sq. 404 sq.: quid undas arguit *et* liquidam molem campos*que* natantis? v. 660 sq. existit sacer ignis *et* urit corpore serpens — repit*que* per artus. v. 878: mittit *et* exolvit glaciem nodos*que* relaxat. I, 87 sqq.: cui simul infula — profusast, *et* mestum simul ante aras adstare parentem sensit, *et* hunc propter ferrum celare ministros, aspectu*que* suo lacrimas effundere civis etc. V, 1318 sqq. leae iaciebant corpora — *et* — petebant, *et* — deripiebant, deplexae*que* dabant in terram — victos. I, 866: ossibus *et* nervis sanie*que* *et* sanguine mixtim. IV, 1125 rident — *et* grandes — zmaragdi auro includuntur, teritur*que* thalassina vestis adsidue *et* Veneris sudorem — potat. V, 437 sqq. diffugere — coepere, paresque cum paribus iungi res *et* discludere mundum membra*que* dividere *et* magnas disponere partes. v. 864 corda, *et* genus omne — lanigerae*que* simul — *et* bucera saecla. VI, 2 sqq. dididerunt — *et* recreaverunt vitam leges*que* rogarunt. *et* primae dederunt solacia — vitae. IV, 732 sq. Centauros — *et* Scyllarum membra videmus, Cerbereas*que* canum facies, simulacra*que* eorum etc. V, 235 sq.: terrai corpus *et* umor aurarum*que* leves animae calidi*que* vapores. v. 1278: parro aliut succedit *et* e contemptibus exit, in*que* dies magis adpetitur floret*que* repertum laudibus *et* mirost mortalis inter honore. VI, 24 sqq. purgavit — *et* statuit — exposuit*que* — *atque* — monstravit — *et* — probavit. III, 50—54: vivunt, *et* parentant *et* — mactant — *et* — mittunt, multo*que* in rebus acerbis acrius advertunt animos ad religionem. VI, 1102: intempestivis*que* *et* solibus icta. I, 271 sqq.: venti vis — verberat — cautes ingentis*que* ruit navis *et* nubila differt, inter dum — sternit montis*que* supremos — vexat. v. 1105 sq. ruant — terra*que* se — subducat *et* — abeant. II, 355 sqq. noscit — complet*que* quercilis — nemus — *et* — revisit etc. v. 1031:

palantia sidera — lunam*que et* solis — nitorem. IV, 124 sq. absinthia taetra, habrotoni*que* graves *et* tristia centaurea. v. 894 sq. per patefacta venit penetrat*que* foramina largus, *et* dispargitur etc. v. 916 sqq. ubi est distracta — vis animae partim*que* foras iecta recessit *et* partim contrusa magis concessit in altum. v. 1280 sq. factis morigeris*que* modis *et* munde corpore culto. V, 202 sq. rupes vasta*que* paludes *et* mare. v. 511 ex utraque polum parti premere aëra nobis dicendum est extra*que* tenere *et* claudere utrimque. v. 519 sqq. sive quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus, quaerentes*que* viam circum versantur *et* ignes — volvunt. VI, 232 sqq. conlaxat rare*que* facit lateramina vasis adveniens color eius, *et* insinuatus in ipsum mobiliter solvens differt primordia vini (Lachm. *et* pro *ut*). v. 478 sqq. feruntur suffunduntque sua caelum caligine *et* altas sufficiunt nubis. v. 573 sq.: inclinatur enim retro*que* recellit, *et* recipit prolapsa suas in pondera sedes. v. 605 sqq. ne — feratur — rerum*que* sequatur prodita summa — *et* fiat mundi confusa ruina. v. 686 sqq. hic ubi percaluit cale fecit*que* omnia circum saxa furens, qua contingit, terramque, *et* ab ollis excussit calidum flammis velocibus ignem etc. I, 770: ignis terrae*que* corpus *et* aërias auras rorem*que* liquoris. v. 862 sq.: nervorum corpora parva ossa*que et* omnino venas partis*que* cruoris. IV, 1079 sqq. premunt arte, faciunt*que* dolorem corporis, *et* dentes inlidunt saepe labellis, oscula*que* adfligunt. V, 1293 sqq.: processit ferreus ensis, versa*que* in obprobrium species est falcis ahenae, *et* ferro coepere solum proscindere terrae exaequata*que* sunt creperi certamina belli. VI, 456 sq.: inde haec comprendunt inter se con*que* gregantur *et* coniungendo crescunt ventis*que* feruntur. v. 538: multosque lacus multas*que* lucunas in gremio gerere *et* rupes deruptaque saxa. v. 570 nunc quia respirant alternis in*que* gravescunt *et* quasi collecti redeunt cedunt*que* repulsi. v. 690 sqq. fert itaque ardorem longe, longe*que* favillam differt, *et* crassa volvit caligine fumum, extrudit*que* simul mirando pondere saxa. v. 883 sqq. sunt — de terra*que* necessest — corpora — consurgere *et* simul exspirare foras exire*que* in auras. II, 342 sqq. parturiunt genus humanum mutae*que* natantes squamigerum pecudes *et* laeta armenta ferae*que*, *et* variae volucres. IV, 450 sqq. bina lucernarum florentia lumina flammis, bina*que* per totas aedis geminare supellex, *et* duplicis hominum facies *et* corpora bina. v. 1197 sq. armenta ferae*que et* pecudes *et* equae. V, 1289

sqq. aere solum terrae tractabant, aere*que* belli miscebant fluctus *et* vulnera vasta serebant *et* pecus atque agros adimebant. VI, 199 sqq.: mittunt, quaerentes*que* viam circum versantur, *et* ignis semina convolvunt e nubibus *atque* ita cogunt multa, rotant*que* cavis flammam fornacibus intus. v. 348: incolumis*que* venit per res *atque* integra transit multa. V, 31: Thracam Bistonias*que* plagas *atque* Ismara propter. v. 189 sq.: consuerunt concita ferri omnimodis*que* coire *atque* omnia pertemptare. Eadem leguntur v. 424 sq. IV, 1030 sqq. stravit iter*que* dedit — *ac* pedibus — docuit — *et* contemsit. V, 1323: iactabant*que* suos tauri pedibus*que* terebant, *et* latera ac ventres hauribant — *et* terram — ruebant. II, 325 sqq. fulgor ibi ad caelum se tollit, tota*que* circum aere renidescit tellus, supter*que* virum vi excitur pedibus sonitus, clamore*que* montes icti reiectant voces ad sidera mundi, *et* circum volitant. I, 340 per maria *ac* terras sublima*que* caeli. V, 41 per nemora *ac* montes magnos silvas*que* profundas. v. 92: maria *ac* terras caelum*que* tuere. v. 592 maria *ac* terras omnis caelum*que*. v. 921 herbarum genera *ac* fruges arbusta*que* laeta. v. 992 nemora *ac* montis gemitu silvas*que* replebat. v. 1011 casas — *ac* pellis ignem*que*. v. 1037 unguibus *ac* pedibus — morsu*que*. v. 1386 avia per nemora *ac* silvas saltus*que* reperta. VI, 922 fluere *ac* mitti spargi*que*. I, 17 per maria *ac* montis fluvios*que* rapacis frondiferas*que* domos avium campos*que* virentis. V, 1267 sq. levare *ac* radere tigna *et* terebrare *etiam ac* pertundere per*que* forare. I, 762 fulmina — *atque* imbris ventos*que*. IV, 1130 in pallam *atque* alideusia Cia*que* vertunt. V, 615 sqq. quo pacto — adeat *atque* — se ut vertat — luna*que* videatur. v. 788 pluma *atque* pili — saetae*que*. v. 955 nemora *atque* cavos montis silvas*que* colebant. v. 1079 accipitres *atque* ossifragae mergi*que*. IV, 1249 sq. *atque* alias alii complent magis, ex alii*sque* succipiunt aliae pondus magis in*que* gravescunt. V, 1241: Quod super est, aes *atque* aurum ferrum*que* repertumst *et* simul argenti pondus plumbi*que* potestas (sic Marullus pro *aeque aurum*). I, 1088 sqq. differrier ignis, *atque* ideo totum circum tremere aethera signis *et* solis flammam per caeli caerula pasci. V, 1399 sqq. redimire — *atque* — procedere — *et* — pellere. IV, 1189 sqq. protrahere in lucem *atque* omnis inquirere risus, *et* — praeter mittere *et* humanis concedere rebus (ultimum *et* addidit Lachmannus).

Nonnunquam aut ab initio aut in media oratione aut in

extrema duo vel plura membra ἀσυνδέτως ponuntur. Sic I, 775: ex igni terra *atque* anima procrescere *et* imbri. II, 1063: terrai maris *et* caeli generis*que* animantum. V, 431 eadem leguntur. v. 453: quae mare sidera solem lunam*que* efficerent *et* magni moenia mundi. v. 1283 sqq.: arma antiqua manus ungues dentes*que* fuerunt, *et* lapides *et* item silvarum fragmina rami. *et* flamma *atque* ignes. v. 1189 sqq.: per caelum volvi quia lux *et* luna videtur, luna, dies, *et* nox, *et* noctis signa serena, noctivagae*que* faces caeli, flammae*que* volantes, nubila, sol, imbres, nix, venti, fulmina, grando, *et* rapidi fremitus, *et* murmura magna minarum. v. 1353 insilia *ac* fusi, radii, scapi*que* sonantes. v. 1448 sq. Navigia *atque* agri culturas, moenia, leges, arma, vias, vestes, *et* cetera de genere horum. VI, 527 sqq. Cetera quae cursu crescunt cursuque creantur, *et* quae concrescunt in nubibus, omnia, prorsum omnia, nix, venti, grando, gelidae*que* pruinae, *et* vis magna geli — *et* mora quae fluvios passim refrenat. II, 1084 caelum — terram*que* *et* solem, lunam, mare, cetera quae sunt. V, 417: terram*que* *et* caelum ponti*que* profunda, solis lunai cursus.

e. *Etiam* non multum memorabile praebet. Exempla sunt IV, 1021 nonne vides *etiam*. *Etiam* omissum ab Antonio Marii et in olim impressis iam restituerat Avantius. V, 1038: *vix etiam* cum sunt dentes unguesque creati. VI, 295: est *etiam* cum vis cett. Sic corrector oblongi. Oblongus *ex etiam*. Quadratus *esset iam*. VI, 786: Est *etiam* magnis Heliconis montibus arbos (v. Lachm. ad v. 749). In II, 98 (Lachm. ad VI, 1059) est *pars etiam*, praegresso *partim*. *Nunc etiam* dictum est I, 579. V, 40. 797, contra *etiam nunc* V, 884. Coniunctio *etiam quoque* reperitur III, 292: est *etiam quoque* pacati status aëris ille. V, 517. 604, et uno vocabulo interposito (*etiam — quoque*) V, 153. VI, 503. *Etiam atque etiam* legitur I, 295. 1049. II, 377. 1064. IV, 216. 290. 1207. V, 821. VI, 341.

f. *Quoque*. More solito collocatum est I, 375 alias *quoque* res. v. 591. 627. 881. II, 22. 184 in his illud *quoque* rebus confirmare tibi. v. 203: sic igitur debent flammae *quoque* posse per auras aëris expressae sursum succedere. Sic Marullus pro sic igitur quoque debent flamme posse. Lachm. confert I, 290: Sic igitur debent venti *quoque* flamina ferri. II, 981 ipsa *quoque*. III, 117. 758: quare dissolvi *quoque* debent posse per artus. v 995: Sisyphus

in vita *quoque* nobis ante oculos est. IV, 259 ventus *enim quoque* etc. v. 526: corpoream vocem *quoque* enim constare fatendumst. Sic Lachmannus. Itali et impressi Corpoream quoque enim vocem. v. 892: praeterea tum rarescit *quoque* corpus. v. 1087: restingui *quoque* posse. v. 1255. 1264: id *quoque* permagni refert. V, 245. 306 non lapides *quoque* vinci cernis ab aevo. v. 531. 571. 920 nunc *quoque*. v. 1046. 1208. 1450. VI, 113. 256: niger *quoque* — nimbus. v. 145. 162 tum *quoque*. v. 170. 261. 373. 470. 513. 554. 623. 670 id *quoque* enim fit. v. 703. 756. 757. 769 quod dixi saepe *quoque* ante. Inprimis frequens est apud Lucretium coniunctio *fit quoque*, sic IV, 326. 818. 1218. VI, 116. 137. 300. 309. 443. 459. 483. 552, similiter *est quoque* v. 724. Saepe tamen Lucretius *quoque* insolito more posuit, ut non ei voci sit adnexum, quae alteri opponitur, sed alii cuipiam, et his quidem in locis. I, 594. II, 281: cuius ad arbitrium *quoque* copia materiai cogitur inter dum flecti per membra per artus. III, 349: ut videas, quoniam coniunctast causa salutis, coniunctam *quoque* naturam consistere eorum. v. 638 dispertita procul dubio *quoque* vis animai — dissicietur. v. 1055. IV, 63. 85: lintea de summo cum corpore fucum mittunt, effigias *quoque* debent mittere tenvis res quaeque. v. 811: in rebus *quoque* apertis noscere possis. V, 193. 344: exitium *quoque* terrarum caelique futurum. v. 679: consequë *quoque* iam redeunt ex ordine certo. VI, 214. 223. 317: sic igitur *quoque* res accendi fulmine debet. v. 474. 481. 577. 627. 905. De coniunctione *item quoque, quoque item* v. cap. III B II c *α*.

10. *Coniunctiones adversativae.* a. *At.* *α*) exprimit oppositionem contrarii vel diversi. I, 252. 307. 543. 581. 778. 828. II, 150. 157. 355. 388. 786. 910 *at* scripsit Marullus pro *aut*. III, 302. 356. 402: *at* manet in vita etc. v. 640. 730. 906. 1068. IV, 150. 414. 436: *At* maris ignaris in portu clauda videntur navigia aplustris fractis obnitier undae. Sic quadrati corrector et ceteri pro *amaris*. v. 609. 611. 641 nobis — *at* capris. v. 997. 1007. 1165. 1168. 1177. V, 18. 43. 228. 399. 543. 650. 818. 864. 871. 925: *At* genus humanum multo fuit illud in arvis durius. Sic Lachm. pro *et*, „quae coniunctio omnia pervertit. homines membris immanibus instructi nulli fuerunt: hoc enim nihil apparentium confirmat: at multo durius illud hominum genus

fuit, ut pote ex tellure dura creatum." v. 945: *At* sedare sitim fluvii fontesque vocabant. *Ad* apud Macrobium Saturn. VI, 1. — V, 994. 999. 1028. 1036. 1120. 1361: *at* specimen sationis et insitionis origo ipsa fuit — natura. v. 1379. 1427. 1436. VI, 414. 619. 804 Lachm.: „*at* coniunctio vel sola indicio esse potest poëtam hic non de alia re dicere quam de illo ipso *carbonum odore,* in quo versus duo proximi versantur." v. 967. 1171: nil adeo posses cuiquam leve tenveque membris vertere in utilitatem, *at* ventum et frigora semper. Lachm.: „Omnino male Lambinus *posset,* cum non intellegeret *ad* coniunctionem esse. *ad* coniunctio in utraque Leidensi scribitur III, 640. IV, 473. 997. V, 1427, in oblongo V, 1120. VI, 322. 414. 619. 673. 804. 967, in quadrato II, 74. 388. 1017. III, 25. 191. 198. 356. 536. 906. 1068. IV, 414. 1007."

β) *At* ponitur in apodosi, praesertim post enunciationes concessivas et conditionales, antecedentibus fere coniunctionibus *si, si non, si minus, etsi, ut* concessivo. Nonnunquam particulae *at* additur *tamen.* II, 458 sq. 532—534. III, 533—536 *quod si* forte — *at* locus ille *tamen* etc. II, 1017 si non — at. III, 406. VI, 322: *si non* accenditur igni, *at* — *tamen.* III, 170—172: *si minus* offendit vitam vis horrida teli — *at tamen* insequitur languor. II, 919: quod tamen *at* possint, *at* coetu concilioque nil facient. IV, 473 (uti — at). III, 1018: quae tamen *etsi* absunt, *at* mens sibi, conscia factis, praemetuens adhibet cett.

γ) *At* ponitur, ut sententia antea proposita reprimatur, alia contraria obiecta. — Id fit in oratione, quae alienam affert sententiam, quasi is, qui obloquitur, adsit, et in ea, qua deliberando ac dubitando duplicem agere videmur personam, alteram iudicantis, alteram refellentis. (Verba sunt Handii Tursell. I, p. 431). III, 665. 773—775. 736.

δ) *At* ponitur in sententia contraria, quae ex opinione nostra ab adversario afferri possit, ergo si adversarii sententiam occupamus. Duobus locis I, 803 et v. 897 hoc factum est addito *inquis,* ita ut utrobique refutatio adversarii incipiat a particula *scilicet.* Uno loco, V, 175 post *at* additum est *credo: at credo,* in tenebris vita ac merore iacebat. *At* Lachmannus scripsit pro *an.* Quartus locus est VI, 673.

ε) *At contra* dictum est I, 366. 570. 1087. II, 235. 400. 713. III, 25. 191. 198. 201. IV, 95. 625. 661. 843; uno loco II, 74 *at* — *contra* uno vocabulo interposito.

ζ) *At nunc* ita usurpatur, ut praesentia opponantur iis, quae non esse debeant, antecedente sumptione ficti. I, 169. 244. 340. 561. 992.

b. *Autem* fere post primam notionem enunciationis ponitur, sic IV, 312. 551. 1058: hinc *autem*st momen amoris. VI, 323. nonnunquam tertium locum occupat, sic V, 22. VI, 408, quartum adeo IV, 969 nos agere hoc *autem*. Coniungitur cum particula copulativa *et* I, 1010: *et* quod inane *autem* est finiri corpore cogit, cf. Hand. Tursell. I, p. 583. De *neque autem* v. § 8.

c. *Sed* simpliciter ex adverso ponit aliam sententiam alii, sic I, 320. IV, 1063. V, 171. 264. 982. VI, 517. Exaggeratur sententia, quae in superioribus prolata est, coniunctione *sed* II, 7 Suave - suave etiam — *sed* nil dulcius est etc. Saepius contra ea, quae in superioribus dicta sunt, coërcentur et limitantur quasi hac particula. Sic I, 877. IV, 1084. V, 339. 532. 826. VI, 448. Idem fit praegressa negatione adeo ut nonnunquam prior sententia prorsus tollatur. Sic I, 69. 98 (non — sed). v. 123. 148. 166. 248. 1084: *non* omnia corpora fingunt in medium niti, *sed* terrarum atque liquoris. II, 4 *non* quia *sed* quia. Similiter VI, 73 *non* quo — *sed* quia. II, 512: quae quoniam *non* sunt, *sed* rebus reddita certa finis utrimque tenet summam. v. 791. V, 62. 548. 955. 974. 1025. 1203. VI, 41 non — sed. v. 755. IV, 1074 sed potius. IV, 986: non — solum sed vero. Coniungitur etiam cum *tamen*, ut fiat *sed tamen*, quod legitur I, 833. II, 541. 907. III, 261. 553: *sed tamen* in parvo linguntur tempore tabi. Lachm.: „In his qui *Sed tamen* ferre nolunt imperiti sunt: nam tamen in parvo tempore est fere in tempore quamvis parvo." IV, 689. V, 104. Compluribus vocabulis interpositis I, 140: *sed* tua me virtus *tamen* etc.

d. *Tamen* ex adverso ponitur sententiae concessivae, quae exprimitur particulis *si, nisi, quamquam, quamvis, cum*. Saepissime enunciatio, quae antecedit, elata est quidem sine his particulis, sed semper tamen sententia concessiva ex ea erui potest. Nonnunquam in unam notionem coniungitur cum particulis *etsi, si, cum, dum* non mutata significatione.

α) *si* — *tamen* I, 578. II, 673. III, 842—845 *si* — nil *tamen* est ad nos. v. 946 sq. IV, 502. 1061 *si* — presto simulacra *tamen* sunt. V, 196 (quod si — tamen).

β) *sin* — *tamen* III, 760 sq.

γ) *etsi* — *tamen* V, 1156 sq.

δ) *nisi* — *tamen* VI, 591.

ε) *quamquam* — *tamen* VI, 82. Memorabilis est locus I, 734—740, ubi antecedit *tamen*, sequitur deinde enunciatio concessiva per *quamquam* elata, denique post eam *tamen* repetitur.

ζ) *quamvis* — *tamen* I, 347. 388. 399. 621. II, 178. III, 308 sq. 705 sq. IV, 428.

η) *cum* — *tamen* I, 726: quae *cum* magna modis multis miranda videtur — nil *tamen* hoc habuisse viro praeclarius — videtur. II, 310.

θ) Sententia antecedens per se habet vim concessivam. I, 267. 302. 498. 703. 880. II, 348 et 908 et VI, 613 post imperativum, qui vim habet concessivam. II, 371: postremo quodvis frumentum non *tamen* omne quique suo genere inter se simile esse videbis. II, 544. III, 593. 1091 (licet — condere — *tamen*). VI, 620 sqq. licet quamvis — delibet ab aequore partem: largiter in tanto spatio *tamen* auferet undis. IV, 329. 635. 988 (videbis — cum iacebunt, in somnis sudare *tamen* etc.). v. 991. 1188: ne quiquam, quoniam tu animo *tamen* omnia possis protrahere in lucem. v. 1285. V, 531. 918. 922. VI, 454. 532. 680. 704. Interdum enunciatio participialis solvi potest per particulam concessivam, sic II, 264 abl. absolutus. II, 890 una *mixta tamen* nequeunt etc. VI, 301 vis *missa* sine igni igniscat *tamen* etc.

ι) I, 120 coniunctim dicitur *etsi* praeterea *tamen* esse Acherusia templa Ennius — exponit.

κ) *si tamen* I, 682. V, 83. VI, 59.

λ) *cum tamen* II, 29. 71. VI, 140. 678, inverso ordine *tamen cum* V, 179. 518: est — uti possit — *tamen cum* lucida signa ferantur. v. 1088 muta *tamen cum* sint.

μ) *dum* — *tamen* V, 1429 *dum* plebeia *tamen* sit, quae etc.

ν) Ad collocationem quod attinet, plerumque secundum locum obtinet, et his quidem in locis: I, 302 *(quae tamen)*. v. 880 *(quod tamen)*. v. 347. 703. 726. 734. 740. II, 178. 310. 348. 544. 908. III, 845. 947. IV, 329. 428. 635. V, 196. 918.

922. 1088. 1157. VI, 301. 454. 532. 680. Ab initio orationis positum est I, 578. 621. II, 673. 890. III, 308. 706. IV, 502. V, 479. 518. VI, 591. 613. Tertio loco I, 388. III, 593. 1091. IV, 991. 1061. VI, 704. Quarto I, 267. 498. II, 264. IV, 988. 1188. V, 531. Quinto denique I, 399. IV, 1285. VI, 622.

o) De compositionibus *nec tamen, et tamen, at tamen, sed tamen, verum tamen* vide in his particulis.

e. *Verum* I, 402: multaque — possum — commemorando — fidem conradere nostris. *verum* animo satis haec vestigia — sunt. v. 684. 822. II, 1018. III, 152. IV, 241. 677. V, 330. Saepe ponitur praegressa negatione. Sic I, 895 (non — verum). v. 902. III, 99. IV, 741. VI, 704. III, 609 sq. nec — verum. IV, 267. VI, 100. 710: neque — *verum* aliquid genere esse ex hoc quod contigit ei scimus. Sic Marullus pro *utrum*. IV, 73 sq. non solum verum. *Verum tamen* in apodosi positum est II, 695 sqq.: sic aliis in rebus item communia multa multarum rerum cum sint primordia, *verum* dissimili *tamen* inter se consistere summa possunt.

11. *Coniunctiones disiunctivae*. a. *Aut*. α) Per duplex *aut* — *aut* necessitas absolutae disiunctionis exprimitur et aequa est oppositionis ratio. (Verba sunt Handii in Tursell. I, p. 531). I, 381 sq. II, 84 sq. V, 215 sq. 651—654. 658—660. VI, 105 sq. 579.

β) Eodem modo ter positum est *aut* I, 440 sqq. IV, 1135—1139. 1245 sq.: *aut* non tam prolixo provolat ictu *aut* penetrare locos aeque nequit *aut* penetratum aegre admiscetur muliebri semine semen. V, 682—701. 858.

γ) Quae in *aut* — *aut* aequa ratio conspicitur, in *aut* semel posito iniqua est (Hand. p. 535). I, 222: quae res diverberet ictu *aut* intus penetret. v. 228. 240 minus *aut* magis indupedita. V, 572 plus *aut* minus. II, 436 sq.: quae in corpore natast *aut* iuvat egrediens genitalis per Veneris res. v. 782. III, 551: manus *aut* oculus nares*ve* seorsum. Sic Lachm. pro *atque*. sic infra v. 616 in capite *aut* pedibus manibus*ve*. IV, 327: quinque etiam *aut* sex ut fieri simulacra suërint. *Aut* addidit Lachmannus. Sic v. 577 sex etiam *aut* septem. v. 1024. 1072. 1152: nisi — praeter mittas animi vitia — *aut* quae corpori' sunt eius, si quam petis ac

vis. Sic Lachm. pro *ulque*. V, 515. 892. 913. 1026. 1061 metus *aut* dolor. v. 1068. 1071 cum deserti baubantur in aedibus, *aut* cum plorantis fugiunt summisso corpore plagas. v. 1159. 1331. VI, 87. 106. 114. 162 lapis *aut* ferrum. v. 191. 281: inde ubi percaluit gravida, *aut* vis ignis et acer impetus incessit cett. Sic Lachm. pro i. u. p. gravis ventivis igni impetus incessit. v. 383. 514. 657. 746. 897: quo cum conveniunt *aut* in taedai corpore adhaerent. *Aut* prima manu non habet oblongus.

δ) Hoc usu potest etiam secundum et tertium *aut* subiungi. II, 437 sq., v. Pollium Philol. XXVI, p. 316, ubi tria membra subiecta sunt alteri *vel*. V, 135 in capite *aut* umeris *aut* imis calcibus esse. v. 142 sq.: putribus in glebis terrarum *aut* solis in igni *aut* in aqua durare *aut* altis aetheris oris.

ε) Utraque forma, et duplicata et simplex, assumit ad sensum magis declarandum particulam *etiam*, diciturque *aut etiam*. — Lucretius usurpat *aut etiam* in transitu ad aliam argumentationem antecedentibus oppositam. Sic Handius p. 555, qui affert IV, 935: propterea que fere res omnes *aut* corio sunt *aut etiam* conchis *aut* callo *aut* cortice tectae, item I, 1012: ipsa modum porro sibi rerum summa parare ne possit, natura tenet quae etc. — *Aut etiam* alterutrum, nisi terminet, alterum eorum etc. Vide de hoc versu Lachmannum. Adde V, 352 sqq. aut — aut — aut etiam. VI, 1197 sq.: octavoque — lumine solis *aut etiam* nona reddebant lampade vitam. Sic correctores veteres pro *aut*.

b. *Vel. Vel — vel* I, 834: augmine *vel* grandi *vel* parvo denique. II, 435 sq. Quater positum est V, 963–965. Simplex *vel* reperitur V, 595. 766. Intensivam habet significationem III, 353: *vel* manifestas res contra verasque repugnat. V, 383. 621 *vel* cum primis. De compositione *vel uti* v. cap. III B II c *α*.

c. *Ve. Ve — ve* positum est IV, 297 pilae*ve* trabi*ve*. Simplex *ve*, quo notio quaedam adiungitur alii notioni praegressae, his locis: I, 56 sq. unde omnis natura creet res — quo*ve* eadem rursum natura perempta resolvat. Seneca in ep. XCV hunc versum afferens Quo*que* eadem rursus. v. 410: quod si pigraris paulum*ve* abscesseris ab re. v. 709: umorem qui cumque putarunt fingere res ipsum per se, terram*ve* creare omnia. II, 1097 sqq. quis (potis est) — ignibus aetheriis terras suffire — omnibus in*ve* locis esse omni tempore presto. III, 34 et v. 769 quo*ve* modo, item

V, 71, ubi Nonius p. 415, 31 habet *Quoque*. III, 730: at neque cur faciant ipsae quare*re* laborent dicere suppeditat. v. 772. 872 flammis – malis*re* ferarum. v. 1085 sq. in dubiost fortunam quam vehat aetas, quid*re* ferat nobis casus qui*re* exitus instet. IV, 28. 488: an confutabunt nares oculi*re* revincent? v. 491 fervens*re*. v. 616. 634. 1139. V, 3 quis*re*. v. 28. v. 47 quid*re*, item VI, 29. V, 168. 174. 184. 776. 985: spumigeri suis adventu validi*re* leonis. Sic Lachm. pro validi*que*. in IV, 1016 pantherae morsu saevi*re* leonis. VI, 114: suspensam vestem chartas*re* volantes. Sic Marullus pro chartas*que*. v. 386. 533: quo pacto fiant qua re*re* creentur. v. 813: nonne vides audis*re*. Sic optime Itali pro *audire*.

12. *Coniunctiones causales*. a. *Enim* plerumque secundo loco enunciationis ponitur, sic I, 112: ignoratur *enim*. v. 232. 241: tactus *enim* leti cett. v. 304. 422. 641. 696. 1074. III, 6: quid *enim* contendat hirundo cycnis. v. 262: inter *enim* cursant primordia principiorum motibus inter se. Similiter VI, 332: inter *enim* fugit ac penetrat per rara viarum. III, 702: dispertitur *enim* per caulas. v. 802: quid *enim* diversius esse putandumst cett. IV, 145. 189. 671. 692. 748. 1068. 1229. 1272. V, 13. 148. 152. 165. 177. 269 percolatur *enim* virus. v. 275. 396. 407. 625. 717. 806. 820. 828. 963. 990. 1015. 1033. 1115. 1152. 1211. 1338. 1398. 1426. VI, 158. 189: contemplator *enim*. v. 222. 228. 360. 438. 481. 485. 542. 573. 635. 658. 685. Haud raro tamen etiam tertio vel posteriore loco. Sic I, 219: nulla vi foret usus *enim*. v. 680: nil referret *enim*. v. 699: quo referemus *enim?* v. 704: aequa videtur *enim* dementia dicere utrumque. v. 935 id quoque *enim*, item VI, 113. IV, 274 is quoque *enim*. v. 526: corpoream vocem quoque *enim* constare fatendum. VI, 116 fit quoque *enim*. v. 670 id quoque *enim* fit. II, 454: nec retinetur *enim* etc. v. 1147: omnia debet *enim* cibus integrare novando. v. 1153: haud opinor, *enim*, mortalia saecla superne aurea de caelo demisit funis in arva. III, 876: non, ut opinor, *enim* dat etc. v. 235: rara quod eius *enim* constat natura. v. 354: quid sit *enim* corpus sentire quid adferet umquam. v. 560: nec sine corpore *enim* cett. v. 756: quod mutatur *enim* dissolvitur, interit ergo. v. 790: quid si posset *enim?* cf. Lachm. V, 134: quid si posset *enim?* IV, 507: non modo *enim* ratio etc. V, 24. 669 multa videmus *enim*. Eadem leguntur

v. 849 et v. 1094. 977: a parvis quod *enim* consuerant etc. v. 1148. 1156: etsi fallit *enim* etc. VI, 368. 701: in summo sunt vertice *enim* crateres. Sic Turnebus in adversariis XXII, 19. VI, 1277: nec iam religio divom nec numina magni pendebantur *enim*. *Quippe* -- *enim* uno vocabulo interposito dictum est VI, 617: *quippe* videmus *enim* et v. 1020.

b. *Etenim* ab initio orationis positum est IV, 1076. VI, 133. 207: *etenim* cum sunt umore sine ullo cett. Reliquis locis secundo loco. Frequens est apud Lucretium coniunctio *quippe etenim*, sic I, 104. II, 547. 792. 1133. III, 440. 800: *quippe etenim* mortale aeterno iungere etc. IV, 728. 860. 901. V, 126. 240. 449. 1062. 1169. VI, 271. 938. 1235. Praeterea reperitur *etenim* III, 288: est *etenim* calor ille animo (sic recte Faber pro *etiam*). V, 632: flaccidiore *etenim* quanto iam turbine fertur cett. Sic Lachm. pro *etiam*, ne sit asyndeton. VI, 912.

c. *Nam* nihil memorabile praebet. Restitutum id est IV, 11: *Nam* vel uti pueris absinthia cett. *Ac veluti* Quintilianus, Nonius, Hieronymus, fortasse errore memoriae, quoniam illae particulae fere coniungi solent. V, 884: *nam* saepe etiam nunc — quaerat. *Nam* quadratus: oblongo et olim impressis abest. Pronomini interrogativo adnexum est *nam* I, 77 qua *nam* sit ratione. *Quia nam* pro *quoniam* scripsit Lachmannus I, 599, quem vide.

13. *Coniunctiones conclusivae.* a. *Ergo* ab initio orationis positum est I, 72. 364. 538. 619. II, 20. III, 455. IV, 886: *ergo* animus cum sese ita commovet etc. V, 1087. 1136. 1186. 1430. VI, 180. Postpositum est I, 964. IV, 806. VI, 1080: quid *ergo*? v. 1245: optimus hoc leti genus *ergo* quisque subibat, de quo loco vide Hand. Tursell. II, p. 448. De *ergo* in apodosi post *quoniam* v. § 1.

b. *Igitur* uno loco Lucretiano ab initio enunciationis positum est, III, 199, reliquis locis aut secundum aut tertium aut quartum locum occupat. I, 146: Hunc *igitur* terrorem — necessest — discutiant. v. 205. 248: haud *igitur* redit ad nilum res ulla. v. 262: haud *igitur* penitus pereunt. v. 277. 290. 309. 319. 328. 368. 381. 419: omnis, ut est, *igitur* per se natura duabus consistit in rebus. v. 510. 518. 548: sunt *igitur* solida primordia simplicitate. v. 574. 609. 675. 907. 958. 1002. 1081. II, 59.

203 Sic *igitur* etc. v. 916. III, 128 est *igitur* etc. v. 434. 506. 633: Haud *igitur* per se possunt sentire neque esse, scil. animae. v. 664. IV, 204: quid quae sunt *igitur* iam prima fronte parata? v. 842 haud *igitur*. v. 851. 865. 896. 1052 sic *igitur*. v. 1155. V, 49: haec *igitur* qui cuncta subegerit — nonne decebit etc. v. 273 nunc *igitur*. v. 279. 302. 373. 480. 495. 834. 1172. 1423. VI, 24. 39. 211. 262. 269. 317. 333. 362. 489. 543. 575. 665. 861 quae ratiost *igitur*? v. 596. 843. 895. 905. 1053 cogitur offensare *igitur*. Hand. Tursell. III, 185: „Quemadmodum *igitur* in apodosi usurpatur praemissa sententia conditionali, ita contrahitur oratio, et participio praecedente pónitur particula ad ipsum illud participium referenda. Lucret. II, 676 sqq.: cetera consimili mentis ratione *peragrans* invenies *igitur* multarum semina rerum corpore celare et varias cohibere figuras."

c. *Itaque* nunquam a Lucretio ab initio sententiae ponitur, sed aut secundo aut tertio aut quarto, semel (II, 569) adeo quinto loco. II, 600 saepe *itaque*, item III, 106. V, 1392. III, 629. 732. IV, 705 errant saepe canes *itaque*. v. 732 Centauros *itaque*. v. 978. V, 1141: Res *itaque* ad summam faecem turbasque redibat. v. 1392. VI, 690 fert *itaque* ardorem longe. Sic Lachm. pro *fert itque*.

14. *Particulae interrogativae*. a. *Ne* interrogativum. I, 907 iam*ne* vides igitur cett. V, 561 iam*ne* vides. IV, 785: omnia sub verbo*ne* creat natura —? IV, 206 Lachmannus scripsit Quo*ne* vides citius debere et longius ire cett. „*Quone citius eunt*, inquit, rectissime dictum est, ut nihil opus sit *Nonne* scribere cum correctore quadrati et Marullo: quod in oblongo solo, ante quam is corrigeretur, fuit *Quo neque*." IV, 1257 sqq. magni refert — crassa*ne* conveniant liquidis scribendum est cum Munrone pro *crassaque*.

b. *An* α) ponitur in enunciatione disiunctiva dubitationem vel interrogationem continente, sive ea est recta sive obliqua. In priore membro aut ponitur *utrum*, ut I, 956 sq. 971—973, cui simile est, si V, 1213 sqq. particulae *an* antecedit membrum eequae sit finis, aut nihil ponitur. Sic I, 113 sqq. ignoratur enim quae sit natura animai, nata sit, *an* contra nascentibus insinuetur, et simul intereat nobiscum morte dirempta, *an* tenebras Orci visat vastasque lacunas, *an* pecudes alias divinitus insinuet se. v. 853:

nam quid in oppressu valido durabit eorum, ut mortem effugiat, leti sub dentibus ipsis? Ignis, *an* umor, *an* aura? quid horum? sanguen, *an* ossa? (sic Lambinus). Si alterum membrum est negans, ponitur *necne*. IV, 381 sqq.: eadem vero sint lumina *necne*, umbraque quae fuit hic eadem nunc transeat illuc, *an potius* fiat paulo quod diximus ante, hoc animi demum ratio discernere debet. I, 954: nunc age, summai quaedam sit finis, *necne* sit, evolvamus. In recta adeo interrogatione positum est *necne* III, 713: Semina praeterea linquontur, *necne*, animai corpore in exanimo?

β) Sed ponitur *an* etiam in simplici dubitatione vel interrogatione, primo membro disiunctionis omisso, de qua re vide Hand. I, p. 304 sqq. 341 sqq. Sic IV, 469 sq.: Denique nil sciri siquis putat, id quoque nescit *an* sciri possit. v. 794.

γ) Antecedit nonnunquam alia interrogatio, qua, quid vel cur aliqua res sit quaeritur. Tunc posito *an* adiicitur per coniecturam aliena et contraria sententia (sic Handius p. 352). III, 772 sq.: *quidve* foras sibi vult membris exire senectis? *an* metuit conclusa manere in corpore putri — ? IV, 482 sqq.: quid maiore fide porro quam sensus haberi debet? *an* ab sensu falso ratio orta valebit dicere eos contra, quae tota ab sensibus orta est? VI, 396 sq. 400 sqq. 410 sqq. ubique antecedunt interrogationes per *cur* formatae.

δ) Possunt plures interrogationes aequales coniungi, per quas oratio uno tramite producitur. In iis quum nulla insit oppositio, *an* plus semel ponitur, tamquam ἀσυνδέτως (Hand. p. 355). IV, 486 sqq.: *an* poterunt oculos aures reprehendere, *an* aures tactus? *an* hunc porro tactum sapor arguet oris, *an* confutabunt nares oculive revincent?

ε) *Anne* legitur IV, 781.

15. Haec hactenus de iis coniunctionibus, quae in enunciationibus primariis ponuntur. Ex iis, quae in secundariis usurpantur, spectemus primum temporales.

a. *Donec*. I, 222: *donec* vis obiit. v. 900. II, 276. 949. 1130. III, 656. IV, 431. 996. V, 176. 178. 687. 877. 1357. 1457. VI, 120. 203. 458: usque adeo donec. v. 1015. Forma *donique* reperitur II, 1116. V, 708 (sic quadratus hic et alibi et paulo post v. 723 uterque). v. 997.

b. *Dum* I, 659 ardua *dum* metuunt, amittunt vera viai. VI, 1167: (posses — tueri) corpus, ut est per membra sacer *dum* diditur

ignis. L. „Corrector oblongi *cum* diditur. *dum* servandum erat: ut est sacer ignis, *dum* per membra diditur.“ .

c. *Quom*. II, 929 terram tempestivos *quom* (sic Lambinus) putor cepit ob imbris. III, 1068, v. Lachm. V, 1082 oblongus *quom*, eiusdem corrector *cum*, quadratus *quo in*. VI, 302 *cum* pro *dum* Lachm., quem vide.

d. A *cum* formatum est *cumque*, de cuius significatione vide Hand. Tursell. II, 173. Coniungitur autem semper cum relativis, a quibus per tmesin saepe dirimitur. Per se enim, non relatum ad relativum quamquam poni posse censuit Handius p. 374, tamen recte hanc sententiam reiecit Lachmannus ad V, 311, afferens locum II, 721, ubi pro ita cumque necessest — constare recte scripsit Marullus *quamque*. Restat unus locus II, 114: contemplator enim, *cum* solis lumina *cumque* inserti fundunt radii per opaca domorum, ubi tamen *cumque* simpliciter pro *et cum* positum est. Alia afferam exempla particulae. I, 177: *quod cumque* creatur. v. 225: *quae cumque* vetustate amovet aetas. v. 262: haud igitur penitus pereunt *quae cumque* videntur. v. 322 *quae cumque* dies — rebus — tribuit. v. 325: nec porro *quae cumque* aevo macieque senescunt. v. 440: praeterea per se *quod cumque* erit, aut faciet quid cett. v. 507: qua cumque. v. 508: *qua* porro *cumque* tenet se. v. 1076: motus *qua cumque* feruntur. v. 1111: nam *qua cumque* prius de parti corpora desse constitues. II, 21: pauca videmus esse opus omnino, *quae* demant *cumque* dolorem. v. 404: *quae* amara atque aspera *cumque* videntur. v. 461. 865: Nunc ea *quae* sentire videmus *cumque* necessest ex insensilibus tamen omnia confiteare principiis constare. III, 27 quae cumque, item IV, 438. V, 426. 857. III, 550 alii sensus *qui* vitam *cumque* gubernant. IV, 1083: *quod cumque* est. v. 1230: *quod cumque* creatur. V, 275: *quod cumque* fluit de rebus. v. 289: terraque inumbratur *qua* nimbi *cumque* feruntur. v. 903: quod cumque. v. 1252 *qua cumque* e causa. VI, 84: sunt tempestates et fulmina clara canenda, [quid faciant et *qua* de causa *cumque* ferantur]. v. 500 aquam, *quae cumque* in nubibus extat. v. 738 Averna tibi *quae* sint loca *cumque* — expediam. v. 959 *quae* iaciuntur corpora *cumque* ab rebus. v. 1033 *qui* post est *cumque* locatus.

16. Coniunctio comparativa *ceu* invenitur III, 456. IV, 56 robora *ceu* fumum mittunt. V, 1131. Coniungitur etiam cum *si*,

IV, 617 sqq.: sucum sentimus in ore, cibum cum mandendo exprimimus, *ceu* plenam spongiam aquai *si*quis forte manu premere ac siccare coëpit. VI, 160 sqq. fulgit item. nubes ignis cum semina multa excussere suo concursu: *ceu* lapidem *si* percutiat lapis aut ferrum.

17. *Coniunctiones causales.* a. *Quia* I, 169. 203. 221. 244. 373. II, 3. 4. 393. III, 365: neque enim, *quia* cernimus ipsi. ostia suscipiunt ullum reclusa laborem (sic Lachm. pro *qua*). v. 492: ni mirum, *quia* vis morbi — turbat. v. Lachm.: „horum pars in proximis ita repetitur, Exprimitur porro gemitus, quia — et Desipientia fit, quia. IV, 370. 1081: *quia* non est pura voluptas. v. 1242. 1266. V, 352. 357. 599: ex omni mundo *quia* sic elementa vaporis undique conveniunt. *qua* olim impressi et Marullus. v. 636. 654 Aut quia. Quadratus Autque via. v. 660. 682. 696. 701. 826. 1189. 1351. 1432. VI, 73 non quo — sed quia. v. 232. 311. 349. 353. 448. 570. 662: ni mirum. *quia* sunt multarum semina rerum. Sic corrector oblongi pro *qui*. v. 741. 841. 883. 898: *quia* multa quoque i[illegible] semina habent ignis. Sic recte Marullus pro *qui*. v. 909. *propterea quia* invenitur II, 72. IV, 1220. V, 658. 920. VI, 97. 462.

b. *Quoniam*. I, 4: per te *quoniam* genus omne animantum concipitur. v. 21 *quoniam* — gubernas. v. 32. 111. 208. 265: *quoniam* docui. v. 303. 339. 345. 362. 525. 562. 569. 581. 584. 599. 607. 623. 626. 1020. 1083. II, 37. 83. 92. 378. 790. 795. 808. 963. III, 31. 203. 548. IV, 470: id quoque nescit an sciri possit, *quoniam* nil scire fatetur. Sic quadratus. v. 498. 752. 933. 1110. 1133. 1188. 1244. V, 138. 235. 258. 388. 573. 772. 796. 822. 846. 1131. 1363. VI, 43. 377. 625. 631. 932.

c. *Quippe* α) solum positum I, 151: *quippe* ita formido mortalis continet omnis. v. 167. 775. II, 871. 983. III, 190. IV, 530. 664. 771. 925. 987. V, 899. VI, 546. 910. β) De coniunctionibus *quippe — enim* et *quippe etenim* v. § 12 a et b. γ) Coniungitur cum pronomine relativo *qui* III, 1062 (quippe — qui), saepius cum adverbio relativo *ubi*. I, 182: *quippe ubi* nulla forent aeterno corpore. v. 617: *quippe ubi* dimidiae partis pars semper habebit dimidiam partem. v. 990: *quippe ubi* materies omnis cumulata iaceret. IV, 434. V, 1158. δ) *quippe — cum* legitur VI, 1180.

18. *Coniunctiones conditionales.* a. *Si.* Conditionali enunciationi alia enunciatio conditionalis subiuncta est I, 968–970. I, 1057 enunciatio ipsum *si* quicquam in se sistere credis apta est ex *dicunt*, v. Lachm., qui comparat IV, 364: Umbra videtur item nobis in sole moveri et vestigia nostra sequi gestumque imitari: aëra *si credis* privatum lumine posse indugredi motus hominum gestumque sequentem. III, 210: *si* possit conglomerari. v. 861: misere *si* forte aegreque futurumst (sic Lachm. pro *miserest*). v. 910: ad somnum *si* res redit. IV, 514: normaque *si* fallax rectis regionibus exit. v. 1009. 1061: nam *si* abest. v. 1152: *si* quam petis ac vis. v. 1170: cetera de genere hoc longum est *si* dicere coner. V, 195: Quod *si* iam rerum ignorem primordia quae sint. Sic Marullus pro *quod iam*. In II, 177 Nam quamvis. V, 881: potestas hinc illinc partis *ut si* par esse potissit. Sic Lachm. pro par vis ut non sit pars esse potissit. VI, 375: nec mirumst, in eo *si* tempore plurima fiunt fulmina. Sic corrector quadrati pro nec mirumst in eos tempore.

b. *Sin* I, 437. 770. III, 717. 760 Marullus *sin* pro *sic*.

c. *Si non* I, 176. 203. 342. 515. II, 24. 40: *si non forte* ... cum videas . . tum . . effugiunt. III, 746. 781: si non forte etc. v. 946 si — non = etiamsi non. IV, 500. 812: *si non* advertas animum. v. 1070: *si non* prima novis conturbes volnera plagis. v. 1199: nec ratione alia volucres — maribus subsidere possunt, *si non* ipsa, quod illorum subat, ardet abundans natura. V, 38: *sei non* victa forent. v. 186. 210. 1046: *si non* alii quoque vocibus usi inter se fuerant. VI, 268. 321: prius in cursu *si non* accenditur igni. Sic Itali pro *in cursus non*.

d. *Nisi* I, 239 *nisi* materies aeterna teneret. v. 264: nec ullam rem gigni patitur, *nisi* morte adiuta aliena. v. 304 tangere enim et tangi, *nisi* corpus, nulla potest res. v. 615. 690: neque ullam rem — constare *nisi* ignem. v. 805. 809. II, 389. 936: nec quicquam commutari *nisi* conciliatum. Sic scribendum cum Goebelio qu. Lucr. p. 15. III, 950: quid respondemus, *nisi* iustam intendere litem naturam. sic Marullus pro *si*. supra v. 771 oblongus si erit consors pro *nisi*. IV, 236. 802. 1205. V, 43. 276. 349: nec ratione alia mortales esse videmur, inter nos *nisi* quod .... aegrescimus. v. 552. 560: quid potis est *nisi* vis animi. v. 1447. VI, 68. 264. 941: nil esse in promptu *nisi* mixtum corpus inani.

Sic corrector oblongi pro nihil esse in promptum si corpus mixtum inani.

e. *Ni* I, 379: *ni* spatium dederint latices? III, 286: ut quiddam fieri videatur ab omnibus unum, *ni* calor ac ventus seorsum seorsumque potestas aëris interemant sensum. V, 207. 293.

f. *Nive* II, 734: *nive* alium quemvis, quo sunt inbuta colore, propterea gerere hunc credas, quod cett., v. Lachm.

g. *Quasi*. α) coniungitur cum verbo finito, et quidem cum coniunctivo, ut positum sit pro *quam si, ut si*. IV, 995: fugae *quasi* dedita cernant. v. 1016 sq. V, 729 *proinde quasi* id fieri nequeat quod pugnat uterque. VI, 434. 516 sq. *quasi* — cera liquescat. v. 971: effluat ambrosiae *quasi* vere et nectari' linctus.

β) Ponitur in contracta enunciatione relatum ad unam notionem. I, 947 = IV, 22. I, 1085: et *quasi* terreno quae corpore contineantur. II, 69. 79. 135. 152: aërias *quasi* dum diverberet undas. v. 291: et devincta (sic Briegerus Philol. XXIV, 3, p. 439) *quasi* cogatur ferre patique. III, 131. 595. IV, 190. 989. 1022: *quasi* mentibu' capti. v. 1035: *quasi* transactis omnibu' rebu'. V, 287. 299. 360. 496. 665. 710. 778. VI, 22. 142. 282. 344. 445. 482. 493. 571.

γ) Hinc fit, ut obscurata significatione coniunctionis *si* plane pro *ut* positum videatur. Duobus locis respondet ei *item* adverbium. III, 493: agens animam spumat, *quasi* in aequore salso ventorum validis fervescunt viribus undae. V, 549: certaque pars eius, *quasi* nobis membra, videntur. VI, 877: *quasi* saepe gelum — mittit. v. 1032: trudit et inpellit, *quasi* navem velaque ventus. II, 453: namque papaveris haustus *item*st facilis *quasi* aquarum. IV, 161—163 sibi respondent *quasi* — *sic* — *item*.

δ) *quasi si* dictum est IV, 1014: *quasi si* iugulentur ibidem.

h. In disiunctione ponitur *sive, seu*. α) *Sive* vel *seu* bis vel saepius si ponitur, componuntur membra aequalia, quod fit, ubi dubitatur, quid inter complura, quae fieri possunt, verum sit. I, 977—979 sive — sive. III, 251: *sive* voluptas est *sive* est contrarius ardor. v. 521 sq.: ergo animus *sive* aegrescit, mortalia signa mittit, uti docui, *seu* flectitur a medicina. IV, 1053 sq. *sive* puer membris muliebribus hunc iaculatur *seu* mulier toto iactans e corpore amorem. v. 1232: *sive* virum suboles *sive*st muliebris origo. V, 519—523 *sive quod* — *sive* aliunde fluens — aër versat agens

ignis; *sive* ipsi serpere possunt. v. 575 sq. sive — sive. v. 1244 sqq. seu — sive — sive — sive. VI, 1018 sive — sive.

β) Semel si ponitur, eadem ratio intercedere potest inter duo membra, atque antea, ubi in priore membro *sive* omissum esse dicere potes, sed saepius membra non sunt aequalia et corrigit quasi *sive* notionem antea prolatam. Hoc si fit, nonnunquam adduntur *potius, adeo potius, etiam potius.* I, 861: *sive* cibos omnis commixto corpore dicent esse. v. 955: quod inane repertumst *seu* locus ac spatium. VI, 1003. III, 133. 554 sqq.: sic animus per se non quit sine corpore et ipso esse homine, — *sive* aliud quid vis *potius* coniunctius ei fingere. I, 1019: *sive adeo potius* numquam concreta creasset ullam rem. IV, 356: sive etiam potius.

Index.

A.

A, ab p. 52—55.
Abhinc 11.
Ablativus absol. 13. Abl. cum *insuper* 158. cum *intus* ib.
Abnuere cum acc. c. inf. 131.
Aborisci 121.
Absterrere ne 146.
Abstracta pro concretis 1. in plurali 2 sq.
Abundare c. abl. 15.
Abuti c. abl. 21.
Accedit uti 143.
Accus. graecus 30. Accus. c. inf. 128 sqq. Acc. cum *insuper* 158.
Acherunte 8.
Ad 69—72.
Adde quod 34. repetitum 142.
Adduci ut 145.
Adeo 30.
Adgredi c. inf. 128.
Adhuc 169.
Adiectiva 150—152. in praedicato 116 sq.
Adire c. acc. 35.
Adoriri c. inf. 127.
Adsimulare c. dat. 45.
Adstare alicui 44.
Adulant 118.
Adultus 121.
Adverbia in praedicato 117 sq. Adv. modi 23—28. Adv. loci 157—160. temporis 160 sq. Alia adverbia 161—164. Adverbia negativa 164—169.
Adversum, adversus 72.
Adversus (adiect.) c. dat. 42.
Aemulus c. dat. 42.
Aequare c. dat. 45.
Age 161.
Agere intrans. 119.
Alienus c. dat. 42. c. gen. 50.
Alio 157.
Aliquis 111.
Aliquot 114.
Aliunde 7.
Alius 112 sq.
Alter 112.
Alterutrum 112.
An 191 sq.
Animum advertere aliquid 38. animi fallit 49. animus et animi 1.
Anne 192.
Ante 72 sq. ante ire alicui 45.
Ante hac 10. 72.
Appositio 1.
Apisci, aptus c. acc. 37. aptus ex aliqua re 60.
Apud 73.
Asyndeton 153 sq.
At 183—185. at contra 74.
Attractio pron. relat. 109. in praedicato 117. in numero verbi 149.
Atque, ac 176 sqq.
Augere c. abl. 14.
Aut 187 sq.
Autem 185.
Avere c. inf. 127.
Avidus c. gen. 50.

B.

Bini 115.

C.

Callere c. inf. 127.
Carere c. abl. 14.

Cassus c. abl. 15.
Causa 21.
Cavere aliquid 38. cavere ne 146.
Celare c. duplici acc. 38.
Certare c. inf. 133.
Cervicem, cervice 2.
Cessare c. inf. 133.
Ceu 193 sq.
Circum 73.
Citra 74.
Citro 157.
Cluere 3. 119.
Coercere intrans. 120.
Cogere c. inf. 126. seq. *ut* 145.
Collectiva 1. 2. cum plur. verbi 149 sq.
Collocatio verborum 155—157.
Communis c. dat. 42.
Comparationes 4.
Complere c. gen. 51.
Conari c. inf. 125.
Concedere cum acc. c. inf. 130.
Concretus 121.
Conferre aliquid alicui rei 45.
Confugere cum acc. c. inf. 131.
Coniugatio periphrastica 138.
Coniungere aliquid aliqua re 17. cum aliqua re 56.
Conminuere intrans. 120.
Conqueri cum acc. c. inf. 131.
Consecutio temporum 138 sq.
Consimilis c. gen. 50.
Consistere aliqua re 17.
Constare aliqua re 16.
Consuescere trans. 120. cum inf. 132 sq. consuetus 121.
Contendere alicui 40. c. inf. 127.
Contra 74.
Convenit impers. 120. cum acc. c. inf. 132.
Corda 3.
Creber pro adv. 151.
Cretus 121.
Cum praep. 55—57.
Cum (quom) coniunctio 193. cum ind. 141. cum coni. 146 sq. postposita 156.
Cumque 193.
Cupido alicuius rei 51.
Cupidus c. gen. 50. c. gen. gerundii 135.
Cur 161.
Curare ut 144. c. ne 146.

D.

Damnare c. gen. 50.
Dativus c. inf. 125.
De 57—60.
Decet cum acc. c. inf. 132.
Declinare trans. et intrans. 119.
Deditus c. dat. 41. in aliqua re 93.
Deducere c. abl. 4.
Defessus cum inf. 132.
Deficere c. acc. 38.
Deinde 11.
Denique 160.
Deorsum 7.
Deponentia 120 sq.
Desinere c. inf. 127.
Desistere cum inf. 133.
Differre c. dat. 45.
Diffidere c. dat. 39.
Dignari c. inf. 127.
Dignus c. abl. 15.
Dispertiri pass. 122.
Dissimilis c. dat. 45.
Dissolvere c. abl. 4.
Domi 9.
Donare c. abl. 16.
Donec 192. postpositum 156.
Donique 192.
Dubitare c. inf. 128. cum acc. c. inf. 131.
Dum 192 sq. cum coni. 147.
Duplex 115.

E.

E, ex 60 sqq.
Ea propter 84.
Ecquae 110.
Effetus 121.
Efficere seq. *ut* 143.
Egenus c. gen. 50.
Egere c. abl. 14. c. gen. 50.
Ellipsis pron. *is* 104. verborum 122 sq.
Eluere intrans. 120.
Enim 189 sq.
Enunciationes 153—155. En. secundariae 154 sq.
Eo 30.
Ergo c. gen. 47.
Ergo coniunctio 190.
Erumpere cum abl. 4. trans. et intrans. 119.
Esse cum duplici nom. 3. ellipt. 115 sq. est imperson. 120. seq. *ut* 143.
Et 170—174.
Etenim 190.
Etiam 182.
Exaequare c. acc. 37. c. dat. 45.

Exalare c. acc. 36.
Exinde, exim 11.
Exire c. abl. 4. c. acc. 35.
Experiri c. inf. 128.
Expers c. abl. 15. c. gen. 50.
Exsolvere c. abl. 4.
Extemplo 11.
Extra adv. 10. praep. 74.
Extrinsecus 7.

F.

Facere cum acc. c. inf. 130. seq. *ut* 144.
Fere 161.
Fieri cum duplici nom. 3. fit ut 143 sq.
Foras 157.
Forsitan 161.
Forte 21.
Frui c. abl. 21. c. acc. 37.
Frustra 162.
Fugere, fugitare c. inf. 127.
Fulgit 120.
Fungi c. acc. 37.
Futurum 138.

G.

Geminare intrans. 119.
omne genus, quod g. 30.
Gerundium et gerundivum 133—136.

H.

Habeo dicere 128.
Hac 10.
Haut (haud) 165 sq.
Haut quaquam 10.
Hic adverb. 9.
Hic pron. demonstr. 105 sq.
Hilum 32.
Hinc 6.
Huc 157.
Hyphen 83. 118. 165.

I.

Iam 160.
Ibi 160.
Ibidem 160.
Ibus 103.
Id quoque = quin etiam 104.
Idem 105. c. dat. 45.
Ideo 162.
Igitur 190 sq.
Ignarus c. gen. 50.
Ille 106.
Illic adverb. 9.
Illic pron. 106 sq.
Illinc, illim 7.
Imbibere c. inf. 127.
Imperare cum acc. c. inf. 131.
Imperfectum 137.
Impersonalia activa 120. passiva 122.
In 85 sqq.
Incedere alicui 45.
Incidere alicui rei 44.
Inclinare trans. et intrans. 119.
Incomitatus 121.
Incumbere alicui rei 44.
Incurrere alicui rei 44.
Inde 5 sq.
Indignari c. inf. 127.
Indignus c. abl. 15. c. inf. 132.
Indigus c. abl. 15. c. gen. 50.
Indu 100.
Indugredi, ingredi c. acc. 34 sq.
Inesse 9.
Inferne 157 sq.
Infinitivus perfecti 138. Inf. in indignatione 133.
Infra adv. 10. praep. 74.
Ingratis 23 sq.
Inimicus c. dat. 42.
Inire c. acc. 35.
Inlicere seq. *ut* 138.
Inmittere alicui rei 45.
Inpedire c. inf. 133.
Inpendēre c. acc. 35. inpensa = quae inpendent 121.
Inridere c. acc. 36.
Inrumpere intrans. 119.
Insinuare c. acc. loci 29. cum dat. 44. trans. et intrans. 119.
Insitus alicui rei 44.
Instare alicui 44. c. inf. 127.
Instituere c. inf. 128.
Insuescere c. acc. 37. 120. cum inf. 128. 133.
Insuper 158.
Intendere c. inf. 127.
Inter 74—77.
Inter dum 74.
Interea 160.
Interrogationes disiunctivae 191 sq.
Interutrasque 158.
Intra adv. 10. praep. 77.
Intrare c. acc. 36.
Intrinsecus 7.
Introrsum 158.

Intus 158.
Invadere c. acc. 35.
Is ea id 103 sq.
Itaque 191.
Item 25 sq.
Iterum 162.
Iungere aliquid aliqua re 17. alicui rei 44. cum aliqua re 56.
Iuxtim 158.

L.

Licet cum acc. c. inf. 132. seq. coni. 146.
Lugere aliquid 34.

M.

Magis 26.
Manere c. acc. 37.
Meditata pass. 121.
Meminisse c. acc. 37. c. gen. 50. c. inf. 127.
venit in mentem c. gen. 50.
Metuere c. inf. 128. seq. *ne* 146.
Minari cum acc. c. inf. 130.
Mirari cum acc. c. inf. 131. mirandus 133.
Mirum 115. mirumst si cum ind. 140 sq.
Miscere aliquid aliqua re et alicui rei 19. 44. cum aliqua re 55.
Misereri c. gen. 50.
Miseret c. gen. 50. personale 120.
Mittere c. inf. 127.
Moderari c. dat. 41.
Modo 162.
Monere c. inf. 128.
Morari c. acc. 36. trans. et intrans. 119.
Movere loco 4. movere in activo 118. 120.
Mutare intrans. 119.
Mutua 34.

N.

Nam 190.
Ne coni. seq. coniunctivo 146.
Ne adverbium negativum 164.
Ne particula interrogationis 191.
Nec, neque 166—169.
Necesse, necessum 117. necessum intestinum 150. necesse est cum acc. c. inf. 131 sq. cum coni. 146.
Necne 192.
Nedum 146.
Neque (nec) uter 112.
Neutrum adiectivorum 152.
Neve, neu 146.
Ni 196.
Ni mirum 164.
Nihil, nil 114.
Nisi 195 sq.
Niti c. abl. 21. in aliqua re 90. c. inf. 133.
Nive 196.
Noctu 11.
Noenu 165.
Nominat. absolutus 3 sq. cum inf. 124 sq.
Non 164 sq.
Nostri 103.
Nullus 113.
Numerus innumerus 150.
Numquam 160.
Nunc 13.

O.

Ob 77.
Obire c. acc. 35.
Oblivisci c. gen. 50.
Obsistere alicui rei 45.
Obstare alicui 44.
Obvius c. dat. 45.
Occurrere alicui rei 44.
Officior 122.
Operam dare c. inf. 133.
Opus est c. nom. 3. c. abl. 16.
Orbus c. abl. 15. c. gen. 50.

P.

Par est cum acc. c. inf. 132.
Parare se, paratus c. inf. 133.
Parcere in aliquem 100. c. inf. 127.
Parenthesis 153.
Pariter cum 56.
Parte 9.
Particeps c. gen. 50.
Participare aliqua re 19.
Participium 154 sq. in periphrasi cum *esse* 117.
Particulae 157 sqq.
Partim 162.
Partit 118. partiri pass. 122.
Passiva verborum 122.
Pati cum acc. c. inf. 130.
Pavitare aliquid 34.
Penes 77.

Penetrare c. acc. 37 sq. in aliquid 98. trans. et intr. sign. 118. penetrat impers. 120. cum acc. c. inf. 132. penetratus sign. depon. 121.
Penitus 7.
Per 77 sqq.
Perfectum 137 sq.
Perfungi c. abl. 21. c. acc. 37.
Pergere c. inf. 125.
Periri 122.
Perquam 33.
Perrumpere trans. et intrans. 119.
Persaepe 161.
Pessum 29.
Petere c. inf. 127.
Plenus c. abl. 15. c. gen. 50.
Plerumque 31.
Plusquamperfectum 138.
Porro 153 sq. tum porro 12.
Possum ind. 140. potissit et potesse 117. potestur 122.
Post 83.
Post hac 10. 83.
Post loca hyphen 83. 118.
Postulare cum acc. c. inf. 131.
Pote 115.
Potens c. gen. 50.
Potentialis 137. 142.
Potiri c. acc. 37. c. gen. 50.
Potis 116.
Prae 67.
Praecipitare trans. et intrans. 119.
Praedicata attributivorum 115 sqq.
Praeditus c. abl. 17.
Praesens 136 sq.
Praesertim 162.
Praestare alicui 44.
Praeter 83 sq.
Praeterea 162 sq.
Praeterire c. acc. 35.
Presto (praesto) 162.
Principio 11.
Privare c. abl. 14.
Pro 67 sq.
Pro quam 67 sq.
Probare cum acc. c. inf. 131.
Procul 159.
Prohibere c. inf. 127.
Proinde 26 sq.
Prope adv. 10 sq. praepos. 84.
Proporro 154.
Propter 84.
Propterea 163.
Prorsum 163.
Prorumpere intrans. 119.
Pugnare c. inf. 127.

Q.

Qua 9 sq.
Quaelibet una 112.
Quaerere c. inf. 126.
Qualis 114.
Quam 32 sq. postpositum 155.
Quamvis cum ind. 140. cum coni. 147.
Quando 12. quandoquidem ib. postpositum 157.
Quantulus 114.
Quantus 114. quantus quantus ib.
Quare 21.
Quasi 196.
Que 174—176.
Queatur 122.
Qui pron. relat. 107—109.
Quia 194. postpositum 157.
Quid acc. 34.
Quidam 111.
Quidem 163.
Quin coni. cum coniunctivo 146. adverbium 163.
Quippe 194. quippe ubi cum ind. et coni. 148.
Quis (qui) quae quid pron. interr. 110.
Quisquae quid pron. indef. 110 sq.
Quisquam 111.
Quisque 111 sq.
Quisquis 109 sq.
Quivis 112.
Quo adv. loci 30 sq.
Quo (quanto) magis — tam magis 32.
Quo ad 31.
Quo minus 14.
Quod coniunctio 34. postposita 156.
Quod genus (est) 115.
Quod nunc = nunc autem 10 s.
Quod super est 102. 108. 153.
Quoniam 194. postpositum 156.
Quoque 182 sq.
Quot 114.
Quotus 114.

R.

Ratio est ut 145.
Refert cum nominat. 3. c. gen. pretii 49. nil refert cum acc. c. inf. 132. magni refert ut 144.
Reflexit intrans. 119.
Reflexiva significatio passivorum 122.

Relativa cum coniunctivo 147 sq.
Relinquere c. inf. 128. cum acc. c. inf. 130.
Remensumst pass. 121.
Remittere c. inf. 127.
Remorari intrans. 119.
Reperiri cum duplici nom. 3.
Retro 159.
Reparcere c. inf. 133.
Ruere transit. et intrans. signif. 118.
Rumpere trans. et intrans. signif. 119.

S.

Saepe 160 sq.
Scatere c. gen. 51.
Scilicet 163 sq. cum acc. c. inf. 131.
Scire c. inf. 128.
Secretus c. abl. 4. c. gen. 50.
Secundum 84.
Sed 185.
Seiungere c. abl. 4.
Semper 161.
Seorsum, seorsus, sorsum 7 sq.
Sequi c. acc. 38. sequitur cum acc. c. inf. 132.
Si 195. postpositum 156 sq. si non 195.
Sic 27.
Similis c. dat. 45. c. gen. 50.
Simul 161.
Simulare c. dat. 45.
Sin 195.
Sine 68 sq.
Sinere cum acc. c. inf. 130.
Sistere intrans. 119.
Sive, seu 196 sq.
Socius cum dat. gerund. 135.
Solacia somni 51.
Soliti sumus signif. praesentis 138.
Solvere c. abl. 4. de aliqua re 57.
Spoliare c. abl. 14.
Sponte 22.
Sterilus c. abl. 15.
Studere cum acc. c. inf. 128.
Suadere cum acc. c. inf. 129.
Suave 115.
Sub 100 sq.
Subesse alicui rei 45.
Subigere c. inf. 125. 133.
Subire c. acc. 35.
Subitam significatione deponentiali 121.
Sublime 29.
Subsistere alicui rei 45.
Subter 102.
Succedere alicui rei 45.
Suescere cum inf. 132.
Suetus 121.
Suffundere aliquid aliqua re 18.
Super 101 sq.
Superare c. dat. 43. intrans. 119.
Superne 157 sq.
Supinum in *u* 22.
Suppeditare alicui 45. trans. et intrans. signif. 119.
Supra, supera adv. 10. praep. 84 sq.
Sursum, sursus 159.
Suspirare cum acc. c. inf. 131.

T.

Tam 32.
Tam quam 32.
Tamen 185 sq.
Tantundem 114.
Temptare c. inf. 128.
Tenere intrans. 120. tenere ne 146.
Tenus c. gen. 51.
Terraque marique 8. 176.
Tmesis 68. 157. 193.
Tot 114.
Totidem 114.
Totiens 161.
Tŏtus 114.
Tōtus 114.
Trahere intrans. 120.
Trans 85.
Transire c. acc. 35.
Triplex 115.
Tum 12.
Tunc 12.
Tute, tutemet 103.

U.

Ubi 159 sq. postpositum 157.
Ullus 113.
Ultra adv. 10. praep. 85.
Una 11. una cum 56.
Unde postpositum 156.
Unus 114 sq.
Usque 164. usque eo 30. usque adeo 30. usque quo 31.
Usus est c. abl. 16.
Ut adverb. 27 sq. postpositum 155 sq.
Ut seq. coniunct. 143 sqq. postpositum 156.
Uter 112.

Uterque 112.
Uti c. abl. 21.
Utilis c. dat. 43.
Utraque 8.
Utrimque 7.

V.

Vagari 120 sq.
Variare trans. et intrans. 119.
Ve 188 sq.
Vel 188.
Velle cum acc. c. inf. 128. cum coni. omisso *ut* 146.
Vereor ne 146.
Vero 24.
Vertere intrans. 120.
Verum 187.
Vesci c. abl. 21.
Videlicet 164. cum acc. c. inf. 131.
Videre ne 146.
Viduare c. gen. 50.
Vincere cum acc. c. inf. 131.
Vix 165.
Vociferari c. acc. 38.
Volvendus 133.

LIPSIAE, TYPIS METZGERI & WITTIG.

DE CASVVM SYNTAXI LVCRETIANA

I

SCRIPSIT

CAROLUS I. HIDÉN
MAG. PHILOS.

VENIA
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
ACADEMIAE ALEXANDREAE
P. P.

IN AVDIT. HIST. PHILOL. DIE XXIX M. MAI
H. A. M. S.

HELSINGFORSIAE
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA I. SIMELII HEREDVM
1896

Carmen T. Lucretii Cari, quod de rerum natura inscribitur, cum iam aliquot ante annis admodum diligenter examinare coepissem, quantum non solum singulari rerum proprietate et ubertate, verum etiam eximia puri atque integri dicendi generis venustate excelleret non potui non ignorare. Atque idem animum adverti quam multa apud Lucretium exstarent, quae, etsi ab usu et indole linguae latinae non abhorrerent, sermoni aureae quae vocatur aetatis scriptorum aliquantum discreparent. Verum in locutionibus explicandis vel recte intellegendis grammaticos consulenti haud raro accidit, ut frustra reverterem, neque me fugit in philosophica doctrina Lucretii potius versatos esse viros doctissimos quam sermonis poetae proprietatibus investigandis examinandis enucleandisque operam dedisse, quamquam ad singulos dicendi generis usus illustrandos complures summa diligentia atque industria multa contulisse videbam. Quare accuratius ut in sermonem Lucretii inquirerem cum impulsus essem, casuum syntaxim Lucretianam ideo mihi tractandam suscepi, quod ab illis qui de casuum apud Lucretium usu disputarunt alia vel omissa vel non satis luculenter explanata, alia parum recte explicata et perspecta non poteram non animadvertere.

Atque illorum qui in syntaxi Lucretiana elaboraverunt necesse est primum commemoremus Fr. Guilelmum Holtzium, quem libro suo, qui Syntaxis Lucretianae lineamenta inscribitur, quamvis multa non sine diligentia copiose illustraverit, casuum doctrinae in exemplis disponendis adferendis explicandis nondum satisfecisse non dubito quin omnes concedant. Cuius cum opera plerumque niterentur alii commentatores, factum est ut, si quae manca et mendosa ab eo prolata essent, ea deinceps ita a ceteris iterarentur. Deinde ut complures omittam de quibus postea mentionem faciam, nuper Ioannes Meissner dissertatione Quaestiones ad usum casuum obliquorum

Lucretianum pertinentes tractavit, qui quidem, cum ablativi et accusativi usum admodum accurate examinaverit, ceteros casus leviter attigerit, neque omnia absolvit exempla neque in singulis casuum generibus recte mihi egisse videtur. Tum Guilelmus Ebrardus libello, quem de ablativi locativi instrumentalis apud priscos scriptores latinos usu conscripsit, permultis exemplis Lucretianis ieiune enumeratis multa reliquit quae mentione essent digna neque ullam de sermonis Lucretiani natura propriam sententiam protulit [1]).

Quibus ex causis de casuum syntaxi Lucretiana disserere non ineptum neque ad sermonem scriptorum latinorum illustrandum inutile putabam. Quam rationem in libello conficiendo consecutus sim, priusquam ad ipsam rem aggrediar, paucis exponere mihi liceat. Atque cum de casuum usu disputare in animo haberem, quid de casuum primaria vi ac significatione senserint grammatici, adnotare et examinare decrevi, ut quid ipse probarem patefieret, praesertim cum in singulis casuum generibus constituendis non ubique grammaticorum rationes secutus et perspicuitati et casuum propinquitati consulere conarer. His igitur rebus, ut ait Lucretius, subiunctis suppositisque uniuscuiusque casus apud Lucretium usum examinare illustrare ponderare conabor. Atque ne quis nesciat, qua ratione in locis adferendis usus sim, id egi ut omnia exempla quam accuratissime colligerem et exscriberem, cum in hac re ab aliis saepe peccari cognovissem — nisi forte prorsus similia essent proxime allatis neque ad sermonem Lucretii illustrandum valerent, quae nudis numeris satis habui adnotare.

Restat ut dicam me in locis adferendis editione Lachmanni usum esse, quacum editiones Bernaysii Briegeri Munronis diligenter contuli, ut quid verum esset atque Lucretio dignum cognoscerem et adnotarem [2]). Atque Munronem in primis

[1]) Draegerum consulere operae pretium non duxi, quoniam ex editione Lucretii nescio qua obsoleta pauca exempla et manca et mendosa attulit.

[2]) Bockemuelleri editionem nisi paucis locis ad usum meum non adhibui, quoniam cum Briegero et Hoerschelmanno eius in Lucretio emendando studia quam gravissime condemnantibus prorsus consentio.

in variis lectionibus signandis secutus sum, quippe qui summa diligentia mihi egisse videatur[1]. Denique mihi maxime profuisse confiteor eos qui ante me de casuum syntaxi Lucretiana scripserunt et eos qui casuum doctrinae illustrandae operam dederunt.

Quae de ablativi et genetivi usu Lucretiano conscripsi brevi typis mandabo.

[1] Brieger in prolegomenis unde varias lectiones habuerit miror, cum saepissime falsa editoribus tribui reperirem. Haec ut demonstrem, XXIV locos infra ita adferam, ut primum quae ab illo proferantur, deinde editorum scripturas proponam. I 834 *rerum quam dicit homoeomerian · · · putat* O Q Mr. — Munro: *quom;* 1114 *sis* B. *perdoctus* Lm. B. Mr. — Bernaysius: *sis. pernoscas.* Munro: *perductus;* II 27 *fulget auroque* Lm. Mr. — Lachmannus: *fulgenti auroque;* 428 *unde* Lm. B. — Lachmannus: *quaeque;* 467 *squalida sunt illis* etc. Lm. B. Lachmannus: *et leviter sunt aliunde;* 1034 *si sint obiecta* O Q vg. Lm. Mr. — Munro: *si nunc obiecta;* III 358 *multaque · · · quam pellitur ante* Mr. — Munro: *multaque · · · quam expellitur ante;* 444 *usque liquescit* — adde Bernaysius; 553 *licuntur* Mr. Munro: *licuntur · · tabe;* 617 *pectore,* miro errore (sic!), Lm. B. — Lachmannus Bernaysius: *pectoris;* 658 *serpentis cauda procero corpore, utrumque* *Mr. — Munro: *serpentis cauda e procero* cet.; IV 81 *inclusa theatra moenibus* Mr. · · a re alienum. — Munro: *inclusa theatri moenibus;* 101 *ex imaginibus* Lm. B. — Lachmannus Bernaysius: *excita imaginibus;* 783 *terra est in corde* B. — Bernaysius: *terra in cordest;* 804 *nisi quae ex se* Lm. B. — Lachmannus Bernaysius: *nisi si quae ad se;* 1180 *missu* Lm. — Lachmannus: *ammissu;* VI 15 *cexare timore passimque · · cogi · · querellis* B. — Bernaysius: *vexare timore faustam atque* cet.; 47 *quoniam semel institui · · · currum ventosum* Lm. — Lachmannus: *quandoquidem semel* cet.; 519 *atque manere* B., quod vereor ut latinum sit. — Bernaysius: *at remanere;* 762 *ne forte his regionibus* Mr. — Munro: *ne forte his Orci regionibus;* 1012 *quod dico, ibus ex elementis* — addi oportet Munro; 1064 *magnesia flumina saxi* Wakefieldo assensus Lachmannus, oblitus, opinor, Lucretio simplicissima quaeque convenire, ut ipse dicit (sic!). — Lachmannus: *Magnesia flumine saxa;* 1106 *Brittanni* etc. — sc. Munro; 1199 *ibei* Mr. Lm. *ibi* B. — Lachmannus Bernaysius: *vix.* Munro: *ibei.* Sed longum est omnes errores persecutari. — Quae cum ita sint, nisi collatis editionibus Briegero confidere non oportet.

* stellula eos locos signavi ubi codicum scriptura corrupta est aut ab editoribus mutata.

· · · punctis nonnulla e poetae verbis a me omissa esse significavi

[ ] uncis verba loci explicandi causa adiecta inclusi.

O = codex oblongus, Q = codex quadratus.

Summarium.

Praemonenda. Pag.

De vi et usu casuum latinorum universe disputatur 3

Cap. I Nominativus.

§ 1. De vi et usu nominativi universe disputatur 6
§ 2. De nominativi apud Lucretium usu 6

Cap. II Vocativus.

§ 3. De vi et usu vocativi universe disputatur 10
§ 4. De vocativi apud Lucretium usu 10

Cap. III Accusativus.

§ 5. De vi et usu accusativi universe disputatur 12
§ 6. Accusativus loci 13
§ 7. Accusativus obiecti.
1. De origine atque natura accusativi obiecti 14
2. Accusativus obiecti externi.
A. Simplex accusativus 15
Addenda I. Accusativus substantivis et gerundiis appositus . 44
B. Duplex accusativus 45
Addenda II. Accusativus verbis passivis appositus 49
3. Accusativus obiecti interni 50
§ 8. Accusativus terminationis.
1. De origine atque natura accusativi terminationis 53
2. Accusativus mensurae 53
3. Accusativus temporis 54
§ 9. Accusativus adverbialis 55
§ 10. Accusativus exclamationis 60
Addenda III. 1. Accusativus cum praepositionibus coniunctus.
2. Accusativus cum infinitivo 61

Cap. IV Dativus.

§ 11. De vi et usu dativi universe disputatur 67
§ 12. Dativus finalis.
1. Dativus finalis loci 69

Pag.
2. Dativis finalis status 70
§ 13. Dativus acquisitionis 73
§ 14. Dativus possessionis 85
§ 15. Dativus commodi et incommodi.
1. De origine atque natura dativi commodi et incommodi . . . 91
2. Dativus commodi et incommodi 91
3. Dativus dynamicus 94
4. Dativus auctoris 99
5. Dativus relationis 102
6. Dativus ethicus 104
Addenda. 1. Dativus verbis compositis adscriptus. 2. Dativus adiectivis et adverbiis appositus. 3. Dativus substantivis subiunctus 105

Index librorum.

Editiones versiones cet.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Recognovit Jacobus Bernaysius. Lipsiae 1894.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex redigirt und erklärt von Friedrich Bockemüller. I, II. Stade 1874.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Edidit Adolphus Brieger. Lipsiae 1894.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Carolus Lachmannus recensuit et emendavit. Editio quarta. Berolini 1871.

Caroli Lachmanni in T. Lucretii Cari De rerum natura libros commentarius quartum editus. Berolini 1882.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex with notes and a translation by H. A. J. Munro. Fourth edition finally revised. Volume I: Text. Volum II: Explanatory notes. Volume III: Translation. Cambridge I—II 1886, III 1891.

Lucrèce. De la nature. Traduction nouvelle par M. Patin. Deuxième édition. Paris 1893.

Grammaticae dissertationes cet.

Griechische Grammatik Lautlehre, Flexionslehre und Syntax von Dr. Karl Brugmann. (Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft ··· herausgegeben von Dr. Iwan von Müller. Zweiter Band. Zweite neubearbeitete Auflage. München 1890. [Gr. Gr.]

Lateinische Schulgrammatik von W. Deecke Dr. Berlin 1893. [Gr.]

Erläuterungen zur lateinischen Schulgrammatik von W. Deecke Dr. Berlin 1893. E

Vergleichende Syntax der indogermanischen Sprachen von B. Delbrück. Erster Theil. Strassburg 1893. [Synt.]

Altindische Syntax von B. Delbrück. Halle a. S. 1888. A S.

Historische Syntax der lateinischen Sprache von Dr. A. Draeger. I, II. Zweite Auflage. Leipzig 1878, 1881.

Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache von Dr. Raphael Kühner. I. II. Hannover 1877—1879.

Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft von Christian Karl Reisig cet. Dritter Band. Neu bearbeitet von J. H. Schmalz und Dr. G. Landgraf. Berlin 1888.

Lateinische Grammatik (Laut- und Formenlehre, Syntax und Stilistik) bearbeitet von Dr. Friedrich Stolz und J. H. Schmalz. (Handbuch der klassischen Altertums-wissenschaft ... herausgegeben von Dr. Iwan von Müller. Zweiter Band. Zweite neubearbeitete Auflage. München 1890).

Lateinische Schulgrammatik von Prof. Dr. H. Ziemer. Elfte, gänzlich umgearbeitete Auflage der Schulgrammatik von Prof. W. Gillhausen. I. II. Berlin 1893. [Gr.

Junggrammatische Streifzüge im Gebiete der Syntax von Dr. Hermann Ziemer. Zweite Auflage. Colberg 1883. [Str.]

De casuum syntaxi Vergiliana Thesim facultati litterarum Parisiensi proponebat Ferd. Antoine. Paris 1882.

Lucretianae quaestiones grammaticae et criticae. Dissertatio inauguralis philologica quam ... publice defendet .. Rudolfus Bouterwek. Halis Saxonum 1861.

Studia grammatica. Commentatio academica. Scripsit ... O. A. Danielsson. Upsaliae 1879.

Der partizipiale Dativ des örtlichen und geistigen Standpunktes nach Ursprung und Gebrauch bei den lateinischen Schriftstellern von Chr. Hauser. Gymn. Programm Bozen 1878.

De praecipuarum praepositionum loci usu Lucretiano. Dissertatio academica quam ... publice defendet Ericus Hertz. Helsingforsiae 1891.

Syntaxis Lucretianae Lineamenta. Scripsit Fr. Guilelmus Holtze. Lipsiae 1868. [Lin.]

Syntaxis priscorum scriptorum latinorum usque ad Terentium. Scripsit Fr. Guilelmus Holtze. I, II. Lipsiae 1861, 1862. [Synt.]

Observationes criticae in Lucretii librum alterum quas ... scripsit Guilelmus Hoerschelmann. Lipsiae 1874.

De verborum cum praepositionibus compositorum apud Lucretium usu. Dissertatio inauguralis philologica quam · · · edidit · · Hermannus Keller. Halis Saxonum 1880.

De abundanti dicendi genere Lucretiano. Dissertatio inauguralis quam · · · in publico defendet · · Aemilius Kraetsch. Berolini 1881.

De figuris etymologicis linguae latinae. Scripsit Gustavus Landgraf. (Acta sem. phil. Erlangensis II pp. 1—69. Erlangae 1881). [Ed.]

Quaestiones ad usum casuum obliquorum Lucretianum pertinentes. Dissertatio inauguralis philologica, quam · · · scripsit Ioannes Meissner. Halis Saxonum 1891.

Dissertatio de formis antiquis Lucretianis quam · · · publice defendet · · Carolus Proll. Vratislaviae 1859.

Der Infinitiv bei Lucretius. Ein Beitrag zur Ergänzung von Drägers hist. Syntax von Dr. Emil Reichenhart. (Acta sem. phil. Erlangensis IV pp. 457—526. Erlangae 1886).

Die sogenannten syntaktischen Graecismen bei den Augusteischen Dichtern. Von Dr. J. Schäfler. Amberg 1884.

De gerundiis orationum Ciceronis. Scripsit Walter I. Suellman Helsingforsiae 1894.

De sermone Lucretiano. Dissertatio inauguralis quam scripsit · · · Carolus G. L. Staedler. Ienae 1869.

De carminis Lucretiani libro primo. Scripsit Henricus Stuerenburg. Lipsiae 1874.

De dativo verbis passivis linguae Latinae subiecto, qui vocatur Graecus. Scripsit Henricus Tillmann. (Acta sem. phil. Erlangensis II pp. 71—139. Erlangae 1881).

De Lucretii vocabulis singularibus. Dissertatio inauguralis philologica quam · · · publice defendet · · Carolus Wolff. Halae 1878.

De ceteris libris quos ad usum meum adhibui suis locis mentionem faciam.

PARS PRIOR.

NOMINATIVUS VOCATIVUS ACCUSATIVUS DATIVUS.

Praemonenda.

De vi et usu casuum latinorum universe disputatur.

In linguis indogermanicis octo casus: nominativum vocativum accusativum genetivum dativum instrumentalem localem ablativum antiquissimis temporibus usurpatos esse iam convenit inter omnes, qui casuum doctrinae pervestigandae operam navarunt. Namque octo casus ut omittam in lingua indica et in avestica fuisse, in eis quoque linguis, quibus minor casuum numerus proprius est, primitus plures adhibitos esse viri docti certissimis argumentis ostenderunt. In his enim linguis propter formarum similitudinem et significationum propinquitatem cum nonnulli casus evanuissent, factum est, ut casibus notiones admodum dissimiles exprimerentur. Quibus rebus evenit, ut in lingua latina sex numerarentur casus: nominativus vocativus accusativus genetivus dativus ablativus, cum sextus casus non solum ablativi proprii munere fungeretur, sed etiam localis et instrumentalis partes suscepisset.

Quae cum ita sint, in casibus latinis tractandis si quis paulo accuratius agere vult, nisi linguarum eiusdem stirpis ope non multum proficit. Nam maxime illustratam esse syntaxim latinam, ubi linguae indogermanicae inter se comparari coeptae sunt, nemo est quin concedat. Neque tamen viri doctissimi, quae sit vis et significatio primigenia casuum indogermanicorum, pro certo affirmare possunt, cum casuum suffixis qualis significatio tribuenda sit sciri nequeat. Illorum vero, qui casuum doctrinam tractarunt, haud pauci casus, cum locali significatione proprie essent praediti, ad notiones remotiores indicandas post usurpatos esse docuerunt, quam sententiam non omnibus probaverunt. Nam longe

plurimi grammaticorum qui nunc sunt alios casus locales fuisse, alios grammaticos quos vocant sibi persuasum habent. Sed longum est sententias perscrutari, quas de casuum significatione protulerunt viri doctissimi, cum tantum inter se differant, et postea de uniuscuiusque casus natura quid ipse sentiam fuse explicare conabor. Quare paucis exponere sufficiat, de casuum syntaxi Lucretiana disserens qua ratione usus sim.

Primum mihi persuasi casuum latinorum syntaxim nisi casibus linguarum cognatarum comparatis perspici non posse. Qua de causa in libello conficiendo quantum potui syntaxim comparativam B. Delbrueckii consului, quamquam haud paucis locis a viro illo doctissimo dissentire coactus sum. Neque praetereundum est me linguarum fenno-ugricae stirpis cognitione maxime adiutum esse, cum eae linguae — inprimis fennica lingua —, qua sunt casuum ubertate et formarum compositione, omnino ad casuum naturam et originem recte perspiciendam non nihil valeant [1]). Deinde casus indogermanicos, cum initio locali significatione usurpati sint, quo magis exculta et perpolita est lingua, eo saepius locali vi et significatione debilitata et amissa ad notiones grammaticas exprimendas adhibitos esse satis apparere existimo [2]). His igitur rebus commotus casus linguae latinae antiquitus ita usurpatos esse putabam, ut nominativus et vocativus rem tantum modo nominarent [3]), accusativus et dativus finem motus indicarent, localis et instrumentalis quasi tactum vel

[1]) Huc accedit, quod lingua fennica in casibus adhibendis cum latina lingua mirum in modum congruit, id quod postea ostendam.

[2]) De casibus indogermanicis M. Brealium in ephemeride Journal des Savants a. 1894 pp. 445—460, a. 1895 pp. 274—288, 457—471, 618—620 libros C. Brugmanni et B. Delbrueckii percensens eodem modo iudicavisse, atque equidem cogitavi, nuperrime summo gaudio vidi.

Cfr Ziemer Str. p. 40: So lässt sich die Genesis der Casus-Structuren auf räumliche Anschauungen ..... zurückführen.

[3]) Nominativo et vocativo sero demum formam a stirpe vocis differentem inditam esse ex casuum natura veri simile est.

coniunctionem significarent, ablativus et genetivus initium motus exprimerent, id quod infra tabula illustrare conatus sum [1]).



Qua quidem tabula quo modo casus linguae latinae et formarum et notionum similitudine inter se cohaereant aliqua saltem ex parte spero fore ut appareat. Nam casus ex initio vi et indole affines facile confundi posse nihil est cur miremur [2]). Atque primitus accusativum localem ablativum ad locales relationes indicandas aptiores, dativum instrumentalem genetivum — quos intra lineas collocavi — ad notiones sensu remotiores magis accommodatos fuisse vel inde concludi potest, quod illi casus cum praepositionibus coniungi solent, hi praepositionum usum fere omnino respuunt.

[1]) Cfr Deecke E. p. 328 § 248: An der ursprünglich räumlichen Bedeutung des Accusativs, Ablativs und Lokativs im Sinne der angegebenen drei räumlichen Hauptfragen zweifle ich nicht.

[2]) Hoc loco monendum est in casuum usu non solum analogiam, qua vocibus cognatae significationis idem apponitur casus, maximi esse momenti, verum etiam vocum differentiam non nihil valere, ubi vocibus significatione inter se contrariis casus idem adiungitur.

Cap. I.

Nominativus.

§ 1. De vi et usu nominativi universe disputatur.

Nominativi primum ea erat vis ac significatio, qua is, qui aliquid perfecit vel ex quo orta est actio, indicabatur, unde passivo genere in usum veniente factum est, ut nominativus personam vel rem actioni subiunctam exprimeret. Qua de causa nominativus casus subiecti grammatici iure dicitur. Tum nominativus verbis et intransitivis et passivis appositus praedicati nominis quod vocatur suscepit partes. Apud Lucretium quoniam nominativi usus ab vulgari scriptorum latinorum norma omnino non deflexit, pauca tantum ex scriptis eius adnotavi, quae mentione digna videantur.

§ 2. De nominativi apud Lucretium usu.

1. Primum animadvertendus est hic locus: I 455 *Servitium contra, paupertas, divitiaeque, Libertas, bellum, concordia, cetera quorum Adventu manet incolumis natura abituque, Haec soliti sumus, ut par est, eventa vocare*, ubi nominativus, quippe qui primitus rem nominaret, nulla enuntiati relatione vinctus in rebus enumerandis usurpatus est, cuius usus nonnulla apud poetas praecipue occurrunt exempla, de quibus videas Draegerum I p. 435, Schaeflerum p. 56, Munronem II ad h. l.[1]).

Huc accedit, quod Brieger nonnullis locis, ubi verborum contextus ab aliis aliter mutatus est, codicum scriptura servata anacoluthon exstare contendit p. XXI Lucretium in enuntiatis continuandis dicens multo propius ad Graecorum libertatem accedere quam quemquam alium poetam romanum. Quare *II 342, ubi Lachmannus, quem sequitur Bernaysius, scripsit *Pectoriant genus humanum mutaeque natantes Squamigerum pecudes et laeta armenta feraeque, Et variae*

[1]) Praeterea conferatur Holtzias Synt. I p. 28 sqq.

colucres . . . . .: Quorum animum quidvis generatim sumere pergc: Invenies tamen inter se differre figuris et Munro *Praeter eat genus humanum* et q. s. edidit, Brieger ad codicum scripturam *praetere* proxime accedens *Praeterea genus humanum* cet . . . . — *Quorum* cet. praebet. Cuius anacoluthi simillimum occurrere dicit cum Goebelio *IV 123 *Praeterea quae camque suo de corpore odorem Exprimit aerem, panaces, absinthia taetra, Habrotonique graves et tristia centaurea. Quorum animum quidvis leviter si forte duobus* * * *, de quo loco propter lacunam in codicibus exstantem nihil certi adferre licet. Praeter hos locos Brieger p. XXI adfert *III 1011 sqq., quos versus editores vario modo emendare conati sunt. Nam Lachmannus Bernaysio probante haec praebet: *Cerberus et furiae iam vero, et lucis egenus* (pro *egestas*) *Tartarus horriferos eructans faucibus aestus. Quid? neque* (pro *Qui neque*) *sunt usquam nec possunt esse profecto: Sed metus in vita poenarum pro malefactis Est insignibus insignis, scelerisque flagella, Carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum, Verbera, carnifices, robur, pix, lammina, taedae: Quae tamen etsi absunt, at mens sibi, conscia factis, Praemetuens adhibet stimulos terretque flagellis.* Munro vero, quoniam locum corruptum esse censet, post vocem *egestas* lacunae signo apposito *Qui neque* scripsit in interpungendo Lachmannum proxime secutus. Brieger codicum scripturis servatis lacuna post *egestas* signata et post *aestus* et post *taedae* anacoluthiae signum adiecit [1]).

Plane singularis est nominativi usus: I 655 *Id quoque, si faciant admixtum rebus inane, Denseri poterunt ignes rarique relinqui*, ubi Lachmannus ad VI 145 *id quoque* idem quod *quin etiam* valere dicit. Eandem scripturam coniectura restituit ille Bernaysio probante *VI 145 *Id quoque, ubi e nubi in nubem vis incidit ardens Fulminis, . . . continuo magno clamore fracidat*, quo loco codices exhi-

[1]) Brieger, ut est parum constans, post *insignis* in prolegg. comma cum puncto, in contextu comma praebet.

bent *fit quoque*, quod receperunt Munro Brieger, cum veteres editores secuti *at* post *continuo* scribentes *tracidet* ederent [1]. Praeterea in versus initio haec occurrunt verba, velut III *412 *Id quoque enim sine pernicie non fiet eorum* [2]); 512 *Id quoque praesagit mortalem vivere mentem.* Quibus locis apparet *id quoque* eodem modo quo locutiones *omne genus hoc genus quod genus* in initio versus a Lucretio usurpari. Neque praetereundum est *id genus*, cum apud alios scriptores non raro ea occurrat locutio, nuspiam apud Lucretium reperiri, cui eius generis locutiones maxime placuisse postea ostendam. Accedit, quod in initio versus saepe a Lucretio ponitur *idque* e. gr. III 140 *Idque situm media regione in pectoris haeret:* 145 *Idque sibi solum per se sapit: id sibi gaudet:* V 1434 *Idque minutatim vitam provexit in altum:* IV 1274 *Idque sua causa consuerunt scorta moveri*, de quo loco sub accusativo agam.

De locutionibus *omne genus hoc genus quod genus* videas, quae disseram sub accusativo adverbiali.

2. Deinde necesse est verba faciamus de structura quadam Lucretiana, cum saepe, quamvis paulum variet, nos offendat, neque ad locos quosdam recte intellegendos parvi sit momenti. Mos enim est Lucretii, ut veterem dicendi consuetudinem secutus nomen substantivum, ubi et primario enuntiato et secundario (relativo) commune est, in secundario enuntiato ponat, in primario pronomen demonstrativum usurpet aut ne pronomine quidem nomen illud significet. Haec ad antiquissimam illam structuram, qua nomen et in enuntiatione regente et in relativa positum est, alias spectare recte docent Draeger II p. 501 sq., Schmalzius p. 494 sq. alii [3], qui exempla plurima apud alios scriptores, apud Lucretium ne unum quidem invenerunt. Apud Lucretium haec collegi exempla, quae mentione digna videntur:

[1] Kraetschius p. 35 quoddam genus anacoluthiae subesse ratus codicum scripturam prorsus immutatam retineri vult, quod vix probari potest.

[2] Versum pro spurio habent plurimi editores.

[3] Cfr Ziemer Str. p. 71 sqq.

I 14 *ita capta lepore Te sequitur cupide quo quamque inducere pergis:* 170 *Inde cognoscitur atque oras in luminis exit, Materies ubi inest cuiusque et corpora prima:* 695 *Unde hic cognitus est ipsi quem nominat ignem:* II 1139 *Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo Sunt et cum externis succumbunt omnia plagis:* III 836 *cum · · · In dubio · fuere utrorum ad regna cadendum Omnibus humanis esset terraque marique:* 1039 *Denique Democritum post quam matura vetustas Admonuit memores motus languescere mentis, Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse;* IV 387 *Qua vehimur navi, fertur, cum stare videtur:* VI 266 *Nec tanto possent venientes opprimere imbri · · · Si non extructis foret alte nubibus aether:* 503 *Concipiunt etiam multum quoque saepe marinum Umorem · · · Cum supera magnum mare venti nubila portant.*

3. Tum Lucretius in comparationum posteriore membro post particulas comparativas *ceu quam ut* nominativo utitur, ubi secundum grammaticae legem qui in priore membro usurpatur casus poni debuit. Cuius usus quattuor occurrunt exempla:

III 425 *Principio quoniam tenuem constare minutis Corporibus docui multoque minoribus esse Principiis factam quam liquidus umor aquai Aut nebula aut fumus:* 455 *Ergo dissolui quoque convenit omnem animai Naturam, ceu fumus:* 614 *Non tam se moriens dissolvi conquereretur, Sed magis ire foras vestemque relinquere, ut anguis:* IV 698 *Deinde videre licet [odorem] minoribus esse creatum Principiis quam vox*[1]).

[1]) Ceterum de eiusmodi apud Lucretium locis velim conferas Reichenhartium p. 521.

Cap. II.

Vocativus.

§ 3. De vi et usu vocativi universe disputatur.

Vocativus casus, si quis vocatur aut compellatur, ita ponitur, ut cum enuntiato artiore relationis vinculo non cohaereat. Plerumque eadem forma est qua nominativus neque raro nominativus in ipsum proprii vocativi locum succedit, quo factum est, ut interdum uter casus usurpatus sit discerni non possit.

§ 4. De vocativi apud Lucretium usu.

1. Apud Lucretium in vocativo nulla interiectione praeposita ponuntur:

A. Substantiva.

a. nomina propria.

I 411 *Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi:* 1052 *Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi:* II 143 *paucis licet hinc cognoscere, Memmi;* 182 *Quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta:* V 93: 164: 867: 1282. — *II 1080 *in primis animalibus, inclute Memmi, Invenies sic montivagum genus esse ferarum:* hoc loco *inclute Memmi*, quae emendatio est Gronovii, pro *indice mente* receperunt Lachmannus Bernaysius Munro: Brieger Winckelmannum secutus *animalibus inice mentem* commate cum puncto post *mentem* posito edidit. V 8 *Nam si · · · Dicendum est, deus ille fuit, deus, inclyte Memmi.* — I 1 *Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas, Alma Venus, · · · Quae mare navigerum, quae terras frugiferentis Concelebras.* — VI 94 *Tu mihi · · · Currenti spatium praemonstra, callida musa Calliope, requies hominum divomque voluptas.*

b. nomina appellativa.

III 9 *Tu, pater, es rerum inventor.* — *III 954 *Aufer abhinc lacrimas, balatro, et compesce querellas*[1]). —

[1] *balatro* critici apud Turnebum, Heinsius, *ploratre* O Q.

I 6 *Te, dea, te fugiunt venti;* 26 *quem tu, dea, tempore in omni Omnibus ornatum voluisti excellere rebus;* 36 *Pascit amore avidos, inhians in te, dea, visus.* — I 12 *Aëriae primum volucres te, diva, tuumque Significant initum;* 28 *Quo magis aeternum da dictis, diva, leporem;* 38 *Hunc tu, diva, tuo recubantem corpore sancto Circum fusa super, suavis ex ore loquellas Funde* cet. cfr infra.

B. Adiectiva.

I 40 *Funde petens placidam Romanis, inclute, pacem;* III 10 *tuisque ex, inclute, chartis · · · Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.* — III 933 *Quid tibi tanto operest, mortalis · · ·?* — III 939 *Cur non · · · Aequo animo capis securam, stulte, quietem?* — III 1026 *Qui melior multis quam tu fuit, improbe, rebus.*

2. Vocativo adiungitur interiectio:

o.

III 3 *Te sequor, o Graiae gentis decus.* — V 1194 *O genus infelix humanum, talia diris Cum tribuit facta atque iras adiunxit acerbas!* — III 206 *Quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus Utilis inveniatur et opportuna cluebit.*

pro.

II 434 *Tactus enim, tactus, pro, divum numina sancta, Corporis est sensus:* 1093 *Nam pro, sancta deum tranquilla pectora pace Quae placidum degant aevom vitamque serenam* cet.

Cap. III.

Accusativus.

§ 5. De vi et usu accusativi universe disputatur.

Accusativi linguarum indogermanicarum qualis significatio fuerit primigenia nondum constat, quamquam multi multa hac de re in medium protulerunt. Namque alii omnibus casibus vim localem tribuentes, cum accusativo ad quam rem tendat actio proprie exprimi putent, varias structuras e locali notione profecti deducere atque explicare conati sunt, alii localem significationem pro recentiore habentes grammaticam, ut ita dicam, vim et notionem accusativo adscripserunt. Horum autem plurimi accusativum, quem verbalem potissimum casum esse nuncupant, artissime cum verbo contendunt coniungi, ut verbi notionem determinet vel illustret, cum dicunt, ut Delbrueckii verbis utar, accusativo eam rem indicari solere, quae et proxima et tota verbi actioni subiuncta sit; ceterum accusativum, cum illa sit natura, antiquissimis temporibus multo liberius usurpatum, postea usu et ratione cogente artioribus finibus circumscriptum esse nos moneant. Verum illi, etsi ad accusativi vim et indolem indagandam examinandam illustrandamque permulta contulerunt, reprehendendi ideo videntur, quod huius casus notionem tam incertam tamque vagam a sensibus prorsus remotam fecerunt. Qua de causa quae ab illis allata sunt etsi perscrutari ea atque refutare nolo, accusativo primitus aliam significationem fuisse, quae sensibus rem magis proponeret, mihi persuasi [1]). Ab hac sententia ne Delbrueckium quidem prorsus abhorrere inde concludere licet, quod accusativi genera ab locali usu orsus et in A S et in Synt.) tractavit, licet antea grammaticam notionem defenderit [2]). Atque eodem fere ordine quo ille varias structuras accusativi examinabo.

[1]) Accusativi usum e locali notione derivatum defendit Brealius l. l., inprimis t. a. 1895 pp. 274—288.

[2]) Ceterum conferatur Brugmannus Gr. Gr. p 200.

Conspectus accusativi Lucretiani.



§ 6. Accusativus loci.

Accusativo linguae latinae locum, quo tendit actio, post verba motum indicantia nonnumquam significari notum est. Atque hic usus in prisca latinitate rarus admodum apparet et ab optimis prosae orationis scriptoribus quam artissimis finibus est determinatus Poetae vero inprimis Augusteae aetatis eosque secuti posteriorum temporum scriptores locali usui maxime indulserunt, cum ad locutionis brevitatem persaepe valeret. Ab optimorum autem scriptorum dicendi genere minime deflexit Lucretius, quippe qui rarissime verbis motum indicantibus nudum accusativum subiungat.

Hoc tantum loco verbo simplici adiungitur accusativus loci: VI 742 *E regione ea · loca cum venere volantes.* Altero loco IV 147 *ubi aspera saxa Aut in materiam ligni percrebuit* e more Lucretiano posteriori tantum membro praepositio adscripta est.

Accedit hic locus, ubi exstat *pessum*, quod in adverbium paene abiit: * VI 589 *multae per mare pessum Subsedere suis pariter cum civibus urbes*[1]).

Praeterea animadvertendum duco ne unum quidem

[1]) *pessum* Niccolius cum correctore quadrati pro *possum* scripsit.

accusativum supini apud Lucretium occurrere, quamquam ab aequalibus eius nullo modo evitatur. Quod ad hunc locum attinet I 795 *quoniam quae paulo diximus ante In commutatum veniunt*, quem adfert Kuehner II 1 p. 549, ut praepositiones cum supini quoque formis coniungi ostendat. Munro in commentariis ad h. l. itemque Wolffius p. 25 *commutatus*, quod ἅπαξ λεγόμενον esse constat, idem valere docent atque *commutatio*, cum Lucretius permulta quartae declinationis vocabula in *-us* desinentia pro substantivis in *-io* exeuntibus usurpet. Sed eadem res est, neque enim supina et substantiva actionis recte videntur discerni.

§ 7. Accusativus obiecti.

1. De origine atque natura accusativi obiecti.

Saepissime accusativus in linguis indogermanicis verbis apponitur, ut personam vel rem indicet, quae verbi actione proxime tangitur. Neque certis tantum verbis accusativum adiungi contendere licet, cum omnia fere verba, qualicumque sunt vi et indole, accusativum sibi adsciscere possint. Quare a vera ratione recedunt illi, quibus discrimen inter verba intransitiva et transitiva ita interponere placet, ut accusativum illis respui, his adscribi putent. Nam quae verba transitiva esse dicuntur, ea persaepe absolute usurpari, contra intransitiva cum accusativo coniungi necesse est animadvertamus. Atque exstiterunt qui unumquodque verbum, cum actionem per se perfectam atque absolutam exprimat, intransitive, cum actio accusativi determinatione egeat, transitive usurpari posse dicant [1]. Quamquam multis causis factum esse, ut alia verba intransitivam, alia transitivam potissimum naturam acceperint, alia et intransitive et transitive usurpata sint, recte animum advertunt.

[1]) Transitivam significationem verborum ex intransitiva ortam esse, cum accusativus locali notione verbis intransitive usurpatis appositus sit, recte docet Brealius l. l. t. a. 1895, p. 286 sq.

2. Accusativus obiecti externi.

A. Simplex accusativus.

Iam diximus verborum latinorum, quamquam fere omnia et intransitive et transitive poni possint, alia transitiva vi, alia intransitiva fere semper occurrere, alia et intransitive et transitive usurpari. Sed a solutae orationis regulis cum saepe recedat sermo poetarum, non est mirandum Lucretium quoque libere interdum in verbis adhibendis egisse, id quod exemplis allatis spero fore ut eluceat.

Verum verba transitiva quae vulgo dicuntur quo modo apud Lucretium cum accusativis obiecti coniungantur accurate perscrutari equidem prorsus supersedeo, cum infiniti sit operis neque multa adnotatione digna inde redundare mihi persvasum sit. Sed dignum est quod commemoretur a Lucretio multa huius generis verba nullo accusativo addito, praesertim ubi ex antecedentibus accusativus subaudiri potest, absolute usurpata esse. Haec cum aliis quoque scriptoribus proprium sit, ut aliis tractanda relinquam, ea re commotus sum, quod iam Meissner fuse de his rebus egit p. 59 sqq.

De ceteris verbis disserens primum ea examinabo, quae quamvis saepius ad intransitivam notionem inclinent, nonnumquam accusativum obiecti sibi adsumunt, deinde ea persequar, quae, cum plerumque transitive usurpentur, alias intransitiva vi praedita exstant.

a. Verba intransitiva.

a[1]. Verba simplicia et cum eis composita.

α. Verba motus.

Primum nonnulla cum accusativo coniunguntur verba, quae motum indicant. E compluribus locis, quos cruce signabo, apparet in Lucretii quoque sermone quam prope ad localem originem accedant qui vocantur accusativi obiecti [1]).

cedere V 987 *cedebant · parentes Hospitibus sacris in-*

[1]) Cfr Hertzius pp. 47 sq. et 55 sq.

strata cubilia fronde. Intransitive saepissime usurpatur verbum.

† **accedere**. I 927 IV 2 *iuvat integros accedere fontis Atque haurire.* Cum *ad* praepositione: V 1199 *Nec pietas ullast velatum saepe videri Vertier ad lapidem atque omnis accedere ad aras.* Utroque loco verbum cum *accedere* coniunctum aliquantum ad structuram valere videtur. Praeterea saepe invenimus *hoc accedit uti . . .*: cfr Hertzium p. 48.

concedere. e. gr. II 541 *id quoque uti concedam:* III 540 *Quin etiam si iam libeat concedere falsum:* IV 1184; 1191; V 1358; 1371; VI 55 *quod Ignorantia causarum . . . Cogit . . concedere regnum.* Multis locis intransitivum exstat velut I 1076 *Omnis enim locus ac spatium . . . concedere debet Aeque ponderibus:* III 376; 962 cfr sub dativo.

incedere semper absolute usurpatur.

praecedere hoc loco accusativum adsciscit: IV 839 *Sed potius longe linguae praecessit origo Sermonem.*

currere intransitive ubique usurpatum inveni.

decurrere accusativum adsumit: IV 1196 *sollicitat spatium decurrere amoris:* ubi *spatium* ad similitudinem accusativi obiecti interni et accusativi mensurae accedit. Passive usurpatur: III 1042 *Ipse Epicurus it decursa lumine vitae.* Ceterum multis locis intransitive adhibetur, de quibus Kellerum videas p. 35.

percurrere. I 273 *Inter dum rapido percurrens turbine campos Arboribus magnis sternit:* 1003 *Quod [spatium] neque clara suo percurrere fulmina cursu Perpetuo possint:* IV 588 *quom Pan . . . Unco saepe labro calamos percurrit hiantis:* V 1221 *cum . . . magnum percurrunt murmura caelum:* 1407 *supera calamos unco percurrere labro:* VI 288 *altum Murmura percurrunt caelum.* Cum *per* praepositione coniungitur: VI 668 *Unde . quasi . . . Per . mare ac terras rapidus percurrere turbo.*

praecurrere. I 370 *Illud in his rebus ne te deducere vero Possit, quod quidam fingunt, praecurrere cogor. Illud*

utrum nominativus sit an ad *praecurrere* referri debeat vix discerni potest: cfr Munronem II ad h. l.

transcurrere. II 163 *Debent · · · Multiplex · loci spatium transcurrere:* IV 207 *Quone vides citius debere et longius ire Multiplexque loci spatium transcurrere.* Cum *per* praepositione: IV 192 *Qua propter simulacra · · · necesse est Inmemorabile per spatium transcurrere posse.*

† **intrare.** IV 660 *levissima corpora debent · caulas intrare palati.*

ire. I 1005 *Nec prorsum facere ut restet minus ire meando [possint]: minus* ab aliis pro accusativo, ab aliis rectius fortasse pro nominativo explicatur. Nam Reichenhartius p. 477, quocum facit Meissner p. 55, *minus* pro infinitivi obiecto habet, Brieger Ann. Burs. t. 63 p. 234 *minus* subiectum enuntiati esse contendit.

abire intransitive semper usurpatur.

† **adire** cum accusativo semper coniungitur: II 171 *mortalis quae suadet adire · · · dia voluptas:* V 616 *Quo pacto · · · Bramalis adeat flexus:* 1229 *Non dirom pacem cotis adit:* VI 75 *Nec delubra deum placido cum pectore adibis.*

exire, cum saepissime propria significatione servata intransitive cum ablativo nudo aut e praepositione pendente coniungatur, apud Lucretium sensu translato(= *eritare*) accusativum sibi adsumit: [1]) V 1330 *Nam transversa feros exibant dentis adactus Lumenta:* VI 1205 *Profluvium porro qui taetri sanguinis acre Exierat:* 1217 *at aerem exciret odorem.*

† **inire** transitive semper usurpatur: I 81 *ne forte reatis Impia te rationis inire elementa:* 638 *Heraclitus init quorum dux proelia primus:* III 681 *vitae cum limen inimus:* 984 *Nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentem:* IV 314 *cum propior caliginis aër Ater init oculos prior.*

† **obire** apud Lucretium accusativum adsumit non solum ubi sensu translato usurpatur, sed etiam ubi propria

[1]) Cfr Keller p. 13.

vis verbi servata est: IV *440 *Quae demersa liquorem obeunt*[1]; 965 *In somnis eadem plerumque videmur obire:* 967 *Indaperatores pugnare ac proelia obire:* 1020 *Multi mortem obeunt;* V 618 *Quo pacto ... Luna · mensibus id spatium videatur obire:* 1420 *Ut letum insidiis qui gessit primus obiret:* VI 1243 *pudor quem tum cogebat obire.* Accedunt formae passivae his locis: I 135 *Morte obita quorum tellus amplectitur ossa:* IV 734 *Quorum morte obita tellus amplectitur ossa.* Absolute usurpatur: I 222 *Donec eis obiit:* 247 *dum satis aeris Vis obeat:* III 1079 *Nec deciturl letum potest, quin obeamus:* IV 433 *in undis Sol fit uti videatur obire:* V 776 *Quoce modo possent effecto lumine obire.*

praeterire semper transitivum est: II 1103 *quod saepe nocentes Praeterit;* V 760 *Cum loca praeteriit flammis infesta per auras.* Praeterea passivae formae nonnullis locis exstant, de quibus conferas Kellerum p. 39 sq.

† **subire.** VI 1246 *Optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.* Altero loco *II 363 *Nec · salices atque herbae ... Fluminaque illa queunt ... solitamque avertere aquam* scripsit Lachmannus, ubi Munro Kellero probante recte codicum scripturam *subitamque*, quam formam passiva aut potius intransitiva significatione positam esse putat, permultis exemplis defendit, Bernaysius *dubitamque* coniecit, Brieger *subitoque*[2]).

superire uno loco cum accusativo ponitur: *III 1031 *qui ... Ac pedibus salsas docuit super ire lucunas*, quem versum Lachmannus tamquam spurium uncis inclusit. Munro Niccolium secutus *superare* nescio an recte ediderit, cum *superire* alias non inveniatur, Brieger cum Bernaysio versum immutatum recepit.

transire apud Lucretium sine ulla notionis differentia et transitive accusativum regit et intransitive cum praepositione coniungitur. Transitivum est: I 200 *qui pontum*

[1]) *liquorem* scripsit Lachmannus pro *liquore.*

[2]) *subidamque* scribi vult Aem. Baehrensius Arch. III p. 278.

per cuda possent Transire: *489 *Transit enim fulmen caelum, per saepta domorum Clamor it ac voces*[1]: II 386 *Dicere enim possis ... transire foramina quae nequit ignis Noster hic:* IV 147: 152: 459: 612: V 227: VI 349. Cum praepositione usurpatur: I 438 *nulla de parte quod ullam Rem prohibere queat per se transire meantem:* II 388 *Praeterea lumen per corpora transit:* IV 187 *Quae ... per · aëris interfluam Non dubitant transire:* 599 *quia vox per flexa foramina rerum Incolumis transire potest:* VI 228: 488: 948: 992. Praeterea passim absolute usurpatur.

ruere. I 272 *venti vis ... Ingentis · ruit navis;* *289 *ruitque ita quidquid fluctibus obstat*[2]; 292 *Quae ... trudant res ante ruuntque Impetibus crebris:* V 1325 *et terram minitanti fronte ruebant:* VI 726 *Cum mare permotum venti ruit intus harenam.* Intransitiva vi usurpatur: I 1105 *Nece ruunt caeli penetralia templa superne:* IV 403 *vix at iam credere possint Non supra sese ruere omnia tecta minari:* 507 *Non modo enim ratio ruat omnis:* 518 *Iam ruere ut quaedam videantur relle:* V 96: 307: 313.

corruere accusativum adsumit: V 368 *quae possint ... Corruere hunc rerum violento turbine summam.* Absolute usurpatur: VI 824 *Quo cum conruit.*

obruere cum accusativo coniunctum: V 412 *hominum multas quando obruit urbis:* 650 *At nox obruit ingenti caligine terras:* VI 264 *neque enim caligine tanta Obruerent terras:* 864 *Hoc ubi roriferis terram nox obruit umbris:* passive passim usurpatum est. Intransitive: III 775 *domus aetatis spatio ne fessa vetusto Obruat.*

subruere. VI 545 *Subter ubi ingentis speluncas subruit aetas.* Accedit forma passiva hoc loco: IV 866 *His igitur rebus rarescit corpus et omnis Subruitur natura.*

[1]) ita Lachmannus, cui adstipulatus est Bernaysius, codicum scripturam *caeli* et paulo post *ut* commutavit. contra Munro et Brieger ad librorum scripturam recedentes ediderunt: *Transit enim fulmen caeli per saepta domorum, Clamor ut ac voces.*

[2]) sic Lachmannus codicum scripturam *ruit qua quidquid* correxit. Munro *ruit qua quicquid* scripsit, Bernaysius *ruunt quae quidquid* proposuit, Brieger Lachmannum in textu sequitur.

* **scandere.** II 1123 *quae cumque vides . . . gradus aetatis scandere adultae.*

† **ascendere.** VI 469 *montis cum ascendimus altos.*

† **conscendere** cum accusativo ponitur: * VI 47 *Quando quidem semel institui conscendere currum*[1], intransitive semel item usurpatur: V 1297 *Et prius est armatum in equi conscendere costas.*

† **escendere** semel cum accusativo construitur: V 1301 *Et biiugos prius est quam bis coniungere binos Et quam falciferos armatum escendere currus.*

transcendere. III 60 *Quae miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.*

† **insistere.** I 406 *Cum semel institerunt vestigia certa viai. Sistere* autem ubique intransitive ponitur.

vegere. * V 532 *Quae vegeat motum signis*[2]*).*

venari. III 727 *Utrum tandem animae venentur semina quaeque Vermiculorum.*

vergere. V 1109 *Illi imprudentes ipsi sibi saepe venenum Vergebant.*

β. Verba quietis.

Deinde accusativum sibi adsumunt verba quibus quietis notio inest.

manere. II 1088 *Quandoquidem vitae depactus terminus alte Tam manet haec:* III 1091 *Mors aeterna tamen nilo minus illa manebit* sc. *te*; VI 565 *Et metuunt magni naturam credere mundi Exitiale aliquod tempus clademque manere:* 1201 *Posterius tamen hunc tabes letumque manebat.* Accedit III 1075, ubi forma gerundivi occurrit. Intransitiva significatione usitatum est verbum: I 457 *quorum Adventu manet incolumis natura abituque;* II 71; * 1072; III 58; 773; 793.

moderari cum accusativo semel ponitur: V 1298 *prius est . . . moderarier hunc [equum] frenis*, cum dativo semel quoque V 1312, cfr infra sub dativo.

[1]) Versus 47—49 in codicibus quam pessime corrupti sunt.

[2]) *vegeat* Gifanius rectissime, ut ait Lachmannus, pro *vigeat* scripsit.

morari transitiva significatione accusativum adsciscit: I 1044 *Cadere enim crebro possunt partemque morari:* II 233 *quia corpus aquae naturaque tenuis Aëris haut possunt aeque rem quamque morari:* IV 205 *Cum iaciuntur et emissum res nulla moratur:* V 91 *ne te in promissis plura moremur:* VI 245 *neque te in promissis plura morabor.* Contra absolute usurpatur: I 398 *quamvis causando multa moreris:* II 1068 *nec res nec causa moratur Ulla:* III 120 *fit uti . . . Saepe tamen nobis in membris vita moretur:* 127 *Noscere ut hinc possis . . . haec . . . curare in membris ut vita moretur:* IV 963 *quibus in rebus multum sumus ante morati:* VI 338 *Ut vementius et citius quae cumque morantur Obvia discutiat plagis:* 519 *Atque tenere diu pluviae longumque morari Consuerunt.*

remorari apud Lucretium sine accusativo reperitur II 75; 158; 564; IV 720.

consuescere. VI 397 *An tum bracchia consuescunt firmantque lacertos?* Ceterum participium *consuetus* (itemque *suetus*) multis apud Lucretium occurrit locis, de quibus conferas Holtzium Lin. p. 121, Munronem II ad II 363 et III 772.

insuescere. * IV 1282 *Ut facile insuescat secum nos degere vitam* scripsit Lachmannus ad lacunam supplendam *nos* post *secum* addito, rectius Bernaysio duce Munro Brieger *te secum* ediderunt.

mansuescere. * V 1368 *fructusque feros mansuescere terram Cernebant indulgendo blandeque colendo*, ubi Lachmannus codicum scripturam *terra* in *terram* correxit. Praeterea *suescere* et composita saepe apud Lucretium intransitive ponuntur; cfr Reichenhartium p. 475.

γ. Verba affectuum.

Tum accusativus adiungitur verbis quae affectum animi vel huius affectuum exprimunt.

indignari. III 870 *Proinde ubi se videas hominem indignarier ipsum.*

flere. III 934 vide infra.

deflere. III 906 *At nos · cinefactum te · · · Insatiabiliter deflerimus.*

gemere. V 1348 *Quam dare quod gemerent hostes.*

congemere. III 934 *quid mortem congemis ac fles?*

lamentari. III 952 *Grandior hic vero si iam senioque queratur Atque obitum lamentetur miser amplius aequo.*

lugere. III 886 *Qui possit virus sibi se lugere peremptum:* V 1139 *Et capitis summi praeclarum insigne cruentum Sub pedibus vulgi magnum lugebat honorem.*

pavitare. II 58 III 90 VI 38 *Quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura.*

† **inridere.** IV 1157 *Atque alios alii inrident.*

δ. Cetera verba quae in accusativi usu aliquid peculiare praebent.

Primum adferam verba fruendi et utendi [1].

frui. III 940 *Sin ea quae fructus cumque es periere profusa:* IV 1078 *Nec constat quid primum oculis manibusque fruantur:* 1095 *Nil datur in corpus praeter simulacra fruendum Tenvia.*

fungi. III 734 *Et mala multa animus contagibu' fungitur eius:* III 801: IV 947 vide postea sub acc. obiecti interni; V 358 *Quod manet intactum neque ab ictu fungitur hilum.*

perfungi. III 956 *Omnia perfunctus vitai praemia marces.*

potiri. II 653 *quia multarum potitur primordia rerum:* III 1038 *quorum unus Homerus Sceptra potitus eadem aliis sopitu' quietest:* IV 760 *certe ut videamur cernere eum quem Reddita pro vita iam mors et terra potitast.*

abuti. *V 1033 *Sentit enim vim quisque suam quo ad possit abuti* [2]. Contra Woelfflinus Arch. VII de abutendi verbo agens p. 427 accusativum ad *sentit* videtur referre.

[1] Cfr P. Langen Die Konstruktion von utor fruor fungor potior im älteren Latein. Arch. III pp. 329—336.

[2] *vim* libri olim impressi et Avancius, *vis* O Q praebent.

De his verbis cum aliis casibus coniunctis agam sub genetivo et ablativo. De locutione *usus est* conferas quae sub addendis disseram.

Accedunt haec verba:

officere, quamquam active cum accusativo non coniungitur, passivam formam praebet: II 156 *Qua propter . . . extra Officiantur*: IV 763 *quod omnes Corporis offecti sensus per membra quiescant*: V 776 *Quove modo possent offecto lumine obire*. Absolute usurpatur his locis: I 337 *nunquae officium quod corporis exstat, Officere atque obstare*: II 784 *Praeterea nil officiunt obstantque figurae Dissimiles*: IV 371 *qua eamque meantes Officimus*: V 718 *quod fertur et una Labitur omnimodis occursans officiensque*: VI 449 *quia . . . montis . necessest Officere in terris*: *755 *Sed natura loci ei ibus officit ipsa suapte*, de quo conferas sub dativo. Praeterea *I 977, ubi Lachmannus et Bernaysius praebent: *Nam sive est aliquit quod probeat efficiatque Quo minu' quo missum est veniat finique loceat se*. Munro et Brieger[1]) Gryphio et Lambino ducibus *officiatque* scripserunt.

nocere. III 823 *prius quam quid noceant sentire queamus*: V 38 *quid tandem vica nocerent?* VI 386 *Quidve nocere queat de caelo fulminis ictus*, nisi accusativus rectius pro adverbiali habendus est.

parcere. II 1163 *Usque adeo parcunt fetus augentque labore*. Hoc loco Brieger, quoniam *augent* intransitive poni posse negat Phil. XXV p. 90 sq., in versus fine *laborem* coniectura praebet. Verum e versibus antecedentibus inprimis vv. 1159 sq. *Ipsa dedit dulcis fetus et pabula laeta: Quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore* apparet poetam hoc quoque versu dicere voluisse arva ad fetus parce procreandos et augendos nisi labore hominum iam cogi non posse, cum antea sua sponte mortalibus omnia dederint. Nam Lucretius primum, uti paulo post s. v. *consentire* fusius ostendam, priori verbo accusativum accommodat qui

[1]) Brieger in prolegomenis *officiatque* defendere videtur, in textu *efficiatque* imprimi iussit. — Praeterea conferas Kraetschium p. 4 sq.

posteriori proprie subiungitur, deinde quae affirmando et quae negando eandem sententiam exprimant multis locis consociat velut IV 755 *quae videat aeque Nec minus atque oculi* et 1190 *si bello animost et non odiosa*[1]), tum ablativum saepe ad causam indicandam libere usurpat e. gr. I 209 *quoniam incultis praestare videmus Culta loca et manibus melioris reddere fetus* (cfr II 1165 *manuum · labores*). Quae cum ita sint, codicum scripturam ad totius loci sensum multo magis quadrare quam Briegeri coniecturam neque ullo modo a Lucretii sermone abhorrere pro certo habeo.

Deinde haec verba sentiendi proponam.

credere accusativum acquirit: I 1052 *Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi.* Altero loco, quem prave attulit Meissner p. 65, I 697 *Credit enim sensus ignem cognoscere vere, Cetera non credit* accusativum e *cognoscere* pendere cum Munrone puto. Huc accedit, quod passivum occurrit velut I 694 *unde omnia credita pendent:* IV 852 *Haec igitur possunt aliqui cognita causa Credier.* Intransitive dativo plerumque addito saepius ponitur, cfr sub dativo.

adcredere cum accusativo coniungitur hoc loco: III 856 *facile hoc adcredere possis.*

consentire. II 717 *Quae neque conecti quoquam potuere neque intus Vitalis motus consentire atque iuvari*, quo loco Meissner p. 57 Lachmannum secutus contra Holtzium Lin. p. 36 accusativum non solum ad *iuvari*, verum etiam ad *consentire* referri oportere recte docet, quod *consentire* idem valeat atque *una sentire*, quo sensu absolute usurpatur II 915: III 153: 169: 801. Et Lucretius, ubi duo verba, quae dissimiles casus regunt, inter se coniungit, quem casum posteriori accommodari proprie oportuit, eum ante prius verbum alias quoque apponit, velut I 927 IV 2 cfr p. 16: II 1163 cfr supra p. 23: III 355: VI 816: II 113 cfr sub dativo dynamico: VI 1036: I 514.

Tum verba quibus loquendi vel spirandi notio inest

[1]) Cfr Kraetschius p. 46 sq.

accusativum sibi adsciscunt, qui saepe ad accusativum obiecti interni prope accedit.

canere. V 327 *Cur · · · Non alias alii quoque res cecinere poetae?*[1]) Absolute usurpatur I 117; 256; V 405; VI 754.

loqui. IV 541 *Multa loquens quoniam amittit de corpore partem;* 590 *Cetera de genere hoc monstra ac portenta loquuntur.* Ita Plautus in Menaechmis: II 2, 46 (316 Uss.) *Quas mulieres, Quos tu parasitos loquere?*

? **reboare.** II 28 *Nec citharae reboant laquearia auratique tecti.* Verbum finitum a poeta utrum transitive sit an intransitive usurpatum valde dissentiunt commentatores, cum de casu *citharae* vocis nihil certi adferri possit. Transitivam vim verbo admittunt Bockemueller (*reboant* lassen wiederhallen) Patinius Meissner p. 55, qui haud inscite verbi *resonandi* apud Vergilium usum comparat Aen. VII 11 *Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu* Kiesslingio adversatus, quia Lucretii versum conferat cum Horatii Carm. III 10, 5 *Audis quo strepitu ianua, quo nemus Inter pulchra satum tecta remugiat Ventis*[2]). Cum Kiesslingio consentit Munro sic interpretatus: nor do the pannelled and gilded roofs reecho to the harp, quibus assentior, quoniam haec explicatio ad loci sensum magis quam illa mihi quadrare videtur. De IV 544 conferas sub acc. obi. int.

vociferari. III 15 *simul ac ratio tua coepit vociferari Naturam rerum.* Hoc loco I 732 *Carmina quin etiam divini pectoris eius Vociferantur et exponunt praeclara reperta* utrum transitive an intransitive usurpatum sit verbum vix discerni posse Munroni concedo, quamquam *reperta* nullo sententiae detrimento ad *vociferantur* quoque referri potest, quod mavult Bockemueller, Kraetschius p. 9. Absolute usurpatur: II 1051 *res ipsaque per se Vociferatur.*

halare. II 848 *nectar qui naribus halat;* VI *221

[1]) De II 600, quem adfert Meissner, propter lacunam nihil certi dici potest.

[2]) *citharis* Kiesslingius Gifanium secutus recepit.

notaeque gravis halantis sulpuris auras[1]); 391 *Cur · · · Non faciunt ieti flammeus ut fulguris halent Pectore perfixo.*

anhelare absolute ponitur: III 490 *Quin etiam · · · aliquis · · · anhelat Inconstanter:* IV 864 *Multa per os exhalantur, cum languida anhelant.*

exhalare. II 417 *cum · · · Ara · Panchaeos exhalat propter odores:* *III 432 *ubi cernimus alte Exalare vaporem altaria*[2]); V 253 *pars terrai non nulla · · · Pulveris exhalat nebulam nubesque volantis:* 463 *ac saepe videntur · · · Exalare lacus nebulam fluviique perennes:* VI 811 *Quidve mali fit ut exhalent aurata metalla!* Passive: IV 864 vide supra.

redhalare. *VI 523 *Terraque cum fumans umorem tota redhalat*[3]).

spirare. II 705 *videres · · · Tum flammam taetro spirantis ore Chimaeras Pascere naturam:* V 29 *Diomedis equi spirantes naribus ignem:* 392 *Tantum spirantes aequo certamine bellum · · · cernere certant.* Absolute usurpatum exstat hoc loco: IV 988 *Quippe videbis equos fortis · · · In somnis sudare tamen spirareque semper.*

exspirare. II 354 *Sanguinis expirans calidam de pectore flumen:* III 719 *Unde cadavera rancenti iam viscere vermes Expirant:* IV 123 *quae cumque suo de corpore odorem Expirant acrem:* VI 810 *Qualis expiret Scaptensula subter odores?* 816 vide *exaestuare* sub acc. obi. int. Sine accusativo occurrit: VI 640 *per fauces montis ut Aetnae Expirent ignes inter dum turbine tanto:* 886 *necessest funditus ipsa Ignis corpora · · · simul exspirare foras exireque in auras.*

respirare intransitive ponitur: VI 568 *nisi respirent venti:* 570 *Nunc quia respirant alternis inque gravescunt.*

His subiungo:

flare. V 906 *Qui fieri potuit · · ut una · · · Chimaera Ore foras acrem flaret de corpore flammam?*

---

[1]) *auras* Mon. (Mar.) Iunt., *auris* O Q praebent.

[2]) sic Lachmannus coniecit pro *vapore*.

[3]) *redhalat* correxit Is. Vossius pro scriptura codicum *redralat*.

adflare. V 567 *quibus e spatiis eunque ignes · possunt · · calidum membris adflare vaporem.*

conflare. III 70 *Sanguine civili rem conflant:* VI 1091: cfr III 335.

reconflare passive usurpatum semel occurrit: IV 927 *Unde reconflari sensus per membra repente Posset.*

efflare. II 832 *Noscere ut hinc possis prius omnem efflare colorem Particulas:* V 652. Absolute: VI 681 *Nunc tamen illa modis quibus inritata repente Flamma foras caslis Aetnae fornacibus efflet. Expediam:* 699 *haec ire patendumst · · · Atque efflare foras.*

† **inflare**. V 1383 *Et zephyri · · · sibila primum Agrestis docuere cavas inflare cicutas.*

perflare. VI 132 *cum venti nubila perflant:* 135 *crebram silvam cum flamina cauri Perflant.*

b[1]. Verba composita.

Iam verba cum praepositionibus quibusdam composita adferam, quae accusativum adsumunt, quamquam simplicia intransitiva vi proprie usurpantur [1]). Inter haec verba etsi plurima cum praepositione accusativum regente composita sunt, nonnulla tamen inveniuntur, quibus praepositio ablativum regens est affixa. Sed verba composita sive motum indicant sive statum e motu profectum significant, ut apud alios scriptores alias structuras admittunt, sic a Lucretio quoque varia ratione usurpantur. Nam poeta nullo fere discrimine intercedente aliis dativum adiungit, aliis praepositionem adscribit, uti suo quidque loco ostendam.

Apud Lucretium haec inveni verba cum praepositione accusativum regente composita.

α. Verba motum indicantia.

† **accidere**. *V 608 *Quod genus inter dum segetes stipulamque videmus Accidere ex una scintilla incendia passim.* Quo loco codicis Q scripturam *accidere* recepe-

[1]) Antea ubi agebam de verbis simplicibus, quae transitive cum accusativo coniunguntur, composita quoque verba perspicuitatis causa attuli, quae omnia infra breviter enumerabo.

runt Lachmannus Bernaysius Brieger. Munro vero solus *accedere* [1]) quod praebet O pro antiquiore forma ratus sicut II 1025 quoque restituit [2]). Accedit his locis praepositio: *ad:* II 1024 *Nam tibi vementer nova res molitur ad auris Accidere:* IV 236 *in luci quae poterit res Accidere ad speciem quadrata, nisi eius imago?* ubi Keller p. 16 exprimi dicit, quid etiam ad aliquam rem addi debeat, ut plena praebeatur et ex omnibus partibus absoluta eius rei species, Munro rectius *ad speciem* fere idem atque *ad oculos* valere docet. *in:* IV 215 *Iamne vides igitur quam puncto tempore imago Aetheris ex oris in terrarum accidat oras?* Praeterea de hoc verbo mutato sensu cum dativo coniuncto conferas.

accedere vide p. 16. — **adcredere** vide p. 24. — **adflare** vide p. 27. **adire** vide p. 17. — **ascendere** vide p. 20.

?**circumfluitare**. I 718 *Quam fluitans circum magnis anfractibus aequor Ionium glaucis asparsit virus ab undis*, ubi recte *quam* e *circum* pendere putandum est neque verbum compositum exstare propter vocum ordinem existimandum, cum poetae sine ullo versus detrimento *quam circum fluitans* licuisset ponere, si verbum compositum introducere voluisset.

† **incidere**. IV 568 *quae pars vocum non auris incidit ipsas.* Cum praepositione *in* coniungitur: VI 145 *ubi e nubi in nubem vis incidit ardens Fulminis:* 296 *Est etiam cum vis extrinsecus incita venti Incidit in gravidam maturo fulmine nubem.* De dativo huic verbo accommodato conferas velim.

inflare vide p. 27.

† **indugredi**. I 81 *ne forte rearis · te · · · viam · Indugredi sceleris:* V 55 *Cuius ego ingressus vestigia dum rationes Persequor.* Intransitive usurpatur: IV 367 *Aëra si credis privatum lumine posse Indugredi.*

---

[1]) De hac forma videas quae disserat O. Heyns s. v. *accidere* Arch. IX pp. 454—457.

[2]) *accipere* Marullus Lambinus Woelfflinus (Arch. V p. 393) praeferunt, de qua scriptura videas commentarium Lachmanni.

inire vide p. 17.

* **impendere**. I 326 *mare quae impendent · · · saxa:* ceterum conferas VI 491 *si · · · tempestas atque tenebrae Coperiunt maria ac terras inpensa superne.*

inridere vide p. 22. — **insinuare** vide postea. — **insistere** vide p. 20. — **insuescere** vide p. 21.

* **invadere**. VI 175 *Ventus ubi invasit nubem.* Accedit praepositio *in:* VI 659 *acer · dolor · · oculos invadit in ipsos.*

intrare vide p. 17.

intermeare cum accusativo coniungi contendit Keller p. 27 sq. I 354 *Inter saepta meant voces et clausa domorum Transvolitant*, ubi per tmesin scribitur. Ceterum conferas VI 332 *Inter enim fugit ac penetrat per rara viarum* et de verbis cum *inter* compositis Lucretianis Munronem II ad IV 716.

obire vide p. 17. — **obruere** vide p. 19.

peragrare. I 74 *omne immensum peragravit mente animoque:* 926 IV 1 *Avia Pieridum peragro loca:* II 355 *mater viridis saltus orbata peragrans:* 676 *Cetera consimili mentis ratione peragrans.*

percurrere vide p. 16. — **perflare** vide p. 27.

perfluctuare. III 721 *unde animantum copia tanta Eros et exanguis tumidos perfluctuat artus?* Alias apud Lucretium non occurrit, sed *perfluere* intransitive usurpatum est: II 391 *quamvis subito per colum vina videmus Perfluere:* III 936 *Et non omnia · · · Commoda perfluxere atque ingrata interiere.*

perlabi. V 764 *dum rigidas coni perlabitur umbras.* His locis adiecta praepositione usurpatur: IV 248 *Isque ita per nostras acies perlabitur omnis:* V 766 *aliut nequeat · Corpus · supra solis perlabier orbem:* IV 357 *nec ad nostras acies perlabitur ictus.*

permanare. I 494 *Permanat calor argentum penetraleque frigus.* Multo saepius adiungitur praepositio: *per:* II 397 *Atque ideo fit uti non · · · possint primordia singula quaequa Singula per cuiusque foramina permanare:*

III 699 *Quod si forte putas · · · Permanare animam nobis per membra solere:* IV 198 *facile ut · · · queant · · quasi permanare per aëris intervallum, in:* I 348 *In saxis ac speluncis permanat aquarum Liquidus umor, ad:* I 355 *rigidum permanat frigus ad ossa.* Accedunt hi loci: III 253 *Nec · · · huc · usque potest · · · aere Permanare malum:* 701 *Quod permanat enim dissolvitur:* VI 952 *permanat odor frigusque vaposque Ignis.*

persultare. I 15 *Inde ferae pecudes persultant pabula laeta.*

pervadere. *I 555 *Ut nil ex illis a certo tempore possit Conceptum summa aetatis pervadere finis.* Ita a poeta scriptum putat Lachmannus Bernaysio probante: in codicibus sunt verba *summam aetatis pervadere finis* (*finis* Q). Brieger *ad* ante *summam* addito verba codicum recepit. Munro autem vocem *finis* ad versum explendum a correctore quodam scriptam esse ratus *summam aetatis pervadere ad auctum* edidit, quae emendatio mihi primum maxime arrisit. Verum cum legissem quae scripsit Lucretius II 1122: *Nam quae cumque vides hilara grandescere aluuta Paulatimque gradus aetatis scandere adultae, Plura sibi adsumunt quam de se corpora mittunt, · · · · · sed plura accedere debent, Donec alescendi summum tetigere cacumen. Inde minutatim vires et robor adultum Frangit et in partem pejorem liquitur aetas,* veri simile putabam in fine huius versus *robur* a poetae manu fuisse. Nam facillime fieri potuit, ut prior syllaba eius vocis propter similitudinem ultimae syllabae verbi antecedentis omitteretur et posterior, cum in fine esset versus, deleretur. Atque haec vox, ut est prorsus Lucretiana, cum ad loci sensum maxime quadrat tum sonorum coniunctione exitum versus optime claudit. Quare propter pervadendi verbi significationem *ad* ante *summam* addito versum hunc in modum restituendum censeo: *Conceptum ad summum aetatis pervadere robur.* Huc accedit, id quod nostram coniecturam aliquantum firmare videtur, quod apud Minucium Felicem, quem saepissime aeque atque Arnobium sermonem Lucretii imitatum esse

apparet. haec scripta exstant secundum codicem Parisinum 23, 8: *his atque huiusmodi figmentis et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puerorum et isdem fabulis inhaerentibus ad usque summae aetatis robur adolescunt* cet., quo loco I. I. Cornelissenus, quem sequitur Aem. Baehrensius, *adusque summum aetatis robur* scripsit.

pervolgare. II 164 *quo solis pervolgant fulgura caelum:* 346 *quae pervolgant nemora avia pervolitantes:* IV 208 *quo solis pervolgant lumina caelum.* His locis Munro verbum, quod Keller p. 39 neutrali sensu cum accusativo coniungi dicit, idem fere valere docet quod *concelebrare*, quocum coniungitur II 346. Solita significatione ponitur: V 1161 *quae causa deum per magnas numina gentis Pervulgarit.*

pervolitare. II 145 *variae volucres nemoria avia pervolitantes Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.* Aliter: VI 951 *Denique per dissaepta domorum saxea voces Pervolitant.* Item intransitive usurpatur verbum primarium *pervolare:* VI *916 *Usque adeo permananter vis pervolat eius*, ubi Brieger codicum scripturam *pervalet* servavit, quam Turnebus et Bentleius, quod *pervalere* alibi non occurrat, in *pervolat* correxerunt.

praeterire vide p. 18.

subire vide p. 18. — **subruere** vide p. 19.

superire vide p. 18.

transcurrere vide p. 17. — **transire** vide p. 18.

tranare. I 14 *Inde ferae pecudes · · · rapidos tranant amnis:* IV 177 *quae mobilitas ollis tranantibus auras Reddita sit:* 601 *nisi recta foramina tranant.* Intransitive: VI 1052 *neque habet qua tranet ut ante.*

transcendere vide p. 20.

transvolare. IV 559 *dum transvolat auras.* Absolute usurpatur: IV 602 *Qualia sunt citrei, species qua travolat omnis.*

transvolitare. I 354 *voces · clausa domorum Transvolitant.*

3. Verba quietem significantia.

?**adhaerere**. Hoc loco III 557 *quandoquidem concava corpus adhaeret* Bockemueller, quippe qui *animus* pro subiecto verbi finiti subintellegendum esse putet, quin falso *corpus* accusativum esse contendat dubium non est: *corpus* enim pro subiecto enuntiati habendum, et recte vertit Munro: since the body is attached to it by the nearest ties.

Tum verba cum praepositione ablativum regente composita nonnulla apud Lucretium accusativum sibi adsciscunt. Neque haec verba multum peculiare praebent, cum praepositio sive potius praeverbium nisi verbi actionem non determinet neque omnino ad accusativi usum valeat.

concedere vide p. 16. — **conflare** vide p. 27. — **congemere** vide p. 22. — **corruere** vide p. 19. — **conscendere** vide p. 20. — **consuescere** vide p. 21.

decurrere vide p. 16. — **deflere** vide p. 22.

efflare vide p. 27. — **exhalare** vide p. 26. — **exire** vide p. 17. — **escendere** vide p. 20. — **exspirare** vide p. 26.

praecedere vide p. 16. — **praecurrere** vide p. 16.

praestare [1]). III 214 *mors omnia praestat:* IV 153 *quam meminit levor praestare salutem.* Praeter accusativum obiecti alter accusativus praedicative apponitur III 219, de quo loco postea agam. Intransitive cum dativo coniungitur I 208: 358, de quibus locis sub dativo videas, nullo casu addito ponitur: III 429 *iam longe mobilitate Praestat.*

b. Verba transitiva.

Sequitur, ut de iis verbis agamus, quae, cum vulgo transitive accusativum obiecti sibi adsumant, intransitivo sensu a scriptoribus latinis interdum usurpentur. Quae verba quo modo apud Lucretium posita sint, cum ab Holtzio parum dilucide sit demonstratum (Lin. p. 118 sqq.), Meissner p. 52 sqq. fusius quam clarius explicat. Qui quidem primum a) de iis verbis transitivis agit, quae, cum accusativum non requirant, vere absoluta vi dicantur, deinde b) de

[1]) Cfr Hermannus Kothe Ueber die Ableitung von praestare. Arch. VII p. 114.

iis exemplis, in quibus verba obiecto quidem carent, sed ita, ut hoc ex antecedentibus facile subaudiatur, tum c) adscribit ea verba, quae saepius vi transitiva omnino exuta cum dativo vel praepositione coniunguntur, denique d) ea adfert, quae, cum actio verbalis ad ipsum subiectum referatur, sensu reflexivo a Lucretio usurpantur. Sed cum plurima eorum, quae Meissner sub generibus tribus a, b, c enumerat, nihil peculiare praebeant, ea tantum proferam verba, quae a solita scriptorum norma maxime deflectant, quorum multo maxima pars a Meissnero proximo generi d subiungitur.

Haec apud Lucretium adnotavi verba et simplicia et composita, quae fere omnia motum exprimunt.

declinare accusativum adsumit: II 259 *Per quam ... Declinamus item motus*, intransitive usurpatur: II 221 *Quod nisi declinare solerent*: *250 *Sed nil omnino nulla regione cieri Declinare quis est qui praestet cernere sese?* de loco ab editoribus maxime vexato quia sub locali casu agam, hoc tantum dictum volo codicum scripturam *possit*, quod a Lachmanno in *praestet*, a Briegero e coniectura Winckelmanni in *poscat* commutatum est, Munroni placere, qui transpositiones durissimas apud Lucretium occurrere exemplis variis ostendit: 253 *Nec declinando faciant primordia motus Principium quoddam*. Cfr Cicero de fato 20, 46 (Mueller): *'declinat'*, *inquit*, *'atomus' ... quae ergo nova causa in natura est, quae declinet atomum?*

inclinare. Transitivam vim verbo inesse declarant formae passivae: VI 563 *Inclinata meant in eandem prodita partem*: 573 *inclinatur enim retroque recellit*. Aliter usurpatur: II 243 *Quare etiam atque etiam paulum inclinare necessest Corpora*.

deficere cum accusativo coniungitur: III 546 *Quando hominem totum magis ac magis undique sensus Deficit*: V 886 *Post ubi ecum validae vires aetate senecta Membraque deficiunt fugienti languida vita*[1]), absolute usur-

[1]) *ecum* pro genetivo plur. num. falso habet Bouterwekius p. 31.

patur: I 1040 *simul ac defecit suppeditare Materies:* III 454 *Omnia deficiunt atque uno tempore desunt:* 610 *Verum [sentire videtur animum] deficere in certa regione locatam:* V 371 *Nec porro natura loci spatiumque profundi Defecit:* VI 1233 *Deficiens animus.* Praeterea conferas *defici* II 1141; III 220.

differre saepe transitivum est velut I 272 *Principio cunti vis . . . nubila differt,* saepius vero intransitivum: II 348 *Invenies tamen inter se differre figuris:* 514 *fateare necessest Materiem quoque finitis differre figuris:* 685 *ut noscas privis differre figuris:* 725 *differre necessust Intervalla* cet.; III 314; 868; IV 477; 649; 656.

flectere transitive usurpatur: III 516 *qui cumque . . . aliam quamvis naturam flectere quaerit.*

reflectere intransitivo sensu ponitur: III 502 *Inde ubi iam morbi reflexit causa.*

geminare intransitive hoc loco: IV 451 *fit uti videantur . . . Bina per totas aedis geminare supellex.*

ludere cum accusativo ponitur: IV 1101 *Sic in amore Venus simulacris ludit amantis:* absolute saepius usurpatur velut I 261 *Hinc nova proles . . . teneras lasciva per herbas Ludit.*

? **comminuere,** ubi apud Lucretium occurrit *VI 128 *Post ubi comminuit vis eius et impetus acer,* prave a Meissnero p. 67 reflexivo sensu praeditum esse dicitur, contra Lachmannus atque Munro Isidorum, qui hunc locum exprimit Originum XIII 8, secuti idem esse putant quod *percindere.* His adversatus Bockemueller, cum codicis optimi scriptura incerta sit, Briegero probante ad verba Isidori propius accedens *convaluit* conicit [1]).

transmittere intransitivo sensu a Lucretio positum inveni: VI 995 *Atque aliis aliut citius transmittere eadem [videtur].* Huc accedit II 330 *Et circum volitant equites mediosque repente Tramittunt valido quatientes impete cam-*

[1]) *commovit* a correctore oblongus, quod receperunt editores ante Lachmannum.

pos. ubi *transmittere* idem fere valet atque *transcalibare*. Semper accusativum requirunt *mittere* aliaque composita.

movere, quod saepissime accusativum adsciscit, uno loco absolute positum occurrit: VI 595 *Concutit incitos cogens tremere atque movere.*

? **removere** intransitivum non est III 69 *Unde homines dum se · · · Effugisse volunt longe, longeque remosse*[1]), quia hoc loco aut *se* cum Munrone ex *unde* pro obiecto supplendum est aut potius *se* ex antecedentibus addendum, ut vult Bockemueller, cui assentiri videtur Kraetschius p. 12, ubi unam eandemque vocem verbis synonymis bis chiastico ordine apponi multis exemplis ostendit.

mutare transitive saepissime usurpatur, intransitivo sensu praeditum est: I 787 *faciunt · · · Nec cessare haec inter se mutare:* V 588 vide postea sub acc. obi. int.

immutare apud Lucretium non solum transitive ponitur velut V 1415 *Posteriorque fere melior res illa reperta Percipit et immutat sensus ad pristina quaque*, sed etiam intransitive: VI 1122 *Ut · · · omne · · · conturbat et immutare coactat.*

reparare, quod transitivo sensu saepe usurpatur, nescio an intransitive dictum sit III 965 *et ex aliis aliud reparare necesse:* quem locum sic vertit Munro: and one thing must ever be replenished out of other things, neque multo aliter alii interpretati sunt. Contra H. Sauppius Ind. lect. aestiv. Goett. a. 1886 p. 20, quoniam *reparare* intransitive intellegi posse negat, *reparatur augmenti* scribi vult, Brieger Sauppio adversatus Ann. Burs. t. 63 p. 227 infinitivum pro subiecto enuntiati putat. Sed quia verbo, ubi ad mutuam actionem indicandam additur *inter se*, intransitiva significatio solet admitti, nihil est causae, cur verbum intransitive poni negemus hoc loco, ubi eiusmodi relatio geminato pronominali exprimitur[2]). Nam haec verba: *ex aliis aliud re-*

[1]) *recesse* nescio qua causa Ziemer Str. p. 78 fin.

[2]) Cfr inprimis Ph. Thielmannus Der Ersatz des Reciprocums im Lateinischen. Arch. 7 pp. 343—388.

parari necessest fere idem valent atque: omnes res inter se reparare (i. e. reparari) necesse est. Et Lucretius saepissime infinitivo praesentis activi intransitivam vim adscribit, id quod paulo post ostendam.

penetrare apud Lucretium cum accusativo coniungitur: *II 460 *Pungere uti possint corpus penetrareque sese* ediderunt Lachmannus Bernaysiusque, ubi codicum scripturam *saxa* recepit Brieger. *saxa* Munro edidit: III 476 *hominem cum vini vis penetrarit Acris:* IV *197 *facile ut quavis penetrare queant res* seqq.[1]); 542 *Nec similis penetrant aeris primordia forma:* 613; 662; 894; 1246; V 1262 *Tum penetrabat eos posse haec liquefacta calore Quam libet in formam et faciem decurrere rerum:* VI 953. His subiungo eos locos, ubi passivae formae exstant: I 529 *nec porro penitus penetrata retexi · · · queunt:* II 539. Intransitivo sensu verbum usurpatur his locis inde positum: II 683 *Nidor enim penetrat qua fucus non it in artus:* III 252 *Nec temere huc dolor usque potest penetrare:* IV 719 *Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis Exitus ex oculis liber datur:* V 698; VI 986; cum praepositione coniunctum: *in:* II 414 *Neu simili penetrare putes primordia forma In nares hominum:* III 471 *Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi:* IV 1111; *VI 698; *per:* I 223 *quae · · · intus penetret per inania dissoluatque:* IV 700 *quoniam per saxea saepta Non penetrat:* 730 *Corporis haec quoniam penetrant per rara:* VI 303; 332. Quod attinet ad hunc locum V 353 *necessust · · · Nec penetrare pati sibi quicquam quod queat artas Dissociare intus partis*, ubi Meissner p. 66 *sibi* pro *ad se* dictum esse statuit, etsi alia eius usus exempla non exstare concedit, *sibi* dativum dynamicum esse puto. Separatim commemoro passivas formas, quibus inest medialis quaedam vis: IV 670 *Quae penetrata queunt sensum progignere acerbum:* 1246 *penetratum Aegre admisceatur muliebri semine semen.*

[1]) quo loco Brieger rectius sine dubio scripsit: *facile ut quavis penetrare queant se Et quasi permanare per aëris intervallum.*

praecipitare cum accusativo obiecti coniungitur uno loco: I 250 *ubi eos pater aether In gremium matris terrai praecipitavit*, intransitiva vi saepius dicitur: II 248 *Ex supero cum praecipitant:* IV 628 *Cum vero deorsum per fauces praecipitavit:* 1021 *Ut qui praecipitent ad terram corpore toto;* VI 292 *Omnis uti videatur · · · aether · · · praecipitans ad diluviem revocari:* 1040 *ille eadem fertur, quo praecipitavit Iam semel.*

derigere, quod participii passivi formas praebet *II 198, quo loco Munro Brieger codices secuti *quo magis arsimus alte Derecta* scripserunt, Lachmannus Bernaysio probante *directa* sine causa edidit, et IV 609 *At simulacra viis decerpta omnia tendunt*, absolute positum occurrit: VI 823 *Ut [ales] cadat e regione loci, qua derigit aestus.*

rumpere apud Lucretium semper transitivum est: II 254; III 83; 297; VI 432.

abrumpere passivam formam praebet: II 214 *Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant.*

corrumpere accusativum regit III 410.

erumpere accusativum obiecti recipit: IV 1115 *Tandem ubi se erupit nervis conlecta cupido.* Hoc loco V 598 *Nam licet hinc mundi patefactum totius unum Largifluum fontem scatere atque erumpere lumen*, ubi Bockemueller propter antecedens *scatere* verbum (cfr infra V 952 et VI 895 *erumpere* intransitive positum esse contendit, Munro, cui adstipulatur Kraetschius p. 20, *lumen* pro obiecto recte putat: cfr V 284 *Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol, · · · Suppeditat · novo confestim lumine lumen.* Passive usurpatur: I 724 *Faucibus eruptos iterum vis ut conat ignis*, ubi Brieger fortasse rectius *eructans* (cfr III 1012) edidit: VI 583 *post incita cum vis Exagitata foras erumpitur.* Intransitive autem ponitur: I 162 *volucres erumpere caelo [possent]:* V 458 *ideo · · terrae Partibus erumpens primus se sustulit aether Ignifer:* 952 *quibus e scibant umori fluenta · · · partim plano scatere atque erumpere campo;* VI 888; 895.

inrumpere intransitive usurpatum occurrit: II 306 *neque*

[quicquam est] in omne seorsum Unde coorta queat nova visinrumpere.

interrumpere cum accusativo coniunctum repperi his locis: V 287 *simul ac primum nubes · · · Coepere · radios inter quasi rumpere lucis:* 767 *Quod radios inter rumpat lumenque profusum:* passive usurpatur: V 299 *nec loca lux inter quasi rupta relinquit.*

perrumpere a Lucretio transitive ponitur his locis: II 407 *Ut facile agnoscas · · · introitu · suo perrumpere corpus:* IV 1148 *Non ita difficile est quam · · · validos Veneris perrumpere nodos.*

prorumpere passivam formam praebet: VI 436 *hinc prorumpitur in mare venti Vis*, absolute usurpatum exstat: II 264 *Nonne vides · · · Carceribus non posse tamen prorumpere equorum Vim cupidam:* VI 591 *Quod nisi prorumpit.*

sequi apud Lucretium et obiecto addito et absolute saepe ponitur.

consequi, etsi cum accusativo coniungi solet velut IV 806; 866, absolute positum obiecto caret: I 460 *sed rebus ab ipsis Consequitur sensus:* III 478 *cor · · · Consequitur gravitas membrorum:* 929 *Maior enim turbae disiectus materiai Consequitur leto.*

insequi, quod obiectum adsumit uno loco: VI 285 *Quem gravis insequitur sonitus*, saepius intransitivâ vi praeditum est: III 172 *At tamen insequitur languor terraeque petitus:* 400 *Sed comes insequitur facile:* IV 315; 350.

persequi accusativum admittit V 55, item

subsequi velut II 495.

insinuare apud Lucretium quam multas structuras admittat mirum sane est: nam vario sensu usurpatum modo cum accusativo, modo cum dativo, modo cum praepositione coniungitur. Primum sensu vere activo (transitivo) praeditum cum accusativo nominis coniunctum: VI 860 *cum vix possit per septa domorum Insinuare suum radiis ardentibus aestum.* Altero loco *V 854 *ut · · · Mutuaque insinuent inter se gaudia uterque* edidit Lachmannus, cum in codicibus sint

verba *mutua qui metuent*, sed rectius cum Bernaysio Munro et Brieger *mutua qui mutent* scripserunt. Cum pronomine reflexivo coniunctum: II 435 *cum res extera sese Insinuat*, altero accusativo addito: *I 116 *An pecudes alias divinitus insinuet se*. His subiungo eos locos, ubi formae passivae sensu plerumque reflexivo occurrunt, absolute positae: III 698 *Quod si forte putas extrinsecus insinuatam Permanare animam nobis per membra solere*; 780 *quae prima potissimaque insinuetur*; 782 *Ut quae prima volans advenerit insinuetur Prima*; VI 277; 355; 955; cum accusativo: *IV 1030 *quibus aetatis freta primitus insinuatur Semen*; cum dativo: I 113 *an contra nascentibus insinuetur*; II 685; III 671; 689; 723; 729; 739, de quibus locis sub dativo agam; cum praepositione: *ad*, *per*: VI 1031 *per crebra foramina ferri Parvas ad partis subtiliter insinuatus*; *in*: III 671; IV 525 *in auris Insinuata suo pepulere ubi corpore sensum*; VI 234; 802. Deinde intransitiva vi usurpatur absolute: III 485 *paulo si durior insinuarit Causa*; cum accusativo motus finem exprimente: *I 408 *videre . . . poteris caecasque latebras Insinuare omnis*; V 43 *quae proelia nobis Atque pericula tumst ingratis insinuandum*; 74 *quibus ille modis divom metus insinuarit Pectora*; cum dativo: IV 306 *dolorem oculis quae gignunt insinuando*; cum praepositione: VI 89 385 *quo pacto per loca saepta Insinuarit*; *778 *multa per ipsas Insinuant naris infesta atque aspera adactu*, ubi Brieger ultimo versus loco, cum codicum scripturam *tactu*, quae ab aliis aliter est commutata, ex versu proximo irrepsisse haud inepte putaret, *sese* scripsit.

superare solita significatione accusativum acquirit velut III 1043 *Qui genus humanum ingenio superavit*, contra intransitivo sensu dicitur: I 579 *Nunc etiam superare necessest corpora rebus*; 672 *Proinde aliquit superare necesse est incolume ollis*; 790 *Immutabile enim quiddam superare necessest*; II 569; 575; 751; V 396; 407; 411; 806.

exsuperare apud Lucretium aut accusativum admittit: III 1083 *id exsuperare videtur Cetera* aut obiecto caret:

V 384 *vel cum sol et vapor omnis · · · exsuperarint:* VI 1277 *praesens dolor exsuperabat.*

suppeditare transitivo sensu positum accusativum adsumit addito interdum dativo: III 10 *te patria nobis Suppeditas praecepta:* 23 *Omnia suppeditat porro natura:* V 283 *Suppeditatque nova confestim lumina lumen:* 298 *Lumina · · · Consimili properant ratione · · · Suppeditare novum lumen:* 386 *Tantum suppeditant animus* nec non passive usurpatur: I 996 *alternaque suppeditantur Ex infinito vita corpora materiai:* II 26 *Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur:* 568 *unde omnia suppeditantur:* *1162 *Conterimusque boves et viris agricolarum, Conficimus ferrum, vis arvis suppeditati.* De hoc loco Munroni in commentariis ablativum potius quam dativum statuenti equidem assentior. Ceterum non defuerunt qui loci ambiguitatem sanare vellent, inter quos Brieger commate cum puncto post *conficimus* posito *ferrum vis arvis suppeditat ium* scripsit. IV 189; 818; V 1176; VI 1066. Intransitive positum occurrit: *I 231 *Unde mare, ingenuei fontes, extentaque longe Flumina suppeditant,* si Lachmannum in loco emendando sequimur. Contra Munro, cum codicum scriptura *extentaque longe* servata interpunctionem sustulisset, *mare* accusativum esse in commentariis suis contendit, quocum in interpungendo faciunt Bernaysius excepto *longe* quod pro *longe* scripsit et Brieger. 547 *Materies ut subpeditet rebus reparandis:* 1040 *simul ac defecit suppeditari Materies:* II 1138 *Unde queat tantum suboriri ac subpeditare:* III 731 *neque · · · Dicere suppeditat,* ubi impersonaliter usurpatur verbum; IV 776; V 293; VI 666.

tendere aut accusativum admittit: I 67 *Graius homo mortalis tendere contra Est oculos ausus:* V 481 *Maxuma qua nunc se ponti plaga caerula tendit:* 631 *Tanto posse minus cum signis tendere cursum* aut absolute ponitur: IV 179 *In quem quaeque locum diverso nomine tendat:* 300 *contra si tendere pergas:* 609 *At simulacra viis derectis omnia tendunt:* 1055 *Unde feritur, eo tendit:* 1210

quam saepe canes · · · Divorsi cupide summis ex viribu' tendant: V 728; VI 26.

contendere, quod saepe cumaccusativo coniungitur velut IV 471 *Hanc igitur contra mittam contendere causam:* *802 *nisi se contendit*[1]; 809 *Nonne vides oculos etiam · · · contendere sese:* 989 *Quippe videbis equos fortis · · · quasi de palma summas contendere viribus:* 1046 *quo se contendit dira libido*, absolute usurpatur: II 11 *Despicere unde queas alios · · · contendere nobilitate:* III 783 *neque inter se contendant viribus hilum:* IV 94 *qua contendant exire coorta:* VI 28; 412.

intendere transitive ponitur velut III 950 *Quid respondemus, nisi iustum intendere litem Naturam*, accusativo caret: V 514 *Dicendum est · · · Inde alium supra fluere atque intendere deorsum.*

tenere vere intransitivo sensu usurpatum est: *VI 519 *Atque tenere diu pluviae longumque morari Consuerant*, ubi Lachmannus quae in codicibus insunt verba *at retineret* in *atque tenere* commutavit. Eius coniecturam receperunt Munro Brieger. Bernaysius vero minus apte *at remanere* proposuit.

trahere a Lucretio non solum transitive saepe usurpatur, sed etiam intransitivo sensu dicitur: I 397 *Nec · · · sine inani posset, opinor, Ipse in se trahere:* VI 1190 *In manibus vero nervi trahere et tremere artus · · · Non dubitaba[n/t].*

turbare, quod verbum saepe obiectum regit velut I 106 *quae citae rationes vertere possint Fortunasque tuas omnis turbare timore*, intransitive usurpatum repperi his locis: II 126 *Corpora quae in solis radiis turbare videntur:* 438 *ex offensa cum turbant corpore in ipso Semina:* III 495 *quia vis morbi distracta per artus Turbat:* V 502; 504; VI 370. Contra verba composita, quae sunt *conturbare deturbare disturbare perturbare*, a Lucretio semper transitive ponuntur.

[1] sic Lambinum secuti scripserunt Lachmannus Bernaysius, codicum scripturam ***nisi quae*** sc. cernere) Munro Brieger praeferunt.

variare aut cum accusativo ponitur: II 242 *Qui cu-rient motus;* 491 *si forte voles variare figuras:* 494 *Si tu forte voles etiam variare figuras:* 759 *E quibus omne genus gignunt variantque colores* — quibus locis addo II 335, ubi passiva occurrit forma — aut absolute intransitivo sensu usurpatur: II 480 *primordia rerum Finita variare figurarum ratione:* 484 *Namque · · · inter se multum variare figurae Non possunt:* III 373 *Illud in his rebus nequaquam sumere possis · · · Corporis atque animi primordia · · · alternis variare:* IV 657 *debent · · · variare viae proinde ac textura coërcet;* V 71; 825; VI 997.

vertere, quod verbum transitivum est usitatissimum, intransitiva vi positum in praesenti tempore repperi: IV 1130 *bene parta patrum · · · Inter dum in pallam atque alideusia Ciaque vertunt:* V 831 *Omnia commutat natura et vertere cogit.* Hoc loco IV 142 *Nec speciem mutare suam liquentia cessant Et cuiusque modi formarum vertere in oras* Munro II ad III 502 verbi significationem ambiguam esse recte animadvertit.

convertere non solum accusativum acquirit velut I 678, sed etiam absolute dicitur V 1422 *Quam ruar · · · inter eos distractam sanguine multo Disperiisse neque in fructum convertier quisse.* Ceterum quaecumque apud Lucretium occurrunt composita *avertere advertere evertere obvertere* transitiva vi ubique praedita sunt.

visere, quod saepe adsciscit accusativum velut I 5 *per te quoniam genus omne animantum Concipitur visitque exortum lumina solis:* 115 *An tenebras Orci visat vastusque lacunas,* cum praepositione coniungitur hoc loco: VI 1238 *qui cumque suos fugitabant visere ad aegros;* cfr Munro II ad II 359.

convisere semper cum accusativo coniungitur.

revisere, cui verbo subiungitur accusativus: IV 285 *et nostros oculos reiecta revisit:* 393 *Quandoquidem longos ubitus exorta revisant,* absolute ponitur: IV 1117 *Inde redit rabies eadem et furor ille revisit* et praepositionem adsu-

mit: II 359 *At mater . . . crebra revisit Ad stabulum*: V 636 *ad hanc quia signa revisunt.*

volvere ut ab aliis scriptoribus, ita a Lucretio intransitive usurpatur: V 931 *Multaque per caelum solis volventia lustra . . citum tractabant.*

Haec exempla perlustrantes ea re maxime offendimur, quod Lucretius infinitivis praesentis activi verborum quae transitive poni solent intransitivam vim saepissime adscripsit. Neque defuerunt qui infinitivi praesentis formas in -*e* et -*i* exeuntes primitus accurate distinctas esse negarent[1]). Et Lucretius, cum formas in -*i* desinentes nullo modo evitaverit, infinitivos in -*ier* dilatatos maxime adamavit, quos propter metrum usurpatos esse vel inde apparet, quod semper ante vocem vocali incipientem occurrunt et fere ubique ad quintum pedem explendum ponuntur[2]). Neque metri necessitatem ad formas in -*e* exeuntes intransitive ponendas non valuisse ex eo colligi potest, quod saepenumero ante vocem littera consonanti incipientem inveniuntur. Neque hunc usum sententiarum perspicuitati detrimento fuisse videmus. Iam Reichenhartius apud Lucretium, ubi de accusativo cum infinitivo agit, p. 514 recte animadvertit contra optimorum scriptorum normam infinitivo et subiecti et obiecti accusativum multis locis adiungi, ubi propter verbum intransitivum vel passivum quod antecedit nulla exsistat ambiguitas, id quod mutatis mutandis in locos supra allatos cadit, quia verba de quibus agitur fere ubique cum verbis intransitivis et passivis collocantur. Quare loco ab editoribus maxime vexato qui est II 216 sqq. non dubito, quin codicum scriptura *depellere* cum Briegero servanda sit; quo de loco postea fusius agam. Tum quaestio oritur, rectene codicum scriptura e. gr. III 571 *movere* et VI 292 *revocare* ab editoribus in passivas formas mutata sit; nam praecedunt formae passivae, quibus sententia satis dilucida fit. Ceterum fieri potuit, ut hi infinitivi in -*ei* exirent, quod

[1]) Cfr Stolzius Gr. p. 379 sqq.
[2]) Cfr Prollius p. 34 sq., Bouterwekius p. 35.

longum in codicibus haud raro per *ei* expressum et *i* littera in fine versus quam saepissime deleta est neque eiusmodi infinitivi apud Lucretium desunt; nisi forte per *ī* terminatos esse putare malis, cuius formae apud alios scriptores exstant exempla [1]).

Addenda I.

Accusativus substantivis et gerundiis appositus.

1. Accusativum non solum verbis, sed etiam substantivis et adiectivis, quae e verbis derivata sunt, in sermone latino apponi notum est. Verum tam rara haec est structura, ut apud optimos scriptores vix ullum invenias exemplum. E Lucretio cum nihil memorabile adferri possit, duos infra commemorem locos necesse est, ubi accusativus e substantivo pendere videtur, quia locutioni *usus est* additur. Hoc loco IV 831 *Ut facere ad vitam possemus quae foret usus* Munro, *quae* utrum e locutione *usus est* pendeat an e *facere*, quod mente subintellegendum sit, in medio relinquit. Bockemueller Meissnero adstipulante *facere* subaudiri vult. Altero loco V 844 *Nec vitare [ut possent] malum nec sumere quod foret usus* [2]) Meissner p. 16 Munroni adversatus accusativum eodem modo quo IV 831 explicanti nominativum, ni fallor, statuit, id quod mihi quoque ideo veri simillimum videtur, quod nominativus locutioni *opus est* a Lucretio haud paucis locis adiungitur.

2. Hoc loco sequitur, ut animadvertamus gerundii nominativum quem vocant a Lucretio cum accusativo obiecti coniungi his locis [3]):

I 111 *Aeternas quoniam poenas in morte timendumst:* 138 *Multa novis verbis praesertim cum sit agen-*

[1]) Adnotandum est Lucretium ablativos sing. num. tertiae declinationis substantivorum et per *i* et per *e*, sicut I 161 *e mare*, 1013 *simplice*, II 635 *pernice*, et per *e*, sicut I 806 *tabe*, terminavisse; cfr Munro II ad I 978.

[2]) *foret usus* correxit Lambinus pro *volet usus*.

[3]) Cfr Snellmanus p. 7 sq.

dum: 381 *Aut igitur motu privandumst corpora quaeque:* II 492 *Addendum partis alias erit:* 1129 *manus dandum est:* III 391 *Usque adeo prius est in nobis multa ciendum Semina:* 626 *Quinque, ut opinor, eum faciundum est sensibus auctam:* IV 777 *multaque nobis Clarandumst:* VI 917 *Hoc genus in rebus firmandumst multa.* De V 43 conferas velim p. 39.

Ceteris quoque gerundii casibus, velut ablativo I 1026; III 1087; V 722, obiecti accusativum subiungi, quoniam eiusmodi locis nihil inusitati nobis occurrit, hoc sufficit monere.

3. Postremo adnotanda est structura huius loci VI 392 *Cur quibus incautum scelus aversabile cumquest Non faciant ieti flammas ut fulguris halent Pectore perfixo, documen mortalibus acre.* Nam *documen*, quia ad antecedentem enuntiationem appositionis loco refertur, pro accusativo non dubito quin habendum sit, quod accusativus pro totius enuntiati appositione apud alios usurpatur, sicut apud Tacitum Hist. I 44 *omnesque conquiri et interfici iussit . . . munimentum ad praesens, in posterum ultionem.*

B. Duplex accusativus.

Haud raro usu venit, ut duo vel plures accusativi significatione inter se differentes ad verbi notionem plenius et luculentius determinandam apponantur. Neque mirum est praeter accusativum obiecti accusativum localem vel adverbialem inveniri, cum significatione tantum inter se differant. Quam ob rem huius generis exempla, cum plurima aptius suis locis tractentur, pauca tantum hoc loco proferam, quae mentione digna videantur. Nam alias fit, ut accusativus — in quo localis vis inesse solet — cum verbo regente in unam coalescat notionem, cui accusativus pro obiecto addi potest [1]; cuius usus haec sunt exempla Lucretiana.

advertere. Post *advertere* praeter *animum*, quem accu-

[1]) De eiusmodi locutionibus optime agit Ziemer Str. p. 94 sqq., Gr. II p. 20.

sativum locali significatione primitus positum esse veri simile est, accusativus rei e more priscorum scriptorum latinorum additus est: II 125 *Hoc etiam magis hanc animum te advertere par est Corpora*, cui exemplo subiungo: III 45 *Hinc licet advertas animum magis omnia laudis Iactari causa:* 181 *id ita esse Hinc licet advertas animum ut pervenire possis:* IV 812 *Si non advertas animum.*

circumdare. I 87 *Cui simul infula virgineos circum data comptus · · · profusast.* De VI 1036, ubi occurrit structura *circumdare alicui aliquid*, postea sub dativo agam.

circumfundere. I 38 *Hunc tu, diva, tuo recubantem corpore sancto Circum fusa super.*

Atque eiusmodi locis separatim tractatis ad duplicis accusativi usum fusius exponendum aggrediar.

a. Accusativi obiecti personae et rei.

Primum mihi de iis verbis erit disserendum, quae duos accusativos sibi adsumant, quorum alter personam, alter rem significat quae verbi actione tangitur. Apud Lucretium haec occurrunt exempla.

docere. III 355 *Ipsa palam quod res dedit ac docuit nos:* V 1448 *Navigia atque agri culturas, moenia, leges, Arma, vias, vestes, et cetera de genere horum, Praemia, delicias quoque vitae funditus omnis, Carmina, picturas, et daedala signa polire, Usus et impigrae simul experientia mentis Paulatim docuit pedetemtim progredientis.* Accusativi rei partes agit infinitivus velut V 1302 *Inde boves lucas · · · belli docuerunt volnera Poeni Sufferre et magnas Martis turbare catervas;* 1382 *Et zephyri · · · sibila primum Agrestis docuere cavas inflare cicutas:* IV 579 *ita colles · · · Verba repulsantes iterabant docta referri.* Praeterea hoc verbum a Lucretio et omisso obiecto absolute et praepositione *de* adiecta passim usurpatur et cum uno tantum accusativo personae vel rei coniungitur, qua de re adeas velim Meissnerum p. 65 et 72.

perdocere. Passive: III 473 *Malorum exitia, perdocti quod sumus ante.* Cui exemplo addo V 1437 *Sol et luna*

. . . Perdocuere homines annorum tempora verti Et certa ratione geri rem atque ordine certo.

celare. IV 1186 *quo magis ipsae Omnia summo opere hos vitae poscaenia celant.* Saepius verbo simplex additur accusativus.

arguere. VI 404 *quid undas Arguit et liquidam molem camposque natantis?*

b. Accusativus obiecti et accusativus praedicativus.

Deinde eos locos examinabo, ubi praeter obiecti accusativum accusativus praedicativa vi praeditus ad verbi notionem definiendam apponitur. Apud Lucretium ita usurpantur verba:

α. in quibus faciendi notio inest.

dare. II 611 *Phryggiasque catervas Dant comites:* V 870 *Quae damus utilitatis eorum praemia causa.*

reddere. I 1011 *Ut sic alternis infinita omnia reddat:* IV 1238 *Ut gravidas reddant uxores semine largo:* VI 608; 812; 855; 1124; 1139.

facere. I 655 *si faciant admixtum rebus inane;* II 182 *Quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta:* *904 *Deinde ea . . . Mollia iam faciunt,* de quo loco, cum ab editoribus propter scripturam vacillantem maxime vexatus sit, postea sub ablativo originis agam. 934 *Huic satis illud erit planum facere atque probare:* III 626 *Quinque, ut opinor, eam faciundam est sensibus auctam:* IV 529; V 983; 1124; VI 52; 230; 868; 966.

linquere. I 702 *quare quisquam . . . velit ardoris naturam linquere solam:* II 46 *mortisque timores Tum vacuum pectus lincunt curaque solutum.*

relinquere. I 53 *Ne mea dona . . . contempta relinquas:* 967 *in omnis Tantundem partis infinitum omne relinquit.*

locare. V 1108 *Condere coeperunt urbis arcemque locare Praesidium reges ipsi sibi perfugiumque.*

praestare. III 220 *circum caesura tamen se Incolumem praestat.*

constituere. I 707 *qui principium gignundis aëra rebus Constituere:* 753 *quoniam primordia rerum Mollia constituunt;* 798 *Quin potius tali natura praedita quaedam Corpora constituas:* II 560; III 307.

usurpare. I 60 *suëmus · haec eadem usurpare Corpora prima.*

β. in quibus existimandi vel dicendi notio inest.

cernere. II 732 *ante oculos quae candida cernis* [1]).

dicere. I 734 *quos diximus inferiores Partibus egregie multis multoque minores:* II 220 *Tantum quod momen mutatum dicere possis:* III 100 *Harmoniam Grai quam dicunt.* Adde quod Brieger: *I 834 *Principio, rerum quom dicit homoeomerian* codicum lectionem *quam* restituit.

introducere. III 630 *Pictores itaque et scriptorum saecla priora Sic animas intro duxerunt sensibus auctas* [1]).

fingere. I 847 *Adde quod imbecilla nimis primordia fingit:* 917 *quin materiai Corpora consimili natura praedita fingas:* II 58 III 90 VI 38 *Quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura:* III 556; 882; VI 677.

habere. *II 465 *minime mirabile habebis* emendavit Lachmannus, ubi codices in fine versus *debet* praebent. Codicum scripturam receperunt Bernaysius Brieger, cum aliquid post *debet* excidisse putent, id quod iam Lachmannus suspicatus est. Munro vero *habeto* proposuit [2]. Ceterum conferas V 1186 *Ergo perfugium sibi habebant omnia divis Tradere et illorum nutu facere omnia flecti.*

perhibere. IV 369 *quod nos umbram perhibere suëmus:* 650 *foramina quae perhibemus:* VI 702 *nos quod fauces perhibemus et ora.*

memorare. I 830 *ut Anaxagorae scrutemur homoeomerian Quam Grai memorant:* II 629 *Hic armata manus, Curetas nomine Grai Quos memorant Phrygios, · · · Dictaeos referunt Curetas.*

[1]) Hoc loco accusativum ad appositivum usum prope accedere apparet.

[2]) Cfr Hoerschelmannus p. 14.

nominare. I 695 *quem nominat ignem.*

nominitare. III 352 ··· *hunc motum quem sensum nominitamus:* VI 424 *Presterus Graiei quos ab re nominitarunt.*

appellare. I 59 *Quae nos ··· semina rerum Appellare suëmus.*

invenire. I 449 *aut his coniuncta duabus Rebus ea invenies* [1]).

videre. II 464 *quod amara vides eadem quae flavida constant* [1]).

vocare. I 58 *Quae nos materiam et genitalia corpora rebus ··· vocare ··· suëmus:* 369 426 439 507 1074 *quod inane vocamus;* 458 *Haec soliti sumus ··· eventa vocare:* 481 *at merito possis [res gestas] eventa vocare Corporis, atque loci:* II 655; III 94; 139; IV 30; VI 908.

vocitare. II 610 *Hanc variae gentes ··· Idaeam vocitant matrem:* VI 298 *quem patrio vocitamus nomine fulmen.*

His verbis, ubi in passivo ponuntur, nominativum praedicativi loco apud Lucretium adscriptum passim inveniri vix est cur adnotemus.

Addenda II.

Accusativus verbis passivis appositus.

Passivo genere verbi latini actionem in subiectum reflexam primitus indicatam esse, quia plurimis rebus confirmatur, inter omnes constat. Qua de causa passivas formas mediali significatione servata cum accusativo coniungi apud scriptores romanos vix est cur miremur. Verum accusativi eiusmodi verbis obiecti loco appositi, etsi in prisca latinitate non desunt exempla, apud Augusteae aetatis demum poetas frequentissimi occurrunt, quippe qui graecorum exemplis magis indulserint. Saepissime verbis in quibus induendi vel exuendi notio inest adiungitur accusativus, ut vestem

[1]) Hoc loco accusativum ad appositivum usum prope accedere appareat.

sive quid simile quo quis induitur vel exuitur significet. Tum accusativo pendente e verbis quae actionem exprimunt quam quis in se perficiendam curat vel perfici sinit corporis pars quae actione tangitur indicatur. Ab hac structura Lucretium fere omnino abstinuisse inde apparet, quod duo tantum exempla deprehendi, quae infra adscribam.

percellere. I 13 *Aëriae primum volucres te, diva, tuumque Significant initum perculsae corda tua vi;* 261 *hinc nova proles · · · Ludit lacte mero mentes perculsa voluptas.*

Quod haec structura a Lucretio non alias quam initio primi libri usurpata est, id ita nos offendit, ut non animadvertere non possimus. Eo autem loco qui postea occurrit V 1222 *Non populi gentesque tremunt, regesque superbi Corripiunt dictum percussi membra timore?* ab Holzio Lin. p. 30, quem sequitur Schaefler p. 21 sq., accusativum *membra* ad participium *percussi* relatum esse non miror, cum haud paucis locis ut IV 139, VI 1196 verba iuxta posita sententia prorsus violata coniunxerit. Illo loco accusativus pro obiecto verbi finiti est putandus, quoniam corripiendi verbum non semel ab poeta eodem modo usurpatur e. gr. VI 1161 *Singultusque frequens · · · Corripere adsidue nervos et membra coactans Dissoluebat eos · · · fatigans* et paulo ante V 1219 haec invenimus *cui non corripuit membra pavore?*

3. Accusativus obiecti interni.

Quae ipso in verbo latet substantialis quaedam indoles, si quis eam separatim exprimere vult, accusativus substantivi eiusdem originis verbo adiungitur. Haec igitur est natura obiecti interni quod vocatur, ut verbum et nomen eiusdem stirpis componantur, quo notio verbi magis augeatur et determinetur. Quare cum substitueretur pro vocabulo congeneri synonymum vel cognatae significationis nomen evenit, ut verba, quae principio intransitiva essent natura, haud raro propter obiectum internum transitivam paulatim inducrent naturam. Neque qui accusativi obiecti in-

terni munere funguntur ab externi sive proprii obiecti accusativis apte discerni possunt, cum arte inter se cohaereant.

Accusativus obiecti interni, cum a priscis latinorum poetis, quippe qui sermoni populari dediti vocum consonantiae maxime indulgerent, saepissime esset usurpatus, a posteriorum temporum inprimis aureae aetatis scriptoribus artioribus finibus est circumscriptus, quamvis permultae huiusmodi formulae et in iudiciali et in vulgari sermone diu vigerent. Quocirca Lucretius, cum vocum consonantiae studiosissimus sit aliaque figurae etymologicae genera in carmine suo passim usurpet, maxime est mirandum, cur accusativum obiecti interni tam parce adhibuerit, ut pauca eius generis exempla adnotanda sint. Quae apud Lucretium reperiuntur obiecti interni exempla, ea infra eodem ordine, quo utuntur Kuehner Delbrueckius alii, persequar.

A. Primum eos adfero locos, ubi verbo substantivum eiusdem originis apponitur.

exaestuare. II 1137 *Nec satis est, pro quam largos exaestuat aestus:* VI 816 *Hos igitur tellus omnis exaestuat aestus Expiratque foras.*

movere. *III 570 *ideo conclusa moventur Sensiferos motus, quos extra corpus in auras Aëris haut possunt post mortem iecta moveri*, ubi Lambinus *movere* quae codicum est scriptura in *moveri* correxit: vide p. 43 [1]). De IV 1274 conferas infra.

B. Deinde hunc inveni locum, quo substantivum similis significationis cum verbo coniungitur.

reboare. *IV 544 *Cum · · · reboat raucum regio cita barbara bombum.* Hoc cum Lachmanno ediderunt Bernaysius Munro, cum codices mendosa praebeant *recorat raucam retro cita* cet., quae Brieger minus apte in hunc modum correxit: *reboant raucum retro loca barbara bombum.*

C. Tum haec occurrunt exempla, in quibus pro ob-

[1]) Notandum est a Landgrafio sub nominativo etymologico Et. p. 33 haec: passive: ***movcntur motus*** Lucr. 3, 508 adiecta Lambini de loco supra allato adnotatione mira neglegentia proferri.

iecto interno ponitur accusativus vocabuli, quod quasi quaedam determinatio est notionis substantialis verbi.

a. Substantivi exstat accusativus his locis:

tremere. III 489 *Ante oculos aliquis nostros · · · Concidit et spumas agit, ingemit et tremit artus;* de quo loco videas velim Schaeflerum p. 27 sq.

vigilare. I 142 *Sed tua me virtus tamen et sperata voluptas · · · inducit noctes vigilare serenas*, quo loco Holtzius Lin. p. 29 accusativum temporis statuit.

b. Pronominis vel adiectivi accusativus adscribitur his verbis:

movere. IV 1274 *Idque sua causa consuerunt scorta movere*[1].

pugnare. V 729 *Proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque.*

fremere. *V 1063 *Inritata canum cum primum inmane Molossum Mollia ricta fremunt* scribit Bernaysio probante Lachmannus, sed recte codicum scripturam *magna* pro *immane* receperunt Munro et Brieger.

increpare. III 932 *si · rerum natura · · hoc alicui nostrum sic increpet ipsa.*

latrare. II 17 *nonne videre Nil aliud sibi naturam latrare?*

mutare. V 588 *Perparvom quiddam inter dum mutare videtur Alteram utram in partem flum.*

sonere. III 873 *Scire licet non sincerum sonere.* Cfr apud Ennium trag. 106 *neque irati neque blandi quicquam sincere sonant.*

tueri. V 33 *Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.*

revisere. II 359 *At mater · · · crebra revisit Ad stabula.* Quamquam *crebra* pro nominativo explicari potest.

Hoc modo adiectiva cum verbis determinationis loco adderentur, factum est, ut haud pauca in adverbia abirent, quae libere admodum cum verbo coniungerentur. De eius-

[1] Comparatur Holtzius Synt. I p. 238 sqq.

modi accusativis cum posterius agamus, hoc loco commemorare sufficit *mutua*, qui accusativus aliis locis pro obiecto interno haberi potest, aliis adverbialiter prorsus usurpatus est[1]. His locis apud Lucretium occurrit *mutua:* III 801 *Quippe etenim mortale . . . putare . fungi mutua posse Desiperest:* IV 947 *Pars . . . non queat esse Coniuncta inter se neque motu mutua fungi.* — V 1100 *Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.* — II 76 *inter se mortales mutua vivunt.* — IV 325 *Fiet ita . . . ut . . e laevo sit mutua dexter.* — VI 1084 *Quorum ita texturae ceciderunt mutua contra.*

§ 8. Accusativus terminationis.

1. De origine atque natura accusativi terminationis.

Accusativum linguae latinae, cum proprie ad verbalem actionem determinandam usurpatus sit, paulatim sensu liberiore ita apponi, ut cum verbo vix cohaereat, exempla ex scriptoribus latinis allata docent. Quo factum est, ut accusativi adiectivorum inprimis pronominumque in adverbiorum usum transirent, cum enuntiationi libere accommodarentur. Quorum cum usus apud Lucretium aliquantum variet, primum accusativos mensurae, deinde accusativos temporis, tum separatim accusativos adverbiales qui proprie vocantur perscrutabor.

2. Accusativus mensurae.

Accusativus et verbis et adiectivis subiungitur, ut rei extensionem significet (accusativus mensurae). Cuius generis accusativos apud Lucretium repperi his locis:

abesse. IV 408 *Vix absunt nobis missus bis mille sagittae Vix etiam cursus quingentos saepe veruti*, ubi Lucretius Ennium imitatus est (Prollius p. 12). Ceterum conferas paulo post p. 58.

altus. IV 414 *At conlectus aquae digitum non altior unum . . . Despectum praebet sub terras inpete tanto.* Hoc

[1] Cfr Ph. Thielmannus l. l., inprimis p. 369.

loco Meissner p. 40, ubi accusativum post *altior* ad similitudinem structurae comparativorum, qualia sunt *plus minus amplius*, non mutatum esse dicit, sic verba Lucretii explicat: conlectus aquae altus non plus unum digitum, quae potius ita intellegenda esse censeo: conlectus aquae digitum unum (altus, verum) non altior.

3. Accusativus temporis.

Cum accusativo mensurae arte cohaeret accusativus temporis qui vulgo perhibetur. Qui quidem accusativus, cum in prisca latinitate quid temporis puncto fiat significet, apud optimos scriptores spatium per quod verbalis actio durat semper exprimit. Apud Lucretium temporali sensu tum hoc tum illo usurpantur accusativi substantivorum:

aetas. III 986 *Nec · · · quicquam Perpetuam aetatem possunt reperire profecto:* VI 236 *Quod solis vapor aetatem non posse videtur Efficere*. Dignus est qui adnotetur accusativi usus, quia hanc vocem apud priscos poetas adverbii loco poni constat: qua de re videas Schaeflerum p. 32 sq.

dies. II 12 *unde queas alios · videre · · · Noctes atque dies niti praestante labore:* III 62 *Quae · · · cogunt · · · socios scelerum atque ministros Noctes atque dies niti praestante labore:* IV 973 *qui cumque dies multos ex ordine ludis Adsiduas dederant operas.*

lustrum. V 931 *Multaque per caelum solis volventia lustra · · citum tractabant.*

tempus. I 582 *Discrepat aeternum tempus potuisse manere:* 905 *Non possent ullum tempus celarier ignes;* 1016 *Nec mortale genus nec divum corpora sancta Exiguum possent horai sistere tempus:* III 606 *Sed minimum quodvis nequeat consistere tempus.*

temporis pars. III 399 *nequit residere per artus Temporis exiguam partem pars ulla animai.*

Ceterum ad actionem per temporis spatium continuatam accuratius significandam multis apud Lucretium locis

adiungitur *per* praepositio, cuius de usu velim videas Holtzium Lin. p. 81 sq.

§ 9. Accusativus adverbialis.

Accusativis mensurae et temporis examinatis ad eas locutiones, quibus adverbialis accusativi usus illustratur, accurate tractandas me convertam.

A. Primum mihi de iis locis Lucretianis erit disserendum, ubi substantivi accusativus adverbiali sensu enuntiato adscribitur.

pars. III 64 *haec cubera citae Non minimam partem mortis formidine dantur:* VI 1259 *Nec minimam partem ex agris maeroris in urbem Conflarit labes*, qui locus ab editoribus varie scribitur, uti postea de genetivo disserens s. v. *labes* ostendam: 1249 *Inde bonam partem in lectum maerore dabantur.* De vocis *partim* apud Lucretium usu conferas Munronem II ad v. 1143 l. V.

His subiungo:

hilum. III 783 *Ut . . . neque inter se contendant viribus hilum:* 830 *Nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum:* 867 *Scire licet nobis . . . neque hilum Differre:* IV 379 *Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum:* 515 *libella aliqua si ex parti claudicat hilum:* 1268 *Nec molles opu' sunt motus uxoribus hilum.*

(nihil) nil quam plurimis locis occurrit e. gr. I 647 *Nil prodesset enim calidum denserier ignem Nec rare fieri:* 680 *Nil referret enim quaedam decedere, abire:* II 37; 39; 659; 784; 815; *III 224 *Nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur*, quo loco Brieger cum Bockemuellero Heinsium Goebeliumque secutus nescio an rectius *nilo* ediderit: IV 718 *Cum tamen haec nostras acies nil laedere possint.*

perhilum [1]). VI 576 *Hac igitur ratione vacillant omnia tecta Summa magis mediis, media imis, ima perhilum.*

B. Deinde adiectivorum et pronominum accusativos in medium proferam.

[1]) De hac voce Wolffius p. 38.

a. Adiectiva.

multum. II 484 *Namque · · · inter se multum variare figurae non possunt;* IV 963 *quibus in rebus multum sanus ante morati:* 1248 *Nam multum harmonia Veneris differre videntur:* V 1112 *Nam facies multum cultus viresque vigorque.*

plus plura. II 209 *Plus ut parte foras emergant exiliantque:* 244 *nec plus quam minimum finclinare necessest corpora];* V 91 *ne te in promissis plura moremur;* VI 245 *neque te in promissis plura morabor.*

mutua vide p. 53.

nimium. IV 1139 *Aut nimium iactare oculos aliumve tueri Quod putat;* 1240 *Nam steriles nimium crasso sunt semine partim;* VI 919 *nimium longis ambagibus est adeundum.*

paulum. I 410 *Quod si pigraris paulumve recesseris ab re;* II 219 *Illud in his quoque te rebus cognoscere avemus Corpora · · · decellere paulum*, de quo loco postea fuse agetur: 243 *Quare etiam atque etiam paulum inclinare necessest Corpora*; 428 *Sunt etiam quae iam · · putantur Esse · · · magis angellis paulum prostantibus;* IV 363 *Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur.*

minimum. II 244 vide supra.

primum saepissime occurrit velut I 12 *Aëriae primum volucres te, diva, tuumque Significant initum;* 66 *Primum Graius homo mortalis tendere contra Est oculos ausus primusque obsistere contra;* 161 *E mare primum homines, e terra posset oriri Squamigerum genus et volucres erumpere caelo;* 742; 783; 786; 931.

totum Munro Howardo praeeunte adverbialiter usurpatum esse his locis docet: I 377 *id falsa totum ratione receptumst;* III 690 *Quod fieri totum contra manifesta docet res;* 797 *tanto magis infitiandum Totum posse extra corpus durare genique;* IV 1088 *Quod fieri contra totum natura repugnat.*

b. Pronomina et pronominalia.

quod, ubi adverbialiter usurpatum est, num usque pro

accusativo neutrius generis singularis numeri sit putandum ambigitur. Neque enim desunt qui veterem ablativum singularis numeri in *-d* exeuntem ita cum accusativo confusam esse existiment, ut discerni vix queant, quae res ideo comprobatur, quod haud raro *hoc*, quod ablativum causali vi praeditum esse inter omnes constat, non multo aliter atque *quod* usurpatum est, id quod exemplis e sermone Lucretii allatis ostendere conabor. Quae cum ita sint, de adverbiali usu huius vocis sub ablativo causae amplius agam. Unum hoc loco adscribam exemplum: II 248 *quod cernere possis*, ubi Lachmannus a bono interprete *quo ad* dici oportere monuit.

quid. II 53 *Quid dubitas quin omni' sit haec rationi' potestas?* 925 *quid opus fuit adtribui id quod Detrahitur?* III 6 *quid enim contendat hirundo Cycnis?* 582 *Quid dubitas quin · · · Emanarit uti famus diffusa animae vis?* 603 *Quid dubitas tandem quin · · · Non modo non omnem possit durare per aevom?* 772 *Quidve toras sibi valt membris crire senectis?* *790 V 134 *Quid si posset enim? multo prius ipsa animi vis In capite aut umeris aut unis calcibus esse Posset, et innasci quavis in parte soleret Tandem in eodem homine atque in eodem vase manere.* Qui locus ab editoribus varie et scribitur et interpungitur. Nam Bernaysius, cui initio scriptura codicum *quod* improbata *hoc* placet, commate post *enim* posito cum Lachmanno post *posset* distinxit, Brieger codicum scriptura servata post *enim* et post *soleret* commate interpunxit. Munro recepto *quod*, quia verba *posset enim multo prius* in parenthesi posuit, ante *soleret* comma praebet, quae emendatio quanto clariorem reddat sententiam apparet. 934 *quid mortem congenis ac fles?* I 758 *Quorum utrumque quid a vero iam distet habebis:* VI 188 *Nec tibi sit fradi quod nos inferna videmus Quam sint lata magis quam sursum exstructa quid extent*, ubi Munro *quid* idem quod *quantum* valere dicit.

quicquam. III 44 *quod saepe homines · · · ferunt · · se · · · Nec prosum quicquam nostrae rationis egere:* 850

Nec ... Pertineat quicquam tamen ad nos id quoque factum: 985 *Nec quod sub magno scrutentur pectore quicquam Perpetuam aetatem possunt reperire profecto:* IV 630 *Nec refert quicquam quo victu corpus alatur.*

quantum. IV 244 *quantum quaeque ab nobis res absit:* 417 *A terris quantum caeli patet altus hiatus:* V 561 *Iamne vides quantum tenuis natura valere Possit:* 707 *quantum solis secedit ab orbi.*

tantum. II 220 *Illud in his quoque te rebus cognoscere avemus Corpora ... decellere paulum, Tantum quod momen mutatum dicere possis:* IV 111 *quoniam primordia tantum Sunt infra nostros sensus tantoque minora,* quo loco Meissner p. 40 accusativum pro ablativo mensurae poni dicit, cum *infra* cum ablativo coniungi soleat: 288 *eoque Distare ab speculo tantum semota videtur:* V 3 *Quisve valet verbis tantum:* 613 *Aestifer ut tantum radiorum exaugeat ictum.*

tantundem. I 361 *Nam si tantundemst in lana glomere quantum Corporis in plumbo est, tantundem pendere par est:* 967 *Usque adeo ... in omnis Tantundem partis infinitum omne relinquit:* V 494 *neque enim poterant ... pariter tantundem omnes succumbere partis.*

utrumque. Ad adverbialem usum vocis ostendendum Haussleiter exempla ex scriptis ecclesiasticorum deprompta perscrutatus duos locos Lucretianos III 658 et V 839 adfert [1]). Verum illo loco quae in codicibus insunt pessime corrupta ab editoribus multis modis emendata sunt, neque codicum scriptura *utrumque* in fine versus 658 cuiquam nisi Munroni placuit, qui lacunam post hanc vocem statuit. Hoc autem loco omnes codicum scripturam *utrumque* ex sententia Lachmanni in *utrimque* mutaverunt. Ceterum Munro *utrumque* adverbialiter poni dicit VI 499 *circum ... pariterque ita crescere utrumque, Et nubis, et aquam, quae cumque in nubibus extat,* ubi appositive usurpatur.

[1]) Cfr. I. Haussleiter Utrumque als Adverbium. Arch. V p. 565 sq.

Neque adnotare non possum a Staedlero p. 30 haud paucis locis accusativum adverbialem statui adiectivorum, quae re vera attributi aut appositionis vice funguntur. De illis locis, quoniam plurimi nihil inusitati praebent, amplius agere inutile esse ratus unum exemplum adferam: VI 614 *tamen ad maris omnia summam Gattai vix instar erant unius adaugmen*, ubi Staedler, cuius ante oculos prava veterum scriptura *ad augmen* versata esse videtur, cum accusativum adverbialem statuat, quantum erret nemo non videt.

Praeterea animadvertendum est locutiones quae sunt *omne genus hoc genus quod genus* saepissime apud Lucretium inveniri. Quae locutiones quo modo apud scriptores latinos usurparentur, cum a multis perperam esset explicatum, nuper Woelfflinus in Archivi t. V pp. 387—398 optime illustravit [1]). Nam vir ille doctissimus eiusmodi locutiones, cum initio in nominativo aut accusativo positae pro appositione adhibitae sint, ex analogia in adverbiorum numerum ita abiisse ostendit, ut aliis locis alia ratione usurpatae sint. Et quamvis Woelfflinus Lucretii sermonem ad eam rem illustrandam percensuerit, exempla Lucretiana omnia adferre non inutile duxi, quoniam nonnulla omissa repperi.

omne genus. Appositive haec locutio substantivi nominativo subiungitur: IV 735 *Omne genus quoniam passim simulacra ferantur* et accusativo his locis adscribitur: I 1026 *Omne genus motus et coctus experiundo Tandem deveniant in talis disposituras:* II 759 *E quibus omne genus gignunt variantque colores:* V 428 *Propterea fit uti . . . Omne genus coctus et motus experiundo Tandem conveniant ea.* Ad substantivi ablativum relatum est *omne genus:* II 821 *Cur ea quae constant ex illis non pariter sunt Omne genus perfusa coloribus in genere omni?* V 440 *Sed nova tempestas quaedam molesque coorta Omne genus de principiis.* His locis codicum scriptura aliquotiens ita mutata est, ut adiectiva forma exstet, verum Lach-

[1]) Id genus und Verwandtes. — Praeterea conferas Ziemerum Str. p. 79 sq.

mannus, quod hoc nomine adiectivo *omnigenus* nullus veterum poetarum usus sit, ubique *omne genus* restituit.

hoc genus ablativo apponitur hoc loco: VI 917 *Hoc genus in rebus firmandumst multa.*

quod genus saepissime apud Lucretium occurrit: *II 194 *Quod genus est, nostro com missus corpore sanguis Emicat exultans alte* praebet Lachmannus Bernaysio probante, sed recte codicum scripturam *quod genus e nostro* cet. defendunt Munro et Brieger. III 221 *Quod genus est, Bacchi cum flos evanuit:* 266 *Quod genus in quovis animantum viscere volgo Est odor et quidam calor et sapor:* 276 *Quod genus in nostris membris et corpore toto Mixta latens animi vis est animaeque potestas:* 327 *Quod genus e thuris glaebis evellere odorem Haud facile est:* *431 *Quod genus est, somnis sopiti ubi cernimus alte Exalare vaporem altaria ferreque fumum.* Hoc Lachmannus et Bernaysius ediderunt, ubi Munro et Brieger recte quae in codicibus sunt *quod genus in somnis* praeferunt. 597 *Quod genus est, animo male factum cum perhibetur Aut animam liquisse;* *IV 271 *Quod genus illa, foris quae sunt, bene transpiciuntur* scripsit Lachmannus solus, ceteri codices secuti *foris quae vere transpiciuntur* ediderunt. V 478 *Quod genus in nobis quaedam licet in statione Membra manere:* 608 *Quod genus inter dum segetes stipulamque videmus Accidere ex una scintilla incendia passim;* 663 *Quod genus Idaeis fama est e montibus altis Dispersos ignis orienti lumine cerni:* VI 890 *Quod genus endo marist Aradi fons;* 1058 *quod genus aurum.* Multis locis *quod genus* idem fere valet quod *velut*, quare in posteriore enuntiato interdum *sic* positum est: ceterum conferas Woelfflinum l. l.

§ 10. Accusativus exclamationis.

Denique restat, ut commemoremus accusativum sive nudum sive cum interiectione coniunctum in exclamationibus adhiberi (accusativus exclamationis), quem accusa-

tivum e verbo, quod mente subintellegendum est, pendere sunt qui putent.

Apud Lucretium eiusmodi accusativum *o* interiectione adiecta uno loco vidi: II 14 *O miseras hominum mentes, o pectora caeca!*

His autem locis II 434 et 1093 vocativus est statuendus, quoniam *pro* interiectioni accusativus excepto *fidem* non adiungitur; cfr p. 11.

Addenda III.

1. Accusativus cum praepositionibus coniunctus.

Praepositiones apud Lucretium quo modo casibus accommodentur, quoniam ubi de universa praepositionum doctrina agitur aptius illustrari posse existimo, hoc loco accurate perscrutari supervacaneum esse mihi persuasi, praesertim cum praepositionum usus Lucretianus a viris doctis aliqua ex parte descriptus sit. Quare quoniam exempla, in quibus casui adscribitur praepositio, iam multis locis attuli, praepositiones cum accusativo coniunctas Holtzium Hertziumque secutus paucis exemplis enumeratis summatim perquiram.

A. Primum de iis praepositionibus disseram quae nisi cum accusativo non coniunguntur, quarum hae apud Lucretium occurrunt.

ad. Primum motum exprimit sive verum sive per metaphoram intellegendum velut I 51 *vacuas auris animumque sagacem Semotum a curis adhibe veram ad rationem:* 95 *Nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras Deductast*, aut nonnumquam de statu usurpatur e. gr. IV 1062 *presto simulacra tamen sunt Illius et nomen dulce obversatur ad auris:* VI 729 *Fit quoque uti pluviae, forsan, magis ad caput ei Tempore eo fiant.* Deinde dicitur de eo tempore, quod non accurate definitur, sed tantum ex propinquitate alicuius certi momenti designatur: VI 1192 *item ad supremum denique tempus Conpressae nares.* Tum comparativa vis praepositioni inest: VI 613 *tamen ad ma-*

ris omnia summatim Gattai vix instar erant quius adaugmen: 679 *Cum tamen omnia ... Nil sint ad summam summai totius omnem.* Porro idem fere valet atque *secundum* velut II 281 *Cuius ad arbitrium quoque copia materiai Cogitur inter dum flecti:* 379 *Natura quoniam constant neque facta manu sunt Unius ad certam formam primordia rerum.* Postremo ad finem vel effectum indicandum adhibetur multis locis e. gr. II 20 *Ergo corporeum ad naturam pauca videmus Esse opus omnino:* 1027 *Sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet.*

adversus adversum his locis occurrit: IV 445 *tum splendida signa videntur Labier adversum nimbos:* V 310 *Denique non ... cernis ... Nec sanctum numen ... Posse ... adversus naturae foedera niti?*

ante ad locum significandum saepe usurpatur e. gr. I 62 *Humana ante oculos foede cum vita iaceret;* 89 *mestum simul ante aras adstare parentem Sensit* et temporali sensu semel ponitur: II 938 *Principio nequeunt aliius corporis esse Sensus ante ipsam genitam naturam animantis.*

apud his locis exstat: VI 747 *Is locus est Cumas aput:* 848 *Esse apud Hammonis fanum fons ... fertur.*

circum locali sensu usurpatur velut I 937 IV 12 *prius oras, pocula circum, Contingunt mellis dulci flavoque liquore:* II 345 *laetantia quae loca aquarum Concelebrant circum ripas fontisque lacusque.*

citra cum accusativo hoc loco ponitur: IV 275 *Primus enim citra postes tum cernitur aër.*

contra non solum locali significatione usurpatur: IV 156 *quamvis subito ... quamque Rem contra speculum ponas;* V 708 *Donique eum contra pleno bene lumine fulsit.* sed etiam translato sensu dicitur e. gr. I 693 *Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat;* III 353 *Vel manifestas res contra verasque repugnat.*

extra cum accusativo coniungitur locali sensu velut I 72 *et extra Processit longe flammantia moenia mundi:* 963

Nunc extra summam quoniam nil esse patendum, aut translata significatione ponitur: V 1401 *Tum . . . lasciria laeta monebat · Extra numerum procedere membra movente*s.

infra uno loco occurrit: IV 112 *quoniam primordia tantum Sunt infra nostros sensus*, de quo loco videas p. 58.

inter. Primum locali sensu ponitur e. gr. I 386 *Inter corpora quod fiat:* 639 *Clarus ob obscuram linguam magis inter inanis Quamde gravis inter Graios*. Plurimis locis ad mutuam actionem indicandam additur *inter se* velut I 240 *nisi materies aeterna teneret, Inter se nexa minus aut magis indupedita:* 244 *inter se quia nexus principiorum Dissimiles constant*. Deinde temporali significatione usurpatur: IV 1084 *Sed leviter poenas frangit Venus inter amorem:* VI 524 *Hic ubi sol radiis, tempestatem inter opacam, Adversa fulsit nimborum aspergine contra*. Tum dicitur de discrimine quod inter res duas pluresve intercedit: I 619 *Ergo rerum inter summam minimamque quid esse?*

intra cum accusativo his locis coniungitur: II 1118 *Ut fit ubi nilo iam plus est quod datur intra Vitalis venas:* *IV 611 *qua propter cernere nemo Saepem intra potis est* scripsit Lachmannus, ubi codices praebent *saepe supra potis est*. Ad eius coniecturam proxime accedens Brieger *saepta intra* coniecit, Bernaysius vero, quem sequitur Munro, *saepem ultra* proposuit.

ob a Lucretio semper causali sensu ponitur[1]) velut I 156 *Quas ob res ubi viderimus nil posse creari De nilo:* 639 *Clarus ob obscuram linguam*.

penes uno loco repperi: II 1010 *Nec putes aeterna penes residere potesse Corpora prima*.

per. Primum quam saepissime de loco et de rebus in loco versantibus ponitur e. gr. I 17 *Denique per maria ac montis fluviosque rapaces Frondiferasque domos avium camposque virentis Omnibus incutiens blandum per pectora amorem Efficis ut cupide generatim saecla propagent:* 30

[1]) Cfr Ed. Woelfflinus Zu den lateinischen Kausalpartikeln. Arch. I pp. 161—176.

Effice ut interea fera moenera militiai Per maria ac terras omnis sopita quiescant. Deinde dicitur de temporis spatio per quod actio continuatur velut I 549 *Nec ratione queunt alia servata per aevom Ex infinito iam tempore res reparare:* IV 1018 *Multi de magnis per summum rebus loquuntur.* Tum *per* auctorem rei designat aut ad causam sive exteriorem sive interiorem indicandam adhibetur e. gr. I 4 *per te quoniam genus omne animantum Concipitur;* 403 *per quae possis cognoscere cetera tute.* Porro ad modalem relationem significandam usurpatur velut IV 847 *Quam daret obiectum parmai laeva per artem;* 905 *Multaque, per tracheas et tympana, pondera magna Commovet atque levi sustollit machina nisu.*

post fere ubique temporali sensu ponitur e. gr. II 299 *Et post haec semper simili ratione ferentur:* III 338 *Praeterea corpus · · · Nec crescit neque post mortem durare videtur.*

praeter. Primum locali sensu *praeter* cum accusativo coniungitur: IV 390 *Quos agimus praeter navem velisque rudentis.* Deinde translata significatione de re modum excedente dicitur: IV 1241 *Nam steriles nimium crasso sunt semine partim, Et liquido praeter iustum tenuique vicissim* aut de exceptione ponitur velut I 445 *Ergo, praeter inane et corpora, tertia per se Nulla potest rerum in numero natura relinqui:* II 920 *at coetu concilioque Nil facient praeter volgum turbamque animantum.*

prope accusativum hoc loco adsumit: VI 863 *Multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.*

propter. Primum propria significatione servata ad localem relationem exprimendam saepe usurpatur e. gr. I 316 *tum, portas propter, aëna Signa manus dextras ostendunt adtenuari:* II 30 *Cum tamen · · · Propter aquae rivom · · · Non magnis opibus iucunde corpora curant.* Deinde causam multis locis indicat velut I 139 *Multa novis verbis praesertim cum sit agendum Propter egestatem linguae et rerum novitatem:* II 854 *Propter eandem rem debent primordia rerum Non adhibere suum gignundis rebus odorem.*

secundum semel a Lucretio ponitur: III 35 *Haec secundum res animi natura videtur Atque animae claranda meis iam versibus esse.*

supera supra et locali sensu usurpatur e. gr. III 385 *Nec supera caput eiusdem cecidisse vietam Vestem · · · Sentimus:* IV 403 *vix ut iam credere possint Non supra sese ruere omnia tecta minari* et de tempore dicitur: V 326 *Cur supera bellum Thebanum et funera Troiae Non alias alii quoque res cecinere poetae?*

trans apud Lucretium nisi hoc loco non occurrit: V 914 *Trans maria alta pedum nisus ut ponere posset.*

ultra cum accusativo uno loco coniungitur: IV 269 *Nunc age, cur ultra speculum videatur imago Percipe;* cfr p. 63.

B. Deinde eas perscrutabor praepositiones quae et cum accusativo et cum ablativo ponuntur, quarum has apud Lucretium cum accusativo coniunctas repperi.

in. Primum motum in locum directum quam saepissime exprimit e. gr. I 22 *Nec sine te quicquam dias in luminis oras Exoritur:* 33 *in gremium qui saepe tuum se Reicit.* Deinde metaphorico sensu de motu hostili dicitur velut V 1309 *Expertique sues sacros sunt mittere in hostis;* 1317 *Nec poterant equites fremitu perterrita equorum Pectora mulcere et frenis convertere in hostis.* Tum de tempore adhibetur e. gr. II 570 *Nec superare queunt motus itaque exitiales Perpetuo neque in aeternum sepelire salutem;* IV 427 *Porticus · · · Stans · in perpetuum paribus suffulta columnis.* Separatim commemoro *indu* cum accusativo constructum: V 102 *Nec tamen hunc possis oculorum subdere visu Nec iacere indu manus.*

sub locali significatione ponitur velut I 447 *Nec quae sub sensus cadat ullo tempore nostros:* IV 416 *At collectus aquae · · · Despectum praebet sub terras impete tanto,* aut translato sensu usurpatur: V 1147 *quo magis ipsam Sponte sua cecidit sub leges artaque iura.*

subter cum accusativo coniungitur e. gr. I 2 *caeli subter labentia signa Quae mare navigerum, quae terras fru-*

giferentis Concelebrus: VI 697 *Ex hoc usque matri speluncae montis ad altas Perveniunt subter fauces.*

super semper apud Lucretium locum indicat velut V 271 *inde super terras fluit agmine dulci:* 501 *et liquidissimus aether Atque levissimus aërias super influit auras.*

insuper cum accusativo ponitur[1]): VI 1284 *Namque suos consanguineos aliena rogorum Insuper extructa ingenti clamore locabant.*

Denique monendum est apud Lucretium earum particularum quae praepositionum vice funguntur haud paucas absolute usurpatas esse, de quibus egerunt Holtzius Lin. pp. 10 sq. 69 sqq. Ebrardus pp. 594 sq.

2. Accusativus cum infinitivo.

De accusativi cum infinitivo usu Lucretiano, quamvis multa dici possint, sub accusativo agere supersedeo, quoniam aptius uno tenore, ubi infinitivi usus fuse illustratur, haec structura est pervestiganda. Id tamen adnotandum censeo apud Lucretium huius structurae originem et naturam optime apparere, praesertim cum multis in verbis haud pauca quae mentione sint digna occurrant. Qua de causa spero fore ut mihi data occasione ad haec reverti liceat.

[1]) Cfr C. Hampius Die zusammengesetzten Praepositionen im Lateinischen. Arch. V pp. 321—368.

Cap. IV.

Dativus.

§ 11. De vi et usu dativi universe disputatur.

De dativi propria vi et indole quanta inter eos quicunque casuum doctrinae dent operam iam pridem exstet dissensio, vix est quod moneam. Nam ut praetermittam sententias veterum grammaticorum, qui quidem a graecae linguae casuum syntaxi profecti fere semper de dativo latino perversa ratione iudicarunt, nostris temporibus utrum localis significatio dativo linguarum indogermanicarum vindicanda sit necne acerrime inter viros doctissimos est disceptatum. Plurimi enim vestigiis Rumpelii aliorumque pressis, qui quidem id egerant, ut in dativo latino vim localem non fuisse demonstrarent, ad grammaticam quam vocant notionem comprobandam potius inclinant. Inter eos qui syntaxi latinae incubuerunt Kuehner II 1 p. 226 sqq. totum enuntiatum censet dativo ita definiri, ut hic casus personam vel rem quae ad subiectum relata sit quodam modo verbi actione tangi indicet, cui proxime adstipulatur Schmalzius p. 424 sqq. Ad horum sententiam prope accedens Draeger I p. 401 sq. dativum, cum verbis transitivis appositus motus finem exprimat, apud poetas posteriorumque aetatum scriptores magis magisque localem naturam adsumpsisse addit [1]). Sed longe ab iis omnibus dissentiunt nonnulli — Brealius Deeckius [2])

[1]) Ceterum conferatur G. Landgrafius Der Dativus commodi und der Dativus finalis mit ihren Abarten. Arch. VIII pp. 39—76.

[2]) Cfr Gr. p. 168 § 263: Der Wemfall ist ursprünglich ein räumlicher Fall, der auf die Frage wohin? das Ziel angiebt, an dem eine Bewegung zur Ruhe kommt. Er ist dann der gewöhnliche Fall der entfernteren Ergänzung als Ziel einer Thätigkeit auf die Frage wem?; ferner giebt er die Person an, zu deren Nutzen oder Schaden, für oder gegen die etwas geschieht *(dativus commodi et incommodi)*. Endlich bezeichnet er den Zweck einer Handlung auf die Frage wozu? — Praeterea videas E. p. 340 sq. § 263.

alii — cum dativo rem in quam verbi actio tendat significari putent, qua in re ab accusativo ita differat, ut accusativus ad adventum potius et introitum, dativus ad movendi actum spectet [1]. Huic sententiae Delbrueckius, cum antea se applicuisset, nuperrime et in A S et in Synt., adversatus est ad adversariorum partem paulatim transgressus. Ac Delbrueckio quidem a nobis est concedendum dativum tam raro locali significatione in linguis indogermanicis usurpatum esse, ut universum dativi usum si respiciamus facile ad grammaticam notionem defendendam simus propensi. Alii vero quod dativus vulgo locali natura abiecta ad res sensu magis abstractas adhibitus est, id ea re factum esse monent, quod accusativus, ut est casus proprie verbalis, sive nudus sive e praepositione pendens ad motum aliquo versum exprimendum saepius positus sit. Atque remotiorem dativi latini notionem e locali usu facillime oriri potuisse nobis testimonio sunt linguae germanicae et romanicae, in quibus dativus praepositionibus exprimi solet quae de motu proprie usurpantur. Adde quod in fennica lingua dativi munere funguntur casus, quos apparet locales esse, allativus, cuius frequentissimus usus localis est, et genetivus-dativus, quem casum e vetere lativo ortum esse constat. Quibus de causis quamquam res nullo modo evinci potest, mihi veri simile videtur in dativo et latino et aliarum quae cognatae sunt linguarum primariam localem fuisse notionem, ex qua quo modo ceteri fluxerint usus infra demonstrabo.

[1]) Cfr Brealius l. l. t. a. 1895 p. 281: Ainsi l'accusatif marque le lieu où l'on va *(revertor domum);* le datif le lieu dont on approche *(it clamor caelo);* cfr p. 283 sq.

Conspectus dativi Lucretiani.



§ 12. Dativus finalis.

1. Dativus finalis loci.

Iam paulo ante diximus dativum linguae latinae non tam ad localem notionem, quam ad remotiores exprimendas usurpatum exstare. Verum dativos, in quibus vim localem inesse aperte ostendunt structurae cum praepositionibus compositae, passim apud scriptores latinos inveniri notum est. Atque hos dativos, cum alii velut Kuehner et Kernius ad usum graecae linguae accommodatos esse contendunt, alii — inter quos sunt commemorandi Draeger Schroeter Thielmannus — locativos in quibusdam formulis ex antiquissimis temporibus servatos putant. Atqui in hac re quamvis poetas usui et consuetudini graecorum non nihil inservivisse pro certo habere possimus, non est cur dubitemus, quin huiusmodi dativi latinorum dicendi generi proprii sint, neque tamen esse locativos satis certis testimoniis probari potest. Quare Delbrueckius, cum localem casum cum dativo coaluisse omnino neget, omnes dativos esse Synt. p. 290 contendit, quos tamen per analogiam earum quae vulgo occurrunt structurarum positos esse censet. Utut se haec

res habet, primum dativos locali sensu positos quoscumque apud Lucretium inveni accuratius examinabo, quos multo rarius quam apud poetas Augusteae aetatis admissos esse facile apparet.

Apud Lucretium cum dativo loci coniunguntur[1]):

A. Verba intransitiva.

venire. De hoc verbo, cum dativos nominum personas et animalia exprimentium adsciscat, postea sub dativo acquisitionis agere malo.

B. Verba transitiva.

damnare. VI 1232 *morti damnatus ut esset*, de quo loco fuse egit Munro II.

dare. III 1035 *Scipiadas ... Ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset;* V *970 *silvestria membra Nuda dabant terrae*[2]); 95 *Quorum naturam triplicem ... Una dies dabit exitio:* 1000 *At non multa virum sub signis milia ducta Una dies dabat exitio:* 1007 *Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat, contra nunc rerum copia mersat*[3]; VI 1144 *Inde catervatim morbo mortique dabantur.*

dedere. VI 1255 *penitusque casa contrusa iacebant Corpora paupertate et morbo dedita morti*, de quo loco conferas Munronem II ad II 1043. Hoc loco *in* cum accusativo coniunctum additur: III 966 *Nec quisquam in barathrum nec Tartara deditur atra.*

2. Dativus finalis status.

Dativus finalis verbis quibusdam apponitur, ut quae sit agentis intentio aut qui fiat actionis effectus exprimat. Neque solum verbis motum indicantibus, qualia sunt *dare dicere ducere mittere portare venire*, sed etiam verbis quibus inest quietis notio, velut *esse iacere patere*, huiusmodi

[1]) Cfr Schaefler p. 50 sqq.

[2]) *nuda dabant* omnes e coniectura Lambini ediderunt pro scriptura codicum *nudabant*.

[3]) *mersari leto* et Antoineus p. 157 et Landgrafius p. 71 brevius quam rectius adferunt.

dativos adiungi notum est. Quem usum a locali significatione proprie profectum esse inde elucet, quod haud raro praepositiones *ad in* cum accusativo eodem fere quo dativus sensu verbis additae usurpari solent. Tum nobis est animadvertendum saepissime evenire ut praeter dativum rei qui vocatur alter dativus ad personam ad quam spectat actio significandam cum verbo coniungatur. Apud Lucretium dativum finalem sibi adsciscunt:

A. Verba transitiva motum significantia.

dare. De III 971 agam sub ablativo modi.

habere. V 1235 *eis abdita quaedam · · · pulchros fascis saevasque secures Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur.*

vertere. V 1357 *Agricolae donec vitio vertere severi. In* cum accusativo usurpatur: II 744: VI 1171 *Nil adeo posses cuiquam leve teneroque membris Vertere in utilitatem.*

B. Verba intransitiva quietem indicantia.

esse. *IV 783 *Si mare, si terram cordist, si denique caelum.* Hoc codices secuti ediderunt Lachmannus et Brieger *esse* vel *oeurrere* subaudiendum esse putantes, Bernaysius *si terra in cordest* scripsit, Munro Pontano adstipulatus *si terrast cordi* optime transposuit. *V 1391 *nam tum sunt carmina cordi*[1]). — V 982 *Sed magis illud erat curae.* — VI 187 *Ne tibi sit fradi.* — VI 1229 *Hoc aliis erat exitio letumque parabat.* — VI 1095 *quae sint morbo mortique necessest Multa volare.* — I 759 *Deinde inimica modis multis sunt atque veneno Ipsa sibi inter se:* cfr *II 462; IV 637; 640; VI 974, quibus locis nominativus *venenum* praedicative additur. — VI 771 *Multa, cibo quae sunt, vitalia.* — V 539 *Propterea non est oneri neque deprimit auras: Ut sua cuique homini nullo sunt pondere membra. Nec caput est oneri collo.* — II 433 *indicio nobis est tactus uterque:* IV 1019 *Multi · · · Indicio ·*

[1]) sic cum Lachmanno ediderunt Bernaysius et Brieger, Munro e coniectura Lambini *tum haec sunt omnia cordi* scripsit, codices *tum sunt omnia cordi* exhibent.

sui facti persaepe fuere. — II 643 *at · · · Praesidioque parent decorique parentibus esse.*

iacere. V 875 *Scilicet haec aliis praedae lucroque iacebant.*

Huc accedit quod *IV 51, ubi Lachmannus, quem sequuntur Bernaysius et Brieger, e Nonio *Quae quasi membrana vel cortex nominitandast* scripsit codicum scriptura *qui* in *quae* mutata. Munro, cum Lachmanni coniectura soloecismum oriri putaret, *qui quasi membrana, vel cortex nominitandast* edidit dicens et *qui* sc. corpori et *membrana* dativos esse, quoniam subiectum primariae enuntiationis *imago* e more Lucretii in secundaria enuntiatione positum sit. Sed cum ex coniectura Munronis durus admodum exsistat verborum connexus, versum aptius ita restituendum esse equidem censeo: *cui (quoi) quasi membrana est vel cortex nominitanda* i. e. cuius corporis quasi membrana vel cortex nominitanda est. Nam dativus *cui*, qui casus in codicibus *qui* scribi potuit, saepe ad genetivi similitudinem accedens in initio versus occurrit et litterae inprimis *est* vocis in libris manuscriptis haud raro variis modis transponuntur, qua de re videas Lachmannum Comm. ad II 275.

Valde incertus est dativus coniectura Lachmanni ortus *V 1267 *silvasque ut caedere possent Materiemque domo, levare ac radere tigna*, ubi codices *materiemque dolaret levare ac radere tigna* exhibent, quae verba ab editoribus varie emendantur. Scripturam Lachmanni probant Bernaysius et Brieger. Munro vero Marulli emendationem *materiemque dolare et levia radere tigna* facillimam esse ratus recte fortasse recepit.

Tum dativum gerundii vel gerundivi ad finem rei agendae exprimendum praecipue *esse* verbo appositum a poetis usurpari nonnulli monent. Verum quae exempla e Lucretio (I 184 et II 855) allata sunt ab Antoineo p. 142, ea quoniam non dubito quin aliter sint explicanda postea suis locis adferam.

§ 13. Dativus acquisitionis.

Dativum latinum cum verbis quibus aliquid alicui addi indicatur coniungi solere vix est quod moneam (dativus acquisitionis). Atque hunc dativi usum e locali significatione esse derivatum ea re confirmatur, quod praepositiones cum suis casibus coniunctae nullo fere discrimine intercedente pro dativo usurpantur. Neque verbis solum motum quendam exprimentibus, verum etiam verbis quibus quietis notio inest dativum acquisitionis subiungi notum est. Quare huiusmodi dativos verbis intransitivis quorum plurima quietem significant saepe accommodari vix est mirandum. Neque animum non advertere debemus variis causis factum esse, ut dativus et in vulgari sermone et apud poetas multis verbis appositus sit, quae apud optimos scriptores alias structuras admittant. In dativi acquisitionis usu ad aureae aetatis scriptorum normam sermonem Lucretii prope accedere exemplis infra allatis ostendam.

A. Apud Lucretium haec inveniuntur verba intransitiva quibus dativus acquisitionis adiungitur.

a. Verba motum significantia.

reboare. II 28 *Nec citharae reboant laqueata aurataque tecta:* de quo loco conferas quae iam dixi sub accusativo p. 25.

cedere. I 372 *Cedere squamigeris latices nitentibus aiunt:* V 1291 *nam facile allis Omnia cedebant armatis nuda et inerma.* De transitivo huius verbi usu paulo post agam.

concedere incedere succedere vide sub verbis compositis [1]).

credere. IV 507 *nisi credere sensibus ausis.* Ceterum conferas velim de hoc verbo p. 24.

indulgere. III 934 *quod nimis aegris Luctibus indulges.*

moderari. V 1312 *Qui moderarier his possent vinclisque tenere.* De accusativo e verbo pendente egi p. 20.

[1] Verba composita aliorum secutus exemplum separatim tractabo, cum propter structuras vacillantes saepe difficile sit diiudicare, cui generi dativi adnumerandi sint qui cum eiusmodi verbis coniunguntur.

propinquare. V 630 *quanto · eius Cursus · · · terris · propinquat.*

repugnare. *V 1082 *Et quam de victu certant praedaque repugnant.* Hoc loco, ubi codices *praedataque* falso praebent, Avancii coniectura *praedaque* Lachmanno Bernaysio Munroni placuit, qui dativum statuunt. Brieger vero, a quo *praedae* pro nominativo haberi apparet, *praedaque* (i. e. et de praeda), quae scriptura est correctoris codicis oblongi, — quam Lachmannus nescio qua de causa absurdam esse dicit — veteres secutus editores scripsit: quae emendatio cum ad sensum quadrat tum ea re maxime commendatur, quod Lucretius — id quod nos saepius offendit — praepositionem iterare non solet. Huc accedit, quod *repugnare* apud Lucretium alias praepositionem adsumit velut sensu remotiore usurpatum: I 693 *Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat;* III 353 *Vel manifestas res contra verasque repugnat.*

redundare. IV 154 *Qua propter fit ut hinc nobis simulacra redundent.* His autem locis: V 603 *Nonne vides etiam quam late parvus aquai Prata riget fons inter dum campisque redundet?* et VI 712 *Nilus in aestatem crescit campisque redundat* utrum dativus localis an ablativus localis statuendus sit discernere non queo: quamquam dativus ad sensum mihi melius quadrare videtur.

venire. IV 779 *quod cuique libido Venerit [cogitare]:* VI 1131 *Consimili ratione venit bubus quoque saepe Pestilitas et iam pigris haluntibus aegror:* de quibus locis videas Schaeflerum p. 53.

convenire vide sub verbis compositis.

b. Verba quietem indicantia.

adesse obesse vide sub verbis compositis.

prodesse. I 93 *Nec miserae prodesse in tali tempore quibat;* II 39 *animo quoque nil prodesse putandum.*

subesse vide sub verbis compositis.

fidere. Huic verbo eiusque compositis quia et dativus et ablativus nullo fere discrimine subiungi solet, utrum dativus an ablativus appositus sit diiudicari non potest locis

Lucretianis. Verbum simplex occurrit: V 1039 *Alituum porro genus alis omne videmus Fidere.*

diffidere. I 267 *Ne qua forte tamen coeptes diffidere dictis:* 334 *Nec sinet errantem ... nostris diffidere dictis:* V 1349 *Qui numero diffidebant.* Meissner p. 13 ablativum instrumentalem verbo simplici, Holtzius Lin. p. 39 dativum verbo composito adsignat, cum *diffidere*, si Draegero credimus, a posterioribus demum cum ablativo coniungi soleat.

libere. III 657 *Quin etiam tibi si ... Sit libitum.*

manere. *II 1072 *Quis eadem natura manet* scribit Lachmannus Bernaysio probante, ubi in codicibus insunt verba *eis eadem natura manet*, Munroni coniectura placuit Marulli *eisque eadem et natura manet*, Brieger *siue eadem natura manet* post signatam lacunam posuit. Quamquam quid scripserit Lucretius dubitari potest, scripturam Marulli, quia ad sententiam optime quadrat neque a codicum verbis multum recedit, non possum non probare. Altero loco III 408 *lacerato oculo circum si pupula mansit Incolumis* non deerunt qui de ablativo absoluto cogitent.

remanere. III 402 *At manet in vita cui mens animusque remansit*, quo loco dativus dynamicus potius est statuendus.

patere. I 1006 *Usque adeo passim patet ingens copia rebus:* IV 398 *Classibus inter quos liber patet exitus ingens.*

restare. V 227 *Cui tantum in vita restet transire malorum.*

superare. I 579 *quaedam Nunc etiam superare necesse est corpora rebus:* 672 *Proinde aliquid superare necesse est incolume ollis.*

His apte subiungitur:

differre. IV 477 *Unde sciat ... dubium certo quae res differre probarit*, quia dativum non ablativum huic quoque verbo ex analogia verborum similitudinis apponi notum est.

B. Verba transitiva.

a. Verba quae significant *cedere dare tribuere* similia.

cedere. V 987 *cedebant · · · Hospitibus saevis instrata cubilia fronde:* ceterum conferas p. 73.

concedere vide sub verbis compositis.

dare. I 28 *Quo magis aeternum da dictis, diva, leporem:* 100 *Exitus ut classi felix faustusque daretur;* 936 IV 11 *pueris absinthia taetra medentes Cum dare conantur:* 993 *At nunc, ni mirum, requies data principiorum Corporibus nullast:* II 187 *Ne tibi dent in eo flammarum corpora fraudem:* 261 *Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas Principium dat:* 302 *Quantum cuique datum est per foedera naturai:* 639 *Ne Saturnus · · · Aeternum · daret matri sub pectore volnus:* III 250; 849; 1030; IV *41; 684; 719; 912; 973; V 104; 382; 786; 872; 1048; 1101; 1266; 1340; 1363; VI 1227; cfr p. 70. Praeterea *in* praepositio cum accusativo coniuncta verbo passim apponitur.

addere vide sub verbis compositis.

circumdare. VI 1036 *quandoquidem · · · aër Omnibus est rebus circum datus adpositusque,* ubi posterius verbum ad structuram aliquantum valuisse apparet, qua de re videas p. 24 s. v. *consentire.* De altera huius verbi structura *circumdare aliquem aliquid* iam egi p. 46.

dedere. III 112 *molli cum somno dedita membra · iace[n]t:* *IV 995 *fugae quasi dedita cernant*[1]). Conferas velim p. 70. Rara admodum his locis occurrit structura, de qua conferas paulo post s. v. *miscere:* III 647 *Et semel in pugnae studio quod dedita mens est:* IV 815 *animus si cetera perdit Praeter quam quibus est in rebus deditus ipse.*

didere. II 1136 *Nec facile in venas cibus omnis diditur ei:* IV 632 *Dum modo quod capias concoctum didere possis Artubus:* VI 1 *Primae frugiparos fetus mortalibus aegris Dididerant quondam praeclaro nomine Athenae.* Saepius additur *in* praepositio accusativum regens velut II 1136, quem locum supra attuli: III 703 *In membra atque artus cum diditur omnis:* 707 *Dum quasi per caulas omnis diduntur in artus Particulae:* IV 629 *dum diditur om-*

[1]) *fugae* correxit Marullus pro *fuga.*

nis in artus: 955 *in venas dum diditur omnis:* VI 946 *Diditur in venas cibus omnis.*

edere. II 556 *Ut · · · indicium mortalibus edant.*

reddere. I 203 *materies quia rebus reddita certast Gignundis:* 578 *si nullast frangendis reddita finis Corporibus:* 585 *quoniam generatim reddita finis Crescendi rebus constat vitamque tenendi:* II 64: 96: 143: 512: 679: 757: III 177: 618: IV 177: 573: V 620: VI 494: 534: 981.

subdere vide sub verbis compositis.

tradere. IV 1222 *Quae patribus patres tradunt ab stirpe profecta:* V 861 *Multaque sunt · · · tutelae tradita nostrae:* 867 *Lanigeraeque simul pecudes et bucera saecla Omnia sunt hominum tutelae tradita. Memmi:* 1186 *Ergo perfugium sibi habebant omnia divis Tradere.* Accedit praepositio *in* cum accusativo coniuncta: IV 326 *Fit quaque de speculo in speculum ut tradatur imago.*

mandare. II 638 *Ne Saturnus eum malis mandaret adoptus:* IV 848 *et fessum corpus mandare quieti Multo antiquius est quam leti mollia strata:* VI 602 *Proinde licet quamvis caelum terramque reantur Incorrupta fore aeternae mandata saluti.*

commendare. V 860 *nobis ex utilitate sua quae Commendata manent.*

dividere. III 271 *initum motus ab se quae dividit ollis:* IV 489 *nam seorsum cuique potestas Divisast, sua vis cuiquest.* Praepositio *in* usurpata est: IV 566 *in primas quoniam se dividit auris:* 603 *Praeterea partis in cunctas dividitur vox.*

largiri. I 1047 *coguntur · · · Principiis rerum spatium tempusque fugai Largiri:* V 165 *quid enim immortalibus atque beatis Gratia nostra queat largirier emolumenti.*

tribuere. I 322 *Postremo quae cumque dies naturaque rebus Paulatim tribuit:* II 789 *ut tribuamus Principiis rerum non numquam · colores:* 974 *Principiis si iam est sensus tribuendus eorum:* IV 1154 *Et tribuunt ea quae*

non sunt his commoda rere: 1183 *tribuisse quod illi Plus videat:* V 871; 1172; 1194; VI 783.

adtribuere vide sub verbis compositis.

distribuere. II 1112 *Nam sua cuique ··· omnia plagis Corpora distribuantur:* V 1042 *Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse Rebus ··· Desiperest.*

retribuere. V 277 *qui nisi contra Corpora retribuat rebus.*

β. Verba quae significant *ferre iungere mittere* similia.

ferre. III 983 *casumque timent quem cuique ferat fors;* 1064 *Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans:* 1086 *Quidve ferat nobis casus quive exitus instet:* *VI 663 *Et satis haec tellus orbi caelumque mali fert.* Hoc loco Lachmannus *orbi* proposuit pro scriptura codicum *morbi*, sed rectius Bernaysius Munro Brieger ex sententia Marulli et Lambini *nobis* ediderunt. Adiungitur praepositio: *ad:* I 725 *vis ut ··· Ad caelum · ferat flammai fulgura rursum:* V 1232 *quoniam ··· nilo fertur minus ad vada leti;* VI 8 *Cuius ··· Divolgata vetus iam ad caelum gloria fertur; in:* VI 77 *de corpore quae sancto simulacra feruntur In mentes hominum.*

conferre vide sub verbis compositis.

deferre. V 1092 *Fulmen detulit in terram mortalibus ignem Primitus:* VI 1135 *An caelum nobis ultro natura coortum Deferat aut aliquid.* Praepositionem adsumit: *ad:* III 132 *reddi harmoniai Nomen, ad organicos alto delatum Heliconi; in:* V 1092, cfr supra.

inferre offerre vide sub verbis compositis.

referre. I 75 *Unde refert nobis victor quid possit oriri;* *IV 791 *mobiliter cum alternis bracchia mittunt Et referant oculis gestum pedis concinentis.* Hoc loco *referant* edidit Lachmannus consentiente Bernaysio, ubi Munro *repetant*, quod in codicibus est, recepit: Brieger item codicum scripturam retinuit Creechio duce pro *oculis illis* — i. e. bracchiis — scribens, qua emendatione locus optime sanari

videtur[1]. Cum *in* praepositione coniunctum: V 86 VI 62 *Rursus in antiquas referuntur religiones.*

profundere. IV 931 *tu fac ne ventis verba profundam.* Hoc loco additur *in* praepositio: V 224 *cum primum in luminis oras Nixibus ex alto matris natura profudit*[2]).

iungere. I 713 *Aëra iungentes igni, terramque liquori:* III 800 *Quippe etenim mortale aeterno iungere et una Consentire putare et fungi mutua posse Desiperest:* 804 *quid enim diversius esse putandumst · · · Quam mortale quod est immortali atque perenni Iunctum in concilio saevas tolerare procellas?* IV 430 *Tecta solo iungens atque omnia dextera laevis:* *VI 1079 *Aerique aes plumbo fit [non] uti iungatur ab albo*[3])? His locis utrum dativus an ablativus statuendus sit ut ex ipsis formis discernere non queamus, propter sententiarum connexum et dicendi rationem a poetis usurpatam dativum necesse est potius statuamus. De ablativo huic verbo eiusque compositis adscripto postea sub ablativo agemus.

coniungere subiungere vide sub verbis compositis.

Ad huius verbi similitudinem cum dativo ponuntur:

figere. IV 1179 *amator · · · foribus miser oscula figit.* Sed necesse est commemoremus ab Ebrardo p. 614 ablativum localem finalem statui apud Ennium trag. 413 *summis saxis fixus asperis.*

adfigere vide sub verbis compositis.

nectere. V 1202 *Nec pietas ullast · · · votis nectere vota.* Quamquam de ablativo quoque cogitare licet, dativum ut potius statuam id me commovet, quod *nectere* fere idem valet quod *adnectere addere.*

adnectere connectere vide sub verbis compositis.

[1]) Ceterum de forma *ollis* videas quae disserit Prollius p. 52.

[2]) Versum *433 l. III, quem codices sic exhibent: *Nam procul haec dubio nobis simulacra geruntur*, Lachmannus secludit. Bernaysius uncis inclusit. Munro et Brieger *haec* in *hinc* mutato) receperunt, quorum ille ex sententia Lambini *geruntur* scripsit, hic codicum scripturam edidit.

[3]) *aerique aes* correxit Lambinus pro *aeraque.*

miscere cum dativo coniungitur: III 234 *Nec calor est quisquam, cui mixtus non sit aër.* Ceteris locis ubi ipsa forma dubitationem admittit — inter quos separatim commemoro II 472 *quo mixta putes magis aspera levibus esse Principiis* et III 842 *Non si terra mari miscebitur et mare caelo* — ablativus potius est statuendus, qua de re amplius agetur sub ablativo [1]. Praeterea cum praepositione coniungitur: *in* cum ablativo: I 815 *quia multa · · · Multarum rerum in rebus primordia mixta Sunt:* 894 *Scire licet non esse in rebus res ita mixtas:* II 852 *Quam minime ut possit mixtos in corpore odores Concoctosque suo contractans perdere viro:* IV 310 *quia · · · Multa · sunt oculis in eorum denique mixta:* 644 *meminisse decet · · · Semina multimodis in rebus mixta teneri.* Hanc structuram inde ortam esse apparet quod status actione verbi perfectus ita respicitur, ut *mixtum esse* ad eundem fere sensum redeat atque *mixtum esse et inesse*: id quod in compositis quoque huius verbi apparet. Neque multum differt structura post locandi et ponendi verba frequentata, de qua sub locali disseram [2]. Accedit quod *inter* praepositio usurpatur: II 805 *sit ubi videatur Inter curalium viridis miscere zmaragdos.*

admiscere commiscere immiscere vide sub verbis compositis.

mittere. I 689 *quae corpora mittere possit Sensibus:* II 851 *nullam quae mittat naribus auram:* III 52 *manibus divis Inferius mittunt.* Cum praepositione construitur: V 1309 *Expertique sues saevos sunt mittere in hostis:* VI 404 *In mare qua porro mittit ratione?* 411 *Et simul in multas partis qui credere possis Mittere?*

committere immittere vide sub verbis compositis.

promittere. I 411 *Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi.*

remittere. IV 337 *Dextera ea propter nobis simulacra remittunt.*

[1]) Cfr Antoineus p. 130.

[2]) Cfr Reisigius III pp. 711 sqq., Ziemer Str. pp. 128 sqq.

submittere vide sub verbis compositis.

apponere vide sub verbis compositis.

disponere. I 52 *Ne mea dona tibi studio disposta fideli . . . contempta relinquas.*

exponere. I 945 IV 20 *Sic ego nunc . . . volui tibi . . . rationem exponere nostram:* III 974 *Hoc igitur speculum nobis natura futuri Temporis exponit post mortem denique nostram.*

imponere praeponere vide sub verbis compositis.

proponere. *III 183 *Quam sibi mens fieri proponit et inchoat ipsa*[1]: 627 *Nec ratione alia nosmet proponere nobis Possumus:* 879 *Virus enim sibi cum proponit quisque futurum:* VI 1165 *Sed potius [posses tueri] tepidum manibus proponere tactum . . . Corpus.*

vergere. V 1009 *Illi imprudentes ipsi sibi saepe venenum Vergebant.* Praepositionem sibi adsciscit: II 212 *In terras igitur quoque solis vergitur ardor.*

γ. Verba quae significant *creare parare sumere* similia.

creare. II 180 *Nequaquam nobis divinitus esse creatam Naturam mundi:* 1158 *Praeterea nitidas fruges vinctaque laeta . . . mortalibus ipsa creavit.* Hoc loco II 224 *Nec foret offensus natus nec plaga creata Principiis* localis quaedam notio est premenda. Ceterum de locis nonnullis quibus nominis forma dubitationem admittit sub ablativo et locali disseram.

fabricari. III 728 *Utrum . . . ipsa · sibi fabricentur ubi sint.*

facere. III 737 *Haut igitur faciunt animae sibi corpora et artus:* *1005 *Quod faciunt nobis annorum tempora victum, Cum redeunt*[2]).

officere sufficere vide sub verbis compositis.

fingere. I 104 *Quippe etenim quam multa tibi iam fingere possunt Somnia.*

adfingere vide sub verbis compositis.

---

[1]) *sibi* coniecit Wakefieldus, ubi codices *si* praebent.

[2]) sic sine idonea causa Lachmannus solus scripsit, ceteri e codicibus *circum Cum redeunt* ediderunt.

linquere. *III 553 *Sed tamen in parvo linquntur tempore tabi.* Ita correxit Lachmannus probante Bernaysio quae in codicibus insunt verba *sed tamen in parvo linguntur tempore tali.* Munro vero Creechio adstipulatus *sed tamen in parvo licuntur tempore tabe* scripsit. Quos in textu nescio qua causa secutus est Brieger, quamvis in prolegomenis Lachmanni scripturam commendaverit. V 4 *qui talia nobis Pectore parta suo quaesitaque praemia liquit.*

nancisci. II 872 *putorem cum sibi nacta est ... tellus.*

parare. I 552 *si nullam finem natura parasset Frangendis rebus:* 1008 *Ipsa modum porro sibi rerum summa parare Ne possit:* V 198 *Nequaquam nobis divinitus esse paratam Naturam rerum:* VI 10 *cum vidit hic ad victum quae flagitat usus Omnia iam ferme mortalibus esse parata.*

parere. I 219 *quae partibus eius Discidium parere ... posset:* IV 1254 *quibus ante domi fecundae saepe nequissent Uxores parere;* V 233 *quando omnibus omnia large Tellus ipsa parit:* 1196 *Quantos tum gemitus ipsi sibi, quantaque nobis Volnera, quas lacrimas peperere minoribu' nostris!*

petere. I 929 IV 4 *iuvatque novos decerpere flores Insignemque meo capiti petere inde coronam:* V 1142 *Imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.*

consciscere. III 81 *Ut sibi consciscant maerenti pectore letum.*

sumere. I 876 *Id quod Anaxagoras sibi sumit:* V 896 *Quae neque florescunt pariter nec robora sumunt Corporibus neque proiciunt aetate senecta:* quamquam hoc loco de ablativo cogitare licet.

adsumere vide sub verbis compositis.

vegere. *V 532 *Quae vegeat motum signis;* de scriptura loci velim videas p. 20.

δ. Verba similitudinis.

aequare. VI 1176 *Insedabiliter sitis arida ... Aequabat multum parvis umoribus imbrem.*

exaequare. I 79 *nos exaequat victoria caelo;* V 688 *ubi anni Nodus nocturnas exaequat lucibus umbras.*

simulare. I 687 *neque sunt igni simulata neque ulli Praeterea rei.*

adsimulare vide sub verbis compositis.

ε. Verba quae significant *dicere memorare respondere* similia.

dicere. *I 469 *Namque aliut per sest, aliut regionibus ipsis Eventum dici poterit quod cumque erit actum.* Hic locus ab editoribus adeo vexatus est, ut nullus apud Lucretium magis. Nam cum codicum scriptura *namque aliut terris aliut regionibus ipsis* cet. ferri nequeat, alii aliter locum emendarunt. Neque tamen inter commentatores convenit, quid potissimum Lucretio restituendum sit, quia in loco explicando aliquantum dissentiunt. Inter eos qui totum locum fusius tractarunt Stuerenburgium inprimis commemoremus, qui pp. 26 sqq. varias lectiones perscrutatus quid ipse sentiat accurate explicat. Quod quoniam non ubique recte mihi videtur egisse, rem denuo tractare non inutile duco. -- Lucretius, postquam rerum in numero tertiam praeter corpora et inane naturam exstare non posse exposuit, omnia aut cum corpore et inani coniuncta aut horum eventa esse contendit. Quare res gestas non per se constare neque esse, sed merito corporis atque loci eventa vocari docet. Itaque *videndumst Ne forte haec per se cogant nos esse fateri, Quando ea saecla hominum, quorum haec eventa fuerunt, Irrevocabilis abstulerit iam praeterita actus.* Haec ut accuratius demonstret, exempla e bello Troiano petita adfert. Sed totum locum diligentius inspicienti apparet versibus 471—482 eadem uberius et elegantius proferri, quae iam versibus 464—470 dicta sunt. Quare non desunt qui, cum poetam versus 471—482 scripsisse putent versibus 464—470 spretis, utrumque argumentum ab editore imperfecti operis receptum esse contendant. Quod si versuum et prioris et posterioris argumenti inter se similitudinem respicimus, versibus 469—470 eandem evadere sententiam oportet atque versibus 478—482. Sed in loco

emendando varia ratione editores egerunt. Nam ut coniecturas minime probabiles omittam, Bernaysius *saeclis* proposuit, Munro *Teucris* scripsit, Brieger Bernaysii coniectura probata lacuna post v. 469 signata versus 464—470 uncis inclusit [1]. Verum hae coniecturae reiciendae videntur, quod — ut verbis utar Lachmanni coniecturas similes Lambini (*rebus*) et Wakefieldi (*terris* et *legionibus*) condemnantis — istae divisiones neque quicquam ad rem faciunt et falsae sunt. Recte quidem haec dicit Stuerenburgius: pessime enim verbis *aliud* — *aliud* inter corporis et loci notiones disiungitur: rerum enim gestarum minime aliae corporis, aliae loci sunt, sed omnes utriusque rei eventa (cfr v. 481 *eventa corporis atque loci*). Quae cum ita sint, Lachmanni coniecturam non possum non probare. Sed oritur quaestio quem ad modum verba *regionibus ipsis* explicanda sint. A Lachmanno ablativum statui inde apparet, quod in commentario sic distinxit: *aliud, regionibus ipsis quod cumque erit actum, · · · eventum dici poterit.* Stuerenburgius vero dativum plane vitiosum esse contendit: dativum enim aut pendere de *eventum*, quod ferri nequeat, aut ad *dici* referendum esse, quod non magis ferri videatur. Nihilo minus *regionibus* dativum esse *dici* infinitivo subiunctum ideo existimo, quod Lucretius haec praebet IV 160 *Ut merito celer his rebus dicatur origo*, ubi dativus certe statuendus est. Nam Lucretius saepe dativum admodum libere usurpat et utroque loco *dici* fere idem valet quod *addici addi*. Itaque haec exsistit loci sententia: aliud per se est, aliud, quod cumque erit actum, regionibus ipsis (i. e. regionum ipsarum) eventum dici poterit. — III 1024 *Hoc etiam tibi tute inter dum dicere possis;* IV 160 supra attuli.

memorare. VI 1030 *tibi quem memoro.*

commemorare. I 400 *Multaque praeterea tibi possum commemorando Argumenta fidem dictis conradere nostris.*

probare. V 155 *Quae tibi posterius largo sermone probabo.*

---

[1]) Stuerenburgius vv. 464—470 tamquam ab interpolatore additos post v. 482 transponendos atque uncis includendos esse censet.

respondere. *IV 167 *Quandoquidem speculum quocumque obvertimus oris, Res sibi respondent simili forma atque colore.* Id Lachmannus probante Bernaysio quadratum secutus scripsit, cum de rebus veris, neque de rerum imaginibus agi putaret. Contra Munro Brieger alii, quippe qui rerum imagines hoc loco significari pro certo haberent, ex oblongo rectius fortasse *ibi* receperunt. *213 *Quod . . . extemplo caelo stellante serena Sidera respondent in aqua radiantia mundo.* *Mundo* coniectura natum est Lachmanni, quam probat Bernaysius, Munro autem Briegerque codicum scripturam *mundi* servant, cum caeli imaginem in aqua obversatam a Lucretio mundum appellari verisimile sit.

suadere. V 1052 *Nec ratione docere ulla suadereque surdis, Quid sit opus facto, facilest.*

§ 14. Dativus possessionis.

Dativus, cum verbis, quibus inest quietis notio, apponi soleat, cum verbis *esse fieri* similibusque coniungitur, ut personam vel rem indicet, cui quid sit vel cuius fiat (dativus possessionis). Quae verbi substantivi cum dativo coniuncti structura, cum proprie ad veram possessionem exprimendam adhibeatur, a poetis ad corporis et animi qualitates, ad mentis affectus aliasque relationes indicandas frequens usurpatur. Atque in lingua latina possessionem et genetivo et dativo cum *esse* verbo coniuncto exprimi nemo est quin sciat, quae structurae eo inter se differunt, quod genetivo possessoris, dativo rei possessae notio magis premitur. Neque haec a poetis observatur structurarum discrepantia, quippe qui dativum fere semper admittant.

Apud Lucretium dativus possessionis esse verbo adiungitur his locis:

I 76 595 V 89 VI 65 *finita potestas denique cuique Quanam sit ratione atque alte terminus haerens:* 167 *ubi non essent genitalia corpora cuique:* 365 *Ni mirum, plus esse sibi declarat inanis:* conferantur qui sequuntur versus *At contra gravius plus in se corporis esse Dedicat et multo vacuum minus intus habere:* 435 *Cui si tactus erit quamvis*

locis cirgunsque: 650 *Acrior ardor enim conductis partibus esset Languidior porro disiectis disque supatis:* hoc loco nescio an ablativus absolutus potius sit statuendus; 699 *quid nobis certius ipsis Sensibus esse potest?* 747 *quod omnino finem non esse secundis Corporibus faciunt:* 844 *neque corporibus finem esse secundis [concedit]*[1]; II 132 *Scilicet, hic a principiis est omnibus error:* hoc loco Staedler p. 47, cum totum versum prave explicet, *omnibus* pro attributo ad ablativum referendum esse censet neque Hertzius p. 18, ubi Staedlero adversatur, quicquam de adiectivo docet. Munro autem ac Bockemueller recte dativum statuunt. 286 *Quare in seminibus quoque idem fateare necessest, Esse aliam praeter plagas et pondera causam Motibus:* 738 *Nullus enim color est omnino materiai Corporibus:* 798 *Qualis enim caecis poterit color esse tenebris?* ubi Bockemueller dativum statuit. Meissner p. 43 versu 746 collato cum Munrone ablativum probat. 817 *Quoniam non certis certa figuris Est natura coloris:* 979 *Et sibi proporro quae sint primordia quaerunt:* 1048 *Principio nobis in cunctas undique partis · · · Nulla est finis:* *1070 *Nunc ex seminibus, si tanta est copia quantam Enumerare aetas animantum non queat omnis, Quis eadem natura manet, · · · necesse est confiteare Esse alios aliis terrarum in partibus orbis:* ubi Lachmannus Bernaysio consentiente in *ex* mutavit *et*, quod receperunt Munro et Brieger; de scriptura huius loci conferas p. 75. III 45 *quod · homines · · ferunt · · se scire animae naturam sanguinis esse, Aut etiam venti:* 288 *Est etenim calor ille animo:* 294 *Sed calidi plus est illis quibus acria corda Iracundaque mens facile efferreseit in ira:* 318 *nomina quod sunt Principiis*[2]; 417 *nativos animantibus et*

[1]) Hoc loco 860 *Scire licet nobis venas et sanguen et ossa,* ubi post *ossa* in codicibus inest lacuna, dativus possessionis fortasse exstat.

[2]) Versum *415, quem sic praebent codices *Incolumis quamvis alioqui splendidus orbis,* Lachmannus secludit, Bernaysius uncis includit, non mutatum servat Brieger, ita scribi vult Munro *Incolumis quamvis aliquoi sit splendidus orbis.*

mortalis Esse animos animasque leris ut noscere possis: 579 *quoniam coniunctast causa duobus:* *632 *At neque sorsum oculi neque nares nec manus ipsa Esse potest animae*[1]); 641 *Scilicet, aeternam sibi naturam abnuit esse:* 775 *at non sunt immortali alla pericla:* 875 *quamvis neget ipse Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum:* 979 *Atque ea ... in vita sunt omnia nobis:* 1046 *Mortua cui vita est prope iam vivo atque videnti:* 1050 *Qui ... Nec reperire potes tibi quid sit saepe mali:* 1074 *in quo sit mortalibus omnis Aetas, post mortem quae restat eamque manenda:* Brieger Lambinum secutus virgula post *eamque* posita verba male coniunxit: *IV 104 *Sunt igitur tenues formarum illis similesque Effigiae.* Sic Lachmannus probante Bernaysio codicum scripturam *formarum dissimilesque* commutat, rectius Munro cum Purmanno *Sunt igitur tenues formae, rerum similesque effigies* itemque Brieger virgula post *formae* sublata scripsit. 653 *Esse triquetra aliis, aliis quadrata necessest:* 1075 *Nam certe purast sanis magis inde voluptas Quam miseris:* V 174 *Quidve mali fuerat nobis non esse creatis?*[2]) 509 *Motibus astrorum nunc quae sit causa canamus:* 530 *Motibus astrorum quae possint esse per omne:* *881 *potestas Hinc illinc partis ut si par esse potissit* scripsit Lachmannus, ubi codices mendosa exhibent *potestas Hinc illinc par eis ut non sit* (O *sat* Q) *pars esse potissit*, quae editores multis modis emendare conati sunt. Bernaysius *potestas Hinc illinc parilis quis non superesse potissit* proposuit. Munro ad codicum scripturam proxime accedens *potestas Hinc illinc eisque ut non sat par esse potissit* transponendo emendavit. Brieger Lachmanno adstipulatus *potestas Hinc illinc partis ut non par esse potissit* edidit. Quid scripserit poeta incertum est. 1261 *Et simili formata videbant esse figura Atque lacunarum fuerant vestigia cuique;*

[1]) *animae* Pius coniecit pro *anima*.

[2]) De huiusmodi structuris conferas quae dicunt Schaefler p. 50, Ziemer Str. p. 75 *q*.

VI 14 *Nec minus esse domi cuiquam tamen auxia corda:* *208 *Flammeus est plerumque colos et splendidus ollis*[1]); *389 *Quod si Iuppiter atque alii · diri · · · iaciunt ignem quo cuiquest cumque voluptas*[2]); 502 *atque umor qui cumque est denique membris:* 1090 *Nunc ratio quae sit morbis.*

Huc accedit quod dativus cum esse verbo, cui determinatio praedicativa addita est, coniunctus personam vel rem certa quadam ratione alicui repraesentari vel videri indicat. Qui dativus alias ad dativum commodi, alias ad dativum dynamicum tam prope accedit, ut ambigi possit, cui generi dativus subiungendus sit. Haec apud Lucretium inveni exempla: I 1112 *haec rebus erit pars ianua leti:* *II 462 *Nec tamen haerere inter se; quod cumque venenumst Sensibu', sed rarum,* scripsit Lachmannus, ubi codices exhibent *quod cumque videmus Sensibu' sedatum,* quae Munroni soli placent. Bernaysius vero scribi vult *quod cumque videmus Ventis esse datum,* Brieger *quod cumque videmus Sensibus esse datum* lacuna post *videmus* signata edidit. Quid verum sit dici nequit[3]). *IV 637 *Ut quod ali cibus est aliis fuat acre venenum*[4]); 640 *Praeterea nobis veratrum est acre venenum:* V 900 *homini quae est acre venenum:* VI 974 *nam saetigeris subus acre venenumst:* III 897 *Non poteris factis florentibus esse, tuisque Praesidium,* cfr II 643; V 540 *Ut sua cuique homini nullo sunt pondere membra, Nec caput est oneri collo;* II 992 *Omnibus ille idem pater est:* III 914 *breris hic est fructus homullis:* II 149 *Omnibus in promptu manifestumque esse videmus;* V 1118 *Divitiae grandes homini sunt vivere parce Aequo animo:* III 933 *Quid tibi tanto operest, mortalis?* *935 *Nam*

[1]) sic ab editoribus veteribus correcta est scriptura codicum *splendidusolis.*

[2]) *quo cuiquest* Lachmannus Bernaysius scripserunt, *quo quoiquest* maluerunt Munro Brieger, *quo inquest* codices praebent.

Cfr Hoerschelmannus p. 22 sqq.

[4]) *ali* recte correxit Lachmannus, *aliis* in codicibus exstat.

gratis fuit haec tibi vita ante acta priorque[1]; III 992 *Sed Tityos nobis hic est:* 995 *Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est:* IV 292 *quae nobis membrorum dextera pars est:* 1058 *Haec Venus est nobis*[2]); VI 1158 *Intolerabilibusque malis erat anxius angor Adsidue comes et gemitu commixta querella.*

Pari modo dativum *esse* verbo illis locis ubi dativus finalis additur apponi exemplis antea allatis apparet.

Separatim commemoro dativum locutionibus *usus est opus est* ad personam vel rem indicandam apponi his locis:

usus est. I 184 *Nec porro augendis rebus spatio foret usus.* Hoc loco adiungitur *ad* praepositio: IV 831 *Ut facere ad vitam possemus quae foret usus.*

opus est. I 206 *Semine quando opus est rebus:* II 815 *Scire licet nil principiis opus esse colores:* IV 1268 *Nec molles opu' sunt motus uxoribus hilum:* 1277 *Coniugibus quod nil nostris opus esse videtur:* *VI 365 *Quorum utrumque opus est fabricanda ad fulmina nubi*[3]); 1081 *Nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam.* Conferendus est hic locus: II 20 *Ergo corporeum ad naturam pauca videmus Esse opus omnino.*

De dativis cum gerundii nominativo coniunctis paulo post, ubi gerundivorum structuras examinabo, accurate agam.

Ad similitudinem verbi substantivi cum dativo construuntur verba nonnulla quae infra enumerantur.

fieri cum dativo his certe locis coniungitur: III 257 *Sed plerumque fit in summo quasi corpore finis Motibus:* VI 727 *Quo fit uti pacto liber minus exitus amni Et procliviis item fiat minus impetus undis. Fit quoque uti pluviae, forsan, magis ad caput ei Tempore eo fiant*[4]). Ceteris locis quoque, ubi forma ipsa dubitationem admittit

[1]) Inter scripturas huius loci, de quibus sub ablativo accurate agam, adnotamus Briegerum coniecturam Naugerii recepisse, quae haec est: *Nam si grata fuit tibi vita ante acta priorque.*

[2]) His locis dativus ad similitudinem dativi ethici prope accedit.

[3]) *nubi* scripsit Lachmannus pro *nobis.*

[4]) *amni* Marullus coniecit pro *amnis.*

utrum sextus an tertius casus statuendus sit, nihil obstat quin dativum accipiamus: I 981 *quaeram quid telo denique fiat:* III 365 *Quod foribus non fit:* VI 185 *Scilicet, hoc densis fit nubibus et simul alte Extructis aliis alias super impete miro.*

stare. I 563 *quoniam . . . videmus · finita simul generatim tempora rebus Stare:* 747 *Deinde quod omnino finem non esse secandis Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori:* cfr III 408 *lacerato oculo circum si pupula mansit Incolumis, stat cernundi vivata potestas,* quem locum attuli p. 75.

constare. I 165 *Nec fructus idem arboribus constare solerent:* III 375 *quibus e corpus nobis et viscera constant.*

distare. II 443 *Qua propter longe formas distare necessest Principiis.*

exstare. II 256 *unde haec animantibus exstat, Unde est haec, inquam, fatis avolsa potestas:* *1033 *Omnia quae nunc si primum mortalibus extent, Ex inproviso si sint obiecta repente.* Hic Lachmannus Orellium secutus codicum scripturam *essent* in *extent* commutavit eique adstipulatus est Brieger. *Essent* receperunt Munro Bernaysius, quorum ille in versu 1034 *si nunc obiecta* proposuit, hic virgula post *essent* sublata scripsit *ex inproviso visu subiecta repente.* V 1034 *Cornua nata prius vitulo quam frontibus extent:* VI 535 *Nunc age quae rates terrai motibus extet Percipe.*

consistere. I 168 *qui posset mater rebus consistere certa:* II 1120 *Omnibus his aetas debet consistere rebus* [1]).

exsistere. III 301 *Quae tremulum faciunt membris existere malum:* quo loco utrum dativus an ablativus localis statuendus sit valde incertum est.

Haec verba Kraetschius p. 18 sq. recte adnotat saepe vix aliam nisi copulae vim atque significationem habere, quem usum e sermone vulgari depromptum esse ideo coni-

[1]) *his* codices secuti Lachmannus Bernaysius, *hic* melius cum Christio Munro Brieger scripserunt.

cio, quod in linguis romanicis plerumque in verbi substantivi locum concesserunt.

§ 15. Dativus commodi et incommodi.

1. De origine atque natura dativi commodi et incommodi.

Iam antea diximus dativum linguarum indogermanicarum locali significatione paulatim imminuta ad relationes sensu magis abstractas indicandas usurpari solere. Quare latino quoque dativo verbi actionem ad personam vel rem pertinere vel spectare multis locis significatur. Neque mirum est poetis huiusmodi dativos maxime placuisse, cum ad structurarum varietatem non minus quam ad dictionis brevitatem valeant. Verum his dativis, etsi libere ponuntur, localis indoles nullo modo est abiudicanda. Nam dativus alias personam vel rem significat in quam verbalis actio versa sit, alias ubi quid sit videtur exprimere. Atque huius dativi usus cum aliquantum variet, aliorum secutus exemplum quinque infra genera disponam.

2. Dativus commodi et incommodi.

Haud raro in sermone latino usu venit, ut dativo persona (vel res) indicetur, cuius quid commodo aut incommodo fieri dicitur (dativus commodi aut incommodi qui proprie vocatur). Neque tamen commodi aut incommodi notio ipso dativo premitur, verum e verborum connexu vel ex tota sententia cognoscitur. Et verbis motum in aliquid versum indicantibus proprie additur hic dativus et personam saepius quam rem exprimit. Apud Lucretium his locis dativum commodi aut incommodi repperi.

A. Verba intransitiva:

a. quibus motus in personam vel rem dativo expressam conversus significatur.

fieri. *VI 759 *Manibus ut si fit divis mactatu' repente* scripsit Lachmannus, quem sequitur Bernaysius, sed rectius codicum scripturam *si sint divis mactata repente* receperunt Munro et Brieger, quod *haec animalia* subintellegendum sit, cum praecesserit *quadripedes*.

cooriri. IV 664 *Quippe, ubi cui feriis bili superante coorta est Aut alia ratione aliquast res excita morbi:* ubi dativus dynamicus rectius fortasse est statuendus.

b. quibus motus e persona vel re dativo expressa in aliam partem conversus indicatur.

decedere. II 72 *quae decedunt corpora cuique*. Praeterea ablativum adsumit II 34 et IV 1042. de quibus locis sub ablativo separativo disseram.

defieri. II 1141 *Quandoquidem grandi cibus aevo denique defit:* ceterum conferas p. 33 sq. s. v. *deficere*.

elabi. III 958 *Imperfecta tibi elapsast ingrataque vita.*

disperire. V 284 *Nam primum quicquid fulgoris disperit ei.*

c. quibus quietis notio inest.

abesse. De hoc verbo agam sub ablativo separativo.

deesse. I 43 *nec Memmi clara propago Talibus in rebus communi desse saluti [potest]:* III 254 *ut vitae desit locus*. Hoc loco VI 814 *Nonne vides audisve . . . quam vitai copia desit*, quem Hertzius p. 28 illis adnumerat, genetivus ideo statuendus est, quod Lucretius dativis in *ai* disyllabon exeuntibus non utitur. Praepositionem adsciscit: I 1111 *Nam qua cumque prius de parti corpora desse Constitues, haec rebus erit pars ianua leti.*

ridere. I 8 *tibi rident aequora ponti Placatumque nitet diffuso lumine caelum.*

valere. V 961 *ferebat Sponte sua sibi quisque valere et vivere doctus.*

B. Verba transitiva:

a. quibus motus in personam vel rem conversus significatur.

agere. IV 29 *Nunc agere incipiam tibi.*

conciliare. III 864 *cui possint incommoda conciliari.*

facere. II 182 *Quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta:* 934 *Haec satis illud erit planum facere atque probare:* III 597 *animo male factum cum perhibetur*, ubi dativus ex adverbio potissimum pendet.

confirmare. II 185 *Nunc locus est ··· in his illud quoque rebus Confirmare tibi.*

fundare. V 161 *quod sit ··· Gentibus humanis fundatum perpetuo aevo.*

habere. V 1186 *Ergo perfugium sibi habebant omnia divis Tradere.*

halare. II 848 *nectar qui naribus halat.*

latrare. II 17 *nonne videre Nil aliud sibi naturam latrare?*

locare. V 1109 *Condere coeperunt urbis arcemque locare Praesidium reges ipsi sibi perfugiumque.*

machinari. III 944 *Nam tibi praeterea quod machiner inveniamque Quod placeat, nil est.*

pangere. I 26 *Quos ego de rerum natura pangere conor Memmiadae nostro.*

expedire. V 113 *Multa tibi expediam doctis solacia dictis:* VI 738 *Aerna tibi quae sint loca cumque lacusque Expediam.*

requirere. III 919 *Nec sibi enim quisquam tum se vitamque requirit.*

rescindere. II 407 *Ut facile agnoscas ··· Haec ··· solere vias rescindere nostris Sensibus introituque suo perrumpere corpus:* quamquam dativus ad locativi similitudinem tantum accedit, ut ambiguitas quaedam exstet.

disserere. I 54 *Nam tibi de summa caeli ratione deumque Disserere incipiam, et rerum primordia pandam.*

constituere instituere vide sub verbis compositis.

extollere. II 595 *Tum porro nitidas fruges arbustaque laeta Gentibus humanis habet unde extollere possit.*

vertere. II 744 *Scire licet nostrae quoque menti corpora posse Verti in uetitum:* VI 1170 *Nil adeo posses cuiquam leve teneque membris Vertere in utilitatem.*

b. quibus motus e persona vel re in aliam partem conversus exprimitur.

subducere vide sub verbis compositis.

adimere. III 899 *'misero misere' aiunt 'omnia ademit Una dies infesta tibi tot praemia vitae'.*

demere. III 908 *aeternumque Nulla dies nobis maeroris e pectore demet:* V 1114 *quod facile et validis et pulchris dempsit honorem;* VI 420 *cur . . . suisque Demit imaginibus violento volnere honorem?* His locis, cum per vocum formas statuere non liceat utrum dativus sit an ablativus positus, Keller p. 11 dativum accipi vult, cui adstipulatur Hertzius p. 28.

eximere. De I 660 742 agam sub ablativo inopiae.

auferre. De V 205 sub ablativo separativo accuratius disseram.

abluere. *IV 378 *terra . repletur item nigrasque sibi abluit undas*[1]. Cum praepositione *de* construitur: IV 875 *Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro abluitur.*

depellere. *III 321 *quae nequeat ratio depellere nobis. Nobis* correxit Lachmannus pro scriptura codicum *noctis* eique adstipulantur Bernaysius et Munro. Brieger ex sententia Lambini *doctis* edidit. Hoc quoque loco dativum potius quam ablativum statuamus, quoniam de personis agitur.

eripere. I 1115 *nec tibi caeca Nox iter eripiet.* Cum praepositione: I 218 *Ex oculis res quaeque repente erepta periret.*

absterrere. IV 1064 *decet . . pabula amoris Absterrere sibi:* 1233 *Nec divina satum genitalem numina cuiquam Absterrent.*

subtrahere vide sub verbis compositis.

c. quibus quietis notio inest.

augere. IV 641 *At [illegible] auget.*

servare. IV 1067 *Nec [decet] . . . servare sibi curam certumque dolorem.*

reservare. I 614 . . . *[illegible]*

3. Dativus dynamicus.

Dativus locali significatione paulum debilitata saepenumero, ubi quid commodo aut incommodo alicuius factum

[1] *abluit* correxerunt itali pro *adluit*.

esse significatur, eum in modum usurpatur, ut non tam ad verbum quam ad substantivum aliquod referendus esse videatur (dativus dynamicus). Quare factum est, ut hic dativus, quem medium inter dativum commodi proprium et dativum ethicum esse constat, a poetis sive metri causa sive ad sensum plenius efferendum multis locis pro genetivo positus sit. Et satis frequens apud Lucretium occurrit dativus, cuius infra proferam exempla.

A. Verba intransitiva:

a. quibus motus in personam vel rem dativo expressam conversus indicatur.

accidere. II 1024 *Nam tibi rementer nova res molitur ad auris Accidere.*

discedere. II 711 *Nam sua cuique . . intus in artus Corpora discedunt.*

concurrere. *VI 315 *Nec, quod frigida vis ferrist, hoc setius illi Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.* *Illi* correxit Lachmannus, *ille* praebent codices.

fieri. IV 942 *Fit quasi paulatim nobis per membra ruina:* 1226 *Quandoquidem nilo magis haec de semine certo Fiant quam facies et corpora membraque nobis.*

ire. VI 1206 *tamen in nervos huic morbus et artus Ibat et in partis genitalis corporis ipsas.*

permanare. III 699 *Quod si forte putas extrinsecus insinuatum Permanare animam nobis per membra solere.*

exoriri. IV 1172 *Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur.*

correpere. V 1218 *Praeterea cui non animus formidine divum Contrahitur, cui non correpunt membra pavore?*

intrare. IV 659 *Illi, cui suave est, levissima corpora debent Contractabiliter caulas intrare palati.*

pervenire. IV 940 *cum Perveniant plagae per parva foramina nobis Corporis ad primas partis elementaque prima.*

b. quibus motus e persona vel re dativo expressa in aliam partem conversus exprimitur.

effluere. VI 795 *manibus nitidum teneris opus effluit ei.*

effugere. II 44 *His tibi tum rebus timefactae religiones Effugiunt animo pavide.*

manare. VI 944 *Manat item nobis e toto corpore sudor.*

c. quibus quietis notio inest.

occipere. *V 888 *Tum demum pueris aevo florente coactus Occipit.* Hoc loco, ubi codices falso praebent *puerili affecit, accipit* correxerunt itali, *pueris* Avancio et Lambino ducibus scripserunt Lachmannus alii, *puero illi* ad codicum scripturam propius accedens coniecit Munro.

crescere. VI 501 *Ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit.*

abesse. *II 17 *nonne videre Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, cui Corpore seiunctus dolor absit, menti' fruatur Iucundo sensu, cura semotu' metuque?* Sic Lachmannus Bernaysio probante codicum scriptura tribus locis communitata locum male edidit. Nam primum in *ut cui* mutavit *atque*, quod recte restituerunt Munro et Brieger, deinde *menti'* scripsit, ubi librorum *mente* servavit Munro, *mensque* Brieger edidit, tum Lambino et Gifanio duce *semota'* recepit pro *semota*, quod Munroni et Briegero placuit.

fervescere. VI 1163 *Nec nimio cuiquam posses ardore tueri Corporis in summo summam fervescere partem.*

effervescere. III 294 *Sed calidi plus est illis quibus acria corda Iracundaque mens facile effervescit in ira.*

frondescere. I 1092 *Nec prorsum arboribus summos frondescere ramos Posse.*

obhaerere. IV 420 *ubi in medio nobis eeus aeer obhaesit Flumine.*

marcere. III 946 *Si tibi non annis corpus iam marcet et artus Confecti languent.*

morari. III 120 *pit ubi . . . Saepe tamen nobis in membris vita moretur.*

consentire. III 169 *una Consentire animum nobis in corpore cernis.*

valere. I 423 *cui nisi prima fides fundata valebit.*

Dativum substantivo *fides* regi Munro Howardo duce fortasse rectius contendit: ceterum conferas Kraetschium p. 77, qui Bockemuellerum aliosque secutus dativum ad participium potius referendum esse censet.

versari. II 113 *Cuius, uti memoro, rei simulacrum et imago Ante oculos semper nobis versatur et instat*, de quo loco copiose agit Hertzius p. 53 sq. *instare* absolute adhibitum esse ratus, cum Keller p. 27 *ante oculos* non solum ad *versatur*, sed etiam ad *instat* referendum esse dixerit.

vigere. V 1057 *cui vox et lingua vigeret.*

virescere. I 253 *ramique virescunt Arboribus.*

B. Verba transitiva:

a. quibus motus in personam vel rem dativo expressam conversus significatur.

accendere. III 336 *Sed communibus inter eas conflatur utrimque Motibus accensus nobis per viscera sensus.*

perciere. IV 563 *Praeterea verbum saepe unum perciet auris Omnibus in populo.*

ferire. II 441 *Ut si forte manu quamvis iam corporis ipse Tute tibi partem ferias atque experiare.*

transferre. III 517 *At neque transferri sibi partis nec tribui cuit Immortale quod est quicquam neque deffluere hilum.*

cogitare. IV 786 *Cum praesertim aliis . . . Longe dissimilis animus res cogitet omnis.*

mittere. I 416 *Quam tibi de quavis una re versibus omnis Argumentorum sit copia missa per auris.*

movere. IV 364 *Umbra videtur item nobis in sole moveri Et vestigia nostra sequi gestumque imitari.*

commovere. IV 747 *facile una commovet icta Quae libet una animum nobis subtilis imago.*

insinuare. IV 1030 *quibus aetatis freta primitus insinuatur Semen.*

terrificare. I 132 *quae res nobis vigilantibus obrie mentes Terrificet morbo adfectis somnoque sepultis.* Hoc loco non solum *vigilantibus* adiectivo subiunctum est, sed

etiam ceteri dativi ex *obvia* per brachylogiam videntur pendere; cfr Munronem II ad h. l.

obtundere. V 1054 *Nec rationi alla sibi ferrent amplius auris Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.*

vertere. V 720 *Denique cum partem ... Ad speciem cernit nobis oculosque patentis:* VI 1170 *Nil adeo possis cuiquam leve teneque membris Vertere in utilitatem.*

convertere. V 706 *Luna potest ... magis id lumen convertere nobis Ad speciem:* VI 643 *neque enim mediocri clade coorta Flammea tempestas Siculum dominata per agros Finitimis ad se convertit gentibus ora*, quo loco localis speciem prae se fert *gentibus*.

b. quibus motus e persona vel re dativo expressa in aliam partem conversus significatur.

deserere. III 129 *qui nobis moribundos deserit artus.*

dissupare. II 1003 *sed coetum dissupat ollis.*

dissociare. V 353 *necessust ... Nec penetrare pati sibi quicquam quod queat artus Dissociare intus partis*, de quo loco iam disserui p. 36.

c. quibus quietis notio inest.

celare. *V 300 *Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ei Exitium celeri celatur origine flammae. Celeri celatur* pro *celeri celeratur* cum Marullo et Madvigio correxit Lachmannus, cum per celerem succedentis flammae originem exitium ei luci ab omnibus ignibus celari poetam dicere monet, cuius sententiam omnes fere editores amplexi sunt itemque qui de dativo egerunt praeter Staedlerum p. 47, cui iure adversatur Hertzius p. 20.

mulcere. V 1390 *Haec animos ollis mulcebant atque iuvabant Cum satiate cibi.*

sentire. III 333 *Nec sibi quaeque sine alterius vi posse videtur Corporis atque animi seorsum sentire potestas:* 607 *Nec sibi enim quisquam moriens sentire videtur Ire foras animam incolumem de corpore toto.*

tenere. I 948 IV 23 *Si tibi forte animum tali ratione tenere Versibus in nostris possem.*

sustinere. V 556 *Nonne vides etiam quam magno pondere nobis Sustineat corpus tenuissima vis animai.*

velare. I 930 IV 5 *Unde prius nulli velarint tempora musae.*

videre. V 549 *Sed [tellus] pariter prima concepta ab origine mundi Certaque pars eius, quasi nobis membra, videntur.* Sic nescio qua causa distinxit Lachmannus, quem sequitur Bernaysius, melius Munro commate post *membra* deleto versum edidit. Paulo aliter egit Brieger cum Lachmanni interpunctionem secutus *videtur* scripsit.

Ex eis quae supra attuli exemplis pronominum dativos saepissime apud Lucretium dynamicos esse apparet. Neque Lucretius a poetarum latinorum usu deflexit, quippe qui eiusmodi dativos maxime adament, cum genetivorum formae metris minus conveniant. Quare non desunt qui formas in *-i* desinentes velut *ei illi ipsi isti* pro genetivis decurtatis multis locis haberi oportere contendant, quam sententiam non omnibus probarunt [1]).

4. Dativus auctoris.

Iam vero de dativo cum verbis passivis coniuncto agamus, cui dativo auctoris nomen indere placet. Quae structura, cum apud priscos poetas et apud Ciceronem non ita multum floreret exceptisque paucis exemplis artioribus finibus circumscriberetur, apud posteriorum temporum poetas et qui eorum vestigia secuti sunt oratores et rerum scriptores magis magisque est divulgata. Verum qui hunc usum e graecorum sermone sumptum esse praedicant, certe falluntur, quamquam concedendum est romanos in hoc dativi usu graecorum exempla imitatos esse. Neque dubium est, quin ad hanc structuram pervulgandam et dativi verbis intransitivis subiuncti et metri leges aliquantum valuerint.

Cum formis gerundialibus inde ab initiis litterarum lati-

[1]) Conferantur inprimis A. Luchsius Zur Lehre von der Genetivbildung der lateinischen Pronomina, Studemundi Studia I, O. A. Danielsson Studia grammatica.

narum coniungi solet dativus. Quae harum formarum sit vera vis atque origo rerum grammaticarum scriptores inter se maxime dissenserunt, neque adhuc ad finem perducta est contentio. Verum temporum quae nunc sunt grammaticorum plurimi eam probant sententiam, qua gerundium e gerundivo ductum esse putatur. Namque verisimillimum est in lingua indogermanorum proethnica fuisse adiectivum verbale in *tuo tuno* exiens, cuius neutrum singularis numeri pro substantivo° est usurpatum. Unde in lingua latina ortum est gerundivum, quod initio activa significatione ad activi praesentis participium prope accessisse, posteriore vero tempore passivam vim paulatim induisse apparet. Sed impersonali structurae nominativi et accusativi cum verbo substantivo positi atque gerundivis praedicative usurpatis necessitatis vim grammatici attribuere solent. Quare dativo, quem verbo substantivo subiungi p. 85 sqq. diximus, is cui aliquid facere necesse est exprimi dicunt. Iam cum dativus personae et ablativus cum praepositione *ab* coniunctus quasi significationis cognatione inter se contineri viderentur, factum est, ut ablativus ad rei agendae auctorem significandum et concinnitatis causa et ad concursum dativorum vitandum nonnumquam adhiberetur [1]).

Apud Lucretium gerundio cum *esse* verbo coniuncto additus dativus his locis occurrit: I 627 *Illa quoque esse tibi solida atque aeterna fatendum:* III 837 *utrorum ad regna cadendum Omnibus humanis esset terraque marique:* 866 *Scire licet nobis nil esse in morte timendum;* IV 777 *multaque nobis Clarandumst:* 922 *Tum nobis animam perturbatam esse putandumst:* V 752 *tibi putandumst:* V 43 *quae proelia nobis Atque pericula tumst inaratis insinuandum!* 511 *Ex utraque palum parti premere aëre nobis Dicendum est;* VI 647 *Hisce tibi in rebus latest alteque videndum Et longe cunctas in partis dispiciendum.*

Cum gerundivo praedicative posito paucis tantum apud

[1] Cfr Snellmanus p. 9 sqq.

Lucretium locis coniungitur dativus: I 128 *Qua propter bene cum superis de rebus habenda Nobis est ratio:* 727 *Quae cum magna modis multis miranda videtur Gentibus humanis regio visendaque fertur:* III 231 *Nec tamen haec simplex nobis natura putanda est:* V 65 *Ut mihi ... ratio reddunda sit.* De III 1074 conferas p. 87.

Restat ut commemoremus ablativum neque gerundio neque gerundivo a Lucretio apponi.

Deinde participiis perfecti passivi haud ita raro a scriptoribus romanis subiungitur dativus auctoris. Sed apud Lucretium vix unum dativum vere auctoris inveniri recte testatur Tillmannus p. 79, cum dativus iis locis ubi cum participiis quodam modo coniungitur aliter sit explicandus. Haec nobis occurrunt exempla: I 695 *Unde hic cognitus est ipsi quem nominat ignem:* de III 206 conferas s. v. *utilis:* adiectivo haud dissimile est participium: I 944 IV 19 *quoniam haec ratio plerumque videtur Tristior esse quibus non est tractata,* ubi *quibus* per attractionem (pro *iis, a quibus*) natum esse Munro ad h. l. adnotat: I 87 *Cui simul infula virgineos circum data comptus Ex utraque pari malarum parte profusast:* V 1219 *Praeterea cui non animus formidine divum Contrahitur, cui non correpunt membra pavore,* quibus locis dativus potius dynamicus statui debet; cfr p. 95.

Pari ratione Bruno dativum explicat I 898 '*At saepe in magnis fit montibus*' inquis '*ut altis Arboribus vicina cacumina summa terantur Inter se*'. Accedit hic locus VI 390 *quibus incautum scelus aversabile cumquest,* ubi adiectivum participio parum dissimile est.

Praeterea dativus *videndi* verbo, ut solet ubi in passivo genere sensu reflexivo usurpatur, subiungitur his locis: I 698 *Quod mihi cum vanum tum delirum esse videtur:* 845 *Quare in utraque mihi pariter ratione videtur Errare atque illi:* II 321 *Omnia quae nobis longe confusa videntur:* 444 *quae nobis durata ac spissa videntur:* 739 *si nullas tibi forte videtur Posse animi iniectus fieri:* 1042 *si*

tibi vera videntur: III 105; 224; 607; IV 401; 406; 425 432; 436; 455; 466; 499; V 19; 565; 584.

5. Dativus relationis.

Dativum ab scriptoribus latinis ita nonnumquam positum esse invenimus, ut enuntiati verba non in universum valere indicet, sed ita dicta esse, ut persona dativo expressa respiciatur. Cuius dativi duo genera solent distingui, quorum alter dativus iudicantis vulgo appellatur, alter a nonnullis dativus rem considerantis vocatur [1]. Ille dativus personam significat, cuius ex sententia vel iudicio quae proferuntur enuntiato valere dicuntur. Quamquam multis locis utrum dativus iudicantis sit an ad adiectivum aliquod enuntiati referendus vix dici potest. — Apud poetam nostrum dativum iudicantis statuendum puto his locis: IV 520 *Sic igitur ratio tibi rerum prava necessest Falsaque sit, falsis quae cumque ab sensibus ortast:* V 1209 *Ne quae forte deum nobis inmensa potestas sit:* *VI 674 *Scilicet, et fluvius quivis est maximus ei Qui non ante aliquem maiorem vidit* [2]; IV 1276 *Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset:* V 944 *Multaque praeterea novitas tum florida mundi Pabula dura tulit, miseris mortalibus ampla:* VI 781 *Deinde videre licet quam multae sint homini res Acriter infesto sensu spurcaeque gravesque* [3]; *972 *Qua nil est homini quod amariu' frondeat esca* [4]; 976 *At contra nobis caenum taeterrima cum sit Spurcities, eadem subus haec iucunda videtur* [5]. Quamquam his proximis locis dativus nescio an potius ad adiectivum sit referendus.

Hoc loco commemorari oportet accusativum ex prae-

[1]) Cfr Chr. Hauser, Woelfflinus Act. Erl. II p. 140.

[2]) Hoc e coniectura Bentlei ediderunt Lachmannus Bernaysius Munro, ubi codices exhibent *fluvius qui visus maximus ei*. Brieger solus *fluvius qui visus maximu' cuiquest* ante signatam lacunam scripsit.

[3]) *infestae* cum Bernaysio scripsit Brieger.

[4]) sic Lachmannus scripturam codicum prorsus corruptam egregie emendavit.

[5]) ita editores veteres: *ciunda* O, *inunda* Q exhibet.

positione *ad* pendentem apud Lucretium fere eadem significatione occurrere, qua dativus usurpatur, velut I 750 *quod ad sensus nostros minimum esse videtur:* III 830 *Nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum:* 845 *Nil tamen est ad nos:* 926 *Multo igitur mortem minus ad nos esse putandumst:* 972 *Respice item quam nil ad nos ante acta vetustas Temporis aeterni fuerit.* Ceterum conferas Hertzium p. 52.

Alterum genus dativi relationis id est, quo persona significatur, cuius ratio habenda est, ut id valeat quod enuntiati verbis exprimitur. Qui quidem dativus saepenumero cum participio praesentis aut perfecti coniunctus proprie indicat personae in quam spectant verba eam esse condicionem quae participio exprimatur, sive locali notione usurpatur dativus sive remotiore sensu ponitur. Verum hunc dativum, cum admodum libere enuntiationi adiungatur, quasi dativum absolutum esse quibusdam persuasum est, qui quantum errent mitto demonstrare, cum postea de ablativi absoluti qui vocatur origine agam. Neque huius dativi usum graecorum exemplis auctum esse credere par est. Ceterum dativos huius generis, cum in prisca latinitate fere omnino desint, apud Lucretium vix statui posse non est mirum. Nam dativus ad hanc dativi speciem non accedit nisi paucis locis:

IV 937 *Interiorem etiam partem spirantibus aër Verberat hic idem, cum ducitur atque reflatur:* V 1319 *Iuritata leae iaciebant corpora saltu Undique, et adversum venientibus ora petebant,* ubi cum dynamico arte cohaeret.

Praeterea conferendi sunt hi loci: III 479 *praepedianter Crura vacillanti:* IV 952 *poplitesque cubanti Saepe tamen summittantur virisque resolvant*[1]), ubi verba composita ad structuram aliquantum valuisse apparet.

[1] Brieger, cum de loco emendando desperaret, ante *cubanti* corruptelae signum apposuit.

6. Dativus ethicus.

Tum dativus enuntiato adiungitur, ut personam indicet non a verbi actione alienam esse, sed aliquo modo sententiae verbis tangi atque interesse. Ac dativum ethicum non a verbo pendere, sed ad totam verborum sententiam spectare monendum est. Quare hunc dativum abundare vel expletivum esse non defuerunt qui dicerent. Ceterum dativo ethico proprium est, quod in graviore vel concitatiore oratione adhiberi solet, ut in sententiis, quae rogationem aut hortationem exprimunt. Plerumque primae aut secundae personae pronomina personalia, rarius tertiae personae usurpata esse notum est. Apud Lucretium huius generis dativos haud paucis repperi locis, quos secundum sententiarum genera infra enumerare placet, cum in certis tantum sententiis dativum ethicum usurpatum invenimus [1]. Occurrit dativus in sententiis:

A. quae hortationem (optationem) exprimunt.

I 149 *Principium cuius hinc nobis exordia sumet;* II 1023 *Nunc animum nobis adhibe verum ad rationem.*

B. quae exclamationem (interrogationem) exprimunt.

II 1038 *Quam tibi iam nemo ... Suspicere in caeli dignatur lucida templa!*

C. quae ad certos quosdam homines magis quam ad alios pertinere additis dativis indicantur.

I 773 *Nulla tibi ex illis poterit res esse creata;* 918 *Hac ratione tibi pereunt primordia rerum* [2]; III 279 *Sic tibi nominis haec expers vis ... latet;* IV 511 *Illa tibi est igitur verborum copia cassa Omnis;* 875 *Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro Abluitur: sic expletur ieiuna cupido:* V 260 *Ergo terra tibi libatur et aucta recrescit;* 294 *Quin etiam nocturna tibi ... Lumina ... Consimili properant ratione ... Suppeditare novom lumen:* 805 *Tum tibi terra dedit passim mortalia saecla:* VI 225 *Hanc tibi subtilem cum primis ignibus ignem Constituit natura. —*

[1]) Cfr Munro II ad I 797.

[2]) Hoc loco dativus ad similitudinem dativi iudicantis accedit.

I 673 797 II 756 864 *Ne tibi res redeant ad nilum fanditus omnes*[1]; II 500 *Iam tibi barbaricae vestes Melibocaque fulgens Purpura ... superata · iacerent:* III 197 *ut ab summo tibi diffluat altus acervus.*

Ad similitudinem dativi ethici accedit dativus his locis: III 772 *Quidve foras sibi cult membris exire senectis?* 1058 *ut nunc plerumque videmus Quid sibi quisque velit nescire;* I 124 *Unde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorat speciem lacrimas effundere salsas Coepisse.*

Separatim commemoro dativum *sibi* apud Lucretium pronominibus — inprimis reflexivo pronomini — praeter necessitatem additum esse[2]): I 596 *Esse utramque sibi per se puramque necessest;* III 145 *Idque sibi solum per se sapit: id sibi gaudet:* 590 *ut noscere possis · animae naturam ... prius esse sibi distractum corpore in ipso:* 684 *Sed vel ut in cavea sibi per se vivere solum Conveniat:* 886 *Qui possit vivus sibi se lugere peremptum.*

Addenda.

1. Dativus verbis compositis adscriptus.

In linguis indogermanicis praepositiones ex adverbiis ad verbi notionem accuratius definiendam vel exprimendam appositis antiquitus exstitisse iam inter omnes constat. Nam cum verbo adiectus esset casus, fieri potuit, ut vox proprie adverbialis cum casu artius coniungeretur. Alias autem adverbium cum verbo, cui fere semper praeponebatur, in unum coaluit. Tum vero accidit, ut verbo non solum casus subiceretur, sed etiam praepositio quae praefixa erat ante casum iteraretur. Sed in verbis compositis construendis multum inter se differunt scriptores latini.

Dativum quoque, cum locali significatione primitus usurpatus sit, permultis verbis cum praepositionibus compositis adiungunt scriptores neque tamen structuras praepositio-

[1] Hoc loco dativus ad similitudinem dativi iudicantis accedit.

[2]) De his structuris egerunt Landgrafius l. l. Arch. VIII p. 43 sq., Ziemer Str. p. 150 sqq.

nales respuunt. Qua in re ab aureae aetatis scriptoribus ita exculta est oratio, ut verbis cum *ad de ex in sub* compositis, ubi localis relatio aperte indicaretur, praepositio, quae verbo praefixa est sive altera notione ei propinqua, apponeretur, dativus vero, si verbum translata significatione usurpatum erat, potissimum adhiberetur. Quamquam iam apud optimos scriptores praepositionum usui multum detractum esse reperimus. Ab illis aliquantum differunt poetae recentioresque scriptores, quippe qui dativum iteratis praepositionibus praeferant.

Neque mirum est, quod Lucretius, ut erat et antiquae locutionis studiosus et puri atque integri sermonis amator, dativum, etiamsi localis indicata est notio, saepe posuit. Quare ut ostendam qua ille ratione verba composita construxerit, omnia exempla ubi verbis sive nudus casus sive praepositio cum casu coniuncta adscribitur proferam, quamvis ab aliis hae res admodum luculenter sint tractatae. Saepissime dativus acquisitionis, paucis locis dativus commodi vel incommodi statuendus est.

Apud Lucretium haec reperiuntur verba quae cum praepositionibus composita sunt[1]).

ad

Verba intransitiva.

accidere. III 840 *Scilicet, haud nobis quicquam, qui non erimus tum, Accidere omnino poterit:* 862 *cui male possit Accidere:* IV 881 *Dico animo nostro primum simulacra meandi Accidere:* V 97 *Nec me animi fallit quam res nova miraque menti Accidat:* 171 *cui nil accidit aegri Tempore in ante acto.* De ceteris huius verbi structuris iam egi p. 27 sq.

°**adesse.** I 338 *id in omni tempore adesset Omnibus;* V 1405 *Et vigilantibus hinc aderant solacia somni.* Hoc loco *in* cum ablativo additur: IV 820 *In manibus vir uti factus videatur adesse.*

[1]) Cum plurima horum verborum motum exprimant, verba quibus quietis inest notio hoc signo ° notare satis habui.

°**apparere**. IV 99 *Quae cumque apparent nobis simulacra.*

°**adstare**. III 1078 *Certa quidem finis vitae mortalibus adstat.* Cum praepositione coniungitur: I 89 *Et mostum simul ante aras adstare parentem Sensit.*

°**adsistere**. III 959 *Et nec opinanti mors ad caput adstitit ante.* Hoc loco I 965 *Nec refert quibus adsistas regionibus eius*, ubi Keller p. 18 dativum exstare dicit, ablativus localis est statuendus.

Verba transitiva.

accendere. I 1117 *ita res accendent lumina rebus;* V 173 *quid potuit noritatis amorem accendere tali?*

addere. V 333 *nunc addita navigiis sunt Malta;* 1307 *Inque dies belli terroribus addidit augmen.*

adfigere. IV 391 *Sidera cessare aetheriis adfixa cavernis Cuncta videntur:* 1138 *Quod cupido adfixum cordi viveseit ut ignis:* 1242 *Tenve locis quia non potis est adfigere adhaesum.*

adfingere. IV 386 *Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.*

adflare. V 567 *quibus e spatiis cumque ignes lumina possunt Adicere et calidum membris adflare vaporem.*

adhibere. II 855 *Propter eandem rem debent primordia rerum Non adhibere suum gignundis rebus odorem;* V 229 *nec cuiquam adhibendast Almae nutricis blanda atque infracta loquella.* Praepositionem adsumit his locis: I 51 *vacuas auris animumque sagacem Semotum a curis adhibe veram ad rationem:* II 1023 *Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem.* Conferendus est hic locus: I 778 *At primordia gignundis in reba' necessest Naturam clandestinam caecamque adhibere.*

adlidere. IV 297 *ut siquis · · · adlidat pilaeve trabisve;* 570 *Pars, solidis adlisa, locis reiecta sonorem reddit.* Ita distinxerunt Lachmannus et Bernaysius, rectius commata deleverunt Munro et Brieger.

admiscere. I 369 *Est igitur · · · admixtum rebus, quod inane vocamus;* 382 *esse admixtum dicendumst rebus inane;*

655 *si faciant admixtum rebus inane:* *II 467 *et levibu' sunt aliunde admixta doloris Corpora* scripsit Lachmannus, ubi in codicibus mendosa insunt *e levibus atque rotundi admixta* cet., quae haud dubie e versu proximo irrepserunt. Bernaysius *et squalida sunt illis admixta* cet. proposuit. Munro, quem sequitur Brieger, haec habet: *et squalida multa creant admixta doloris* (acc. plur.) *Corpora.* Praepositionem adsumit: *in* cum accusativo coniunctum: I 745 *Nec tamen admiscent in eorum corpus inane: in* cum ablativo: I 569 *Admixtum quoniam semel est in rebus inane:* V 365 *quoniam admixtumst in rebus inane*, de qua structura videas p. 80. Praeterea cum ablativo coniungitur: cfr postea.

adnectere. III 689 *Nam neque tanto opere adnecti potuisse putandumst Corporibus nostris extrinsecus insinuatus.*

apponere. *III 372 *Illud in his rebus aequaquam summa potest . . . Corporis atque animi primordia, singula privis Adposita, alternis variare*[1]). De VI 1036 disserui p. 76 s. v. *circumdare.*

apportare. V 100 *Ut fit ubi insolitam rem adportes auribus ante:* ubi Tillmannus p. 79 et 128 dativum ex *insolitam* pendere censet.

adsciscere. V 473 *Quae neque terra sibi adscivit nec maximus aether.*

adsimulare. II 914 *Linquitur ut totis animantibus adsimulentur;* 980 *totis mortalibus adsimulata:* VI 189 *cum montibus adsimulata Nubila portabant venti transversa per auras.*

adsumere. II 1124 *Plura sibi adsumant.* Contra IV 1091 *Nam cibus atque umor membris adsumitur intus* ex sententia Kelleri et Kraetschii ablativus statuendus est.

adtribuere. II 836 *fit Ut non omnibus adtribuas sonitus et odores:* III 241 *Quarta quoque his igitur quaedam natura necessest Adtribuatur.*

[1] *pricis* Bentleius correxit pro *primis.*

cum (con)

Verba intransitiva.

concedere. I 1076 *Omnis enim locus ac spatium ... concedere debet Aeque ponderibus:* *III 962 *age dum, dignis concede: necessest*[1]).

concurrere. V 849 *Multa videmus enim rebus concurrere debere*: hoc loco nescio an rectius ablativus statuendus sit: VI 98 *quia concurrunt sublime volantes Aetheriae nubes contra pugnantibu' ventis:* nisi forte ablativum absolutum statuere malis.

confligere. VI 373 *Hic quoque confligunt hiemes aestatibus acres.* Cum accusativo a Lucretio construitur: IV 1215 *Semina cum Veneris stimulis excita per artus Obvia conflixit conspirans mutuus ardor.*

confluere. VI 636 *retroque remanat Materies umoris et ad caput omnibus omnis Confluit:* 1152 *ubi ... Morbida vis in cor maestum confluxerat aegris:* utroque loco dativus ad similitudinem dativi dynamici proxime accedit. Praepositionem acquirit: V 496 *atque omnis mundi quasi limus in imum Confluxit:* VI 1152; 1259 *Nec minimam partem ex agris maeroris in urbem Confluxit labes.*

consentire. II 915 *Vitali ut possint consentire undique sensu.* Meissner p. 28 ablativum limitationis statuit, Bockemueller *sensu* dativum esse dicit eique adstipulari videtur Munro, quia sic locum vertit: in order that they may be able in all points to work in concert with the vital sense. Ceterum de hoc verbo videas quae p. 24 disserui.

consurgere. Hoc loco VI 498 *primum iam semina aquai Multa simul rimam consurgere nubibus ipsis nubibus* ex *simul* pendere rectius putandum est.

contendere. III 7 *quid enim contendat hirundo Cycnis?* cfr Schaeflerum p. 46.

contingere. IV 1118 *Cum sibi quid capiant ipsi contingere quaerunt:* V 151 *Tactile nil nobis quod sit contingere debet:* *VI 710 *Verum aliquid genere esse ex hoc*

[1]) *gnatis* Bernaysius Brieger, *magnus* Munro, *magnis* O Q.

quod contigit ei Scimus[1]). Praeterea verbum multis apud Lucretium locis transitive usurpatur.

convenire. IV 708 *sed item species rerum atque colores Non ita conveniunt ad sensus omnibus omnes:* 1259 *ut · · · Crassa · conveniant liquidis et liquida crassis;* ubi idem valet atque *coniungi commisceri:* VI 1085 *Ut cava conveniant plenis haec illius illa Huiusque inter se, iunctura haec optima constat.* Hoc loco V 270 *retroque remanat Materies umoris et ad caput amnibus omnis Convenit* dativus dynamicus exstat.

Verba transitiva.

concedere. I 832 *nec nostra dicere lingua Concedit nobis patrii sermonis egestas:* IV 1184 *tribuisse quod illi Plus videat quam mortali concedere par est:* 1191 *quoniam tu tamen omnia possis · · · vicissim Praeter mittere et humanis concedere rebus:* V 1358 *Ut muliebribus id manibus concedere vellent:* 1370 *silvas Cogebant infra · locum concedere cultis.*

conferre. II 1166 *cum tempora temporibus praesentia confert Praeteritis.* Alia significatione usurpatur: VI 55 *quod Ignorantia causarum conferre deorum Cogit ad imperium res et concedere regnum.*

conflare. VI 1092 *unde repente Mortiferam possit cladem conflare coorta Morbida vis hominum generi pecudumque catervis, Expediam.*

coniungere. I 450 *aut his coniuncta duabus Rebus a cernis:* II 1004 *Inde aliis aliud coniungitur, et fit ut cet.:* III 556 *Sive aliud quid vis potius coniunctius ei Fingere:* V 538 *Ex ineunte aevo coniunctam atque uniter aptam Partibus aëriis mundi;* 563 *ubi est coniuncta gravi cum corpore, ut aër Coniunctus terris et nobis est nimi vis:* 853 *Feminaque ut maribus coniungi possit avere:* 1012 *mulier coniuncta viro.* Sane nonnullis locis, ubi ipsa forma dubitationem admittit, utrum dativus sit an

[1]) *contigit ei* Is. Vossius optime emendavit pro corrupta codicum scriptura.

ablativus statuendus, commentatores dissentiunt. Sed recte Keller mihi videtur p. 20 sq. Holtzio adversari ablativum his omnibus locis statuenti. De eis locis, ubi *coniungere* ablativum adsciscit aut cum praepositione *cum* coniungitur, postea agam.

commiscere. I 822 *Verum aliis alioque modo commixta moventur:* II 885 *commixta quibus dent motus accipiantque:* V 502 *Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris Commiscet.* His locis Keller p. 21 contra Holtzium dativum accipi vult, quod *commiscere* idem valeat quod *commiscendo addere.* Praepositio *in* additur: IV 671 *Utraque enim sunt in mellis commixta sapore.* De ceteris huius verbi structuris sub ablativo disseram.

committere. V 782 *novo fetu quid · · · incertis crerint committere ventis:* 1365 *Unde etiam libitumst stirpis committere ramis.*

connectere. II 704 *videres · · · Multa · conecti terrestria membra marinis:* quamquam hoc loco de ablativo cogitari potest.

corripere V 248 *Illud in his rebus ne corripuisse rearis Me mihi.*

constituere. I 707 *qui principium gignundis aëra rebus Constituere:* ubi dativus arte cum substantivo *principium* cohaeret; II 560 *Sic tibi si finita semel primordia quaedam Constitues:* VI 73 *quia tute tibi placida cum pace quietos Constitues magnos irarum volvere fluctus:* his duobus locis dativus ethicus videtur esse statuendus.

in

Verba intransitiva.

incidere. II 227 *Quod si forte aliquis credit graviora potesse Corpora · · · Incidere ex supero levioribus;* 240 *Haud igitur poterunt levioribus incidere umquam Ex supero graviora:* VI 351 *cum corpora fulminis ipsa Corporibus rerum inciderunt:* 1178 *Multi praecipites lymphis putealibus alte Inciderunt.* De ceteris huius verbi structuris egi p. 28.

incedere. *VI 1212 *Usque adeo mortis metus his incesserat acer*[1]).

incumbere. VI 1143 *Incubuit tandem populo Pandionis omnei.* Cum praepositione ponitur: V 1097 *Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans Aestuat in ramos incumbens arboris arbor.*

incurrere. I 287 *ita magno turbidus imbri Mollibus incurrit ... amnis.*

°**inesse.** De hoc verbo sub locali agam.

ingemere. V 208 *ni vis humana resistat Vitai causa valido consueta bidenti Ingemere.*

°**innasci.** II 286 *unde haec est nobis innata potestas.* Hoc loco additur *in* cum ablativo: III 792 V 136 *et innasci quaeis in parte soleret*, ubi verba quae praecedunt (cfr p. 57) ad structuram aliquantum valere apparet.

°**insidere.** III 900 *nec tibi earum Iam desiderium rerum super insidet una.*

insinuare. IV 306 *dolorem oculis quae gignunt insinuando.*

°**instare.** I 65 *Horribili super aspectu mortalibus instans.* De II 113 videas p. 97 s. v. *versari.*

°**insistere.** De VI 836 disseram sub instrumentali.

Verba transitiva.

inaedificare. VI 265 *nisi inaedificata superne Multa forent multis nubila.*

increpare. III 932 *si · rerum natura · · hoc alicui nostrum sic increpet ipsa.*

incutere. I 19 *Omnibus incutiens blandum per pectora amorem:* 924 *simul incussit suavem mi in pectus amorem Musarum.* De III 382 sub ablativo agam.

inferre. III 679 *si · · · nobis Inferri solitast animi virata potestas:* V 976 *Dum rosea face sol inferret lumina caelo:* 1246 *Sive quod · · · Hostibus intulerant ignem.*

inicere. III 378 *Quantula prima queant nobis iniecta ciere Corpora sensiferos motus in corpore.* Conferri potest

[1]) *his* editores veteres pro *iis*: *incesserat* Lambinus pro *incusserat.*

hic locus: II 739 *In quae corpora si nullus tibi forte videtur Posse animi iniectus fieri.*

inlidere. IV 1080 *et dentes inlidunt saepe labellis.*

immiscere. I 877 *at omnibus omnis Res putet immixtas rebus latitare:* III 393 *Semina corporibus nostris inmixta per artus,* quo loco Brieger *in mixta* scripsit.

immittere. IV 715 *quae cum sunt oculis immissa leonum.* Semel praepositionem adsumit: VI 441 *Ille in aquam subito totum se immittit.*

imperitare. III 1028 *magnis qui gentibus imperitarunt.*

implicare. VI 1232 *quod ubi se quisque videbat Implicitum morbo.*

imponere. III 890 *non invenio qui non sit acerbum Ignibus impositum calidis torrescere flammis:* V 543 *At quae cumque foris veniunt inpostaque nobis Pondera sunt laedunt.*

inserere. I 901 *et non est lignis tamen insitus ignis:* *V 181 *Exemplum porro gignundis rebus et ipsa Notities hominum dis unde est insita primum*[1]; 329 *neque usquam Aeternis famae monimentis insita florent:* 538 *quibus insita crevit:* 1165 *Unde etiam nunc est mortalibus insitus horror.*

insinuare. I 113 *an contra nascentibus insinuetur:* II 685 *sorsum sapor insinuatur Sensibus:* III 671 *si · natura animai · · In corpus nascentibus insinuatur:* 723 *si forte animus extrinsecus insinuari Vermibus · · credis:* 729 *An quasi corporibus perfectis insinuentur:* 739 *Nec tamen est ut iam perfectis insinuentur Corporibus.* Ceterum conferas velim quae p. 38 sq. disputavi.

instituere. V 14 *Namque Ceres fertur Liberque liquoris Vitigeni laticem mortalibus instituisse.*

intendere. IV 76 *vela · · · magnis intenta theatris:*

[1]) hoc Wakefieldo duce ediderunt Lachmannus et Bernaysius, *divis hominum* Munro et Brieger scripserunt, *hominum divis* codices praebent.

VI 109 *Carbasus at quondam magnis intenta theatris Dat crepitum.*

intorquere. VI 125 *Cum subito validi venti conlecta procella Nubibus intorsit sese.*

involvere. VI 443 *Fit quoque ut involvat venti se nubibus ipse Vertex.*

ob

Verba intransitiva.

occurrere. *III 523 *Usque adeo falsae rationi vera videtur Res occurrere*[1]: IV 782 *simul ac volumus nobis occurrit imago;* VI 32 *quibus e portis occurri cuique deceret.*

°**obesse**. V 24 *Quid Nemeaeus enim nobis nunc magnus hiatus Ille leonis obesset?* 171 *Cui veteres obsunt:* *VI 70 *Delibata deum per te tibi numina sancta Saepe oberunt*[2].

officere. *VI 755 *Sed natura loci ei ibus officit ipsa suapte* scripsit Lachmannus, cui adstipulatus est Bernaysius. Munro transponendo edidit *loci ope sufficit*. Brieger codicum scripturam *loci opus efficit* recepit[3]).

obniti. *IV 437 *At maris ignaris · · · videntur Navigia aplustris fractis obnitier undae*[4]).

°**obstare**. I 289 *ruitque ita quidquid fluctibus obstat;* *II 88 *neque quicquam a tergo ibus obstet;* sic Is. Vossius emendavit quae in codicibus insunt *a tergibus obstet:* IV 1150 *nisi tute tibi obvius obstes.*

°**obsistere**. I 109 *valerent Religionibus atque minis obsistere ratum;* VI 227 *cui nil omnino obsistere possit;* 331 *Nec facilest tali naturae opsistere quicquam.*

Verba transitiva.

offerre. III 1041 *Sponte sua leto caput obvius optulit ipse:* V 960 *Quod cuique obtulerat praedae fortuna.*

obicere. V 547 *Sic igitur tellus non est · · · auris*

[1]) *rationi* Marullus emendavit pro *rationis.*

[2]) *oberunt* Wakefieldus coniecit pro *oderunt.*

[3]) Meissner p. 29 *loci sponte officit* scribi vult.

[4]) *undae* Lachmannus scripsit, *undas* in codicibus est.

aliunde obuecta alienis: 755 *Obicions caecum radiis ardentibus orbem.*

obstruere. V 754 *cur luna queat ... a terris altum caput obstruere ei.*

ostendere. I 429 531 *Id quod iam supera tibi paulo ostendimus ante:* IV 672 *Id quod iam supera tibi saepe ostendimus ante.*

obvertere. IV 166 *speculum quo cumque obvertimus oris.*

prae

Verba intransitiva.

°**praestare.** I 208 *incultis praestare videmus Culta loca:* 359 *cur alius aliis praestare videmus Pondere res rebus nilo maiore figura?* Ceterum conferas p. 32.

Verba transitiva.

praecludere. I 975 *Quorum utramque tibi effugium praecludit:* III 524 *Usque adeo .. vera videtur Res .. effugium praecludere cunti:* V 373 *Haut igitur leti praeclusa est ianua caelo Nec soli terraeque neque altis aequoris undis.*

praebere. II 66 *tu te dictis praebere memento:* 597 *Unde ... Montivago generi possit praebere ferarum:* IV 872 *quae stomacho praebent incendia nostro:* V 816 *Terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile Praebebat:* 991 *Unus enim tum quisque ... Pabula viva feris praebebat, dentibus haustus;* VI 893.

°**praemetuere.** III 1018 *mens sibi ... Praemetuens:* cfr p. 121.

praemonstrare. VI 92 *Tu mihi supremae praescribta ad candida calcis Curventi spatium praemonstra, callida musa Calliope.*

praepandere. I 144 *quo carmine demum Clara tuae possim praepandere lumina menti.*

praepedire. III 364 *luminibus quia nobis praepediuntur;* de III 479 videas p. 103.

praeponere. VI 999 *bene ubi haec confirmata atque locata Omnia constiterint nobis praeposta parata.*

praespargere. V 739 *vestigia propter Flora quibus*

mater praespargens ante viai Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet.

sub

Verba intransitiva.

succedere. V 286 *simul ac primum nubes succedere soli Coepere.* Praepositio additur: *ad:* III 609 *Nec prius ad iugulum et supera succedere fauces:* V 1123 *ad summum succedere honorem Certantes: in:* V 1275 *aurum in summum successit honorem:* 1370 *Inque dies magis in montem succedere silvas Cogebant: praeter:* IV 139 *videntur ... magni montes avolsaque saxa Montibus ante ire et solem succedere praeter.*

succumbere. II 1140 *cum externis succumbunt omnia plagis.*

succurrere. V 765 *Tempore eodem aliut nequeat succurrere languc Corpus.*

°**subesse.** III 874 *Scire licet ... subesse Caecum aliquem cordi stimulum.*

suppeditare. I 547 *Materies ut suppeditet rebus reparandis:* VI 665 *Sic toti caelo terraeque putandumst Ex infinito satis omnia suppeditare.*

°**subsidere.** IV 1198 *Nec ratione alia volucres armenta feraeque Et pecudes et equae maribus subsidere possunt.*

°**subsistere.** I 1079 *Nec quod inane autem est ulli subsistere debet:* II 236 *At contra nulli de nulla parte neque ullo Tempore inane potest vacuum subsistere rei.*

Verba transitiva.

subdere. IV 447 *si forte oculo manus uni subdita supter Pressit eum:* V 101 *Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu.*

subducere. I 1106 *Nere ... Terra se pedibus raptim subducat.*

sufficere. II 108 *haec aëra rarum Sufficiunt nobis et splendida lumina solis.*

subicere. I 78 *Quare religio pedibus subiecta vicissim Opteritur.*

subiungere. II 862 *Immortalia si volumus subiungere*

rebus Fundamenta: *III 421 *Tu pie utrumque uni subiungas nomen eorum* scripsit Lachmannus, quem sequitur Bernaysius, ubi codices corrupta exhibent *uno subiungas nome*. Munro *uno sub iungas nomine* rectius scripsit eiusque coniecturam recepit Brieger.

submittere. I 7 *tibi suavis daedala tellus Summittit flores:* 92 *Muta meta terrum genibus summissa petebat:* hoc loco ablativus potius quam dativus est statuendus; *VI 818 *Sic ea Averna loca alitibus summittere debent Mortiferam vim*[1]).

suppeditare. II 26 *Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur:* III 9 *tu patria nobis Suppeditas praecepta:* VI 1066 *Ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur.*

substernere. IV 411 *Inter eos solemque iacent immania ponti Aequora substrata aetheriis ingentibus oris.*

subtrahere. *VI 605 *Ne pedibus raptim tellus subtracta feratur In barathrum*[2]).

2. Dativus adiectivis et adverbiis appositus.

Dativum adiectivis et adverbiis permultis in lingua latina adscribi notum est. Atque hic dativus, cum secundum structuram eorum verborum, quibus similis fere inest significatio, cum adiectivis coniungi videatur, varia significatione usurpatus alias ad dativum acquisitionis propius accedit, alias dativo commodi similior est. Neque analogia ad structuram divulgandam nihil valuit. A vulgari usu non multum recessit Lucretius, apud quem haud pauca dativi cum adiectivis coniuncti exempla reperiuntur. Cum dativo construuntur adiectiva:

a. quae vicinitatis notionem exprimunt.

vicinus. VI 459 *Fit quoque uti montis vicina cacumina caelo Quam sint quoque magis, tanto magis edita fiant.* Hoc loco IV 933 *Aëriis quoniam vicinum tangitur auris [corpus] auris* ad verbum proxime est referen-

[1]) *alitibus* editores veteres correxerunt pro *malitbus.*

[2]) *subtracta* Niccolius scripsit, *substructa* codices praebent.

dum, quia adiectivum e more Lucretii ad sententiam illustrandam praeter necessitatem appositum est: cfr Kraetschium p. 65 sq.

communis. I 196 *Ut potius multis communia corpora rebus Multa putes esse, ut verbis elementa videmus:* 824 II 689 *Quin etiam passim nostris in versibus ipsis Multa elementa vides multis communia verbis.*

socius. I 24 *Te sociam studeo scribendis versibus esse.*

b. quae similitudinem aut dissimilitudinem significant.

similis. II 543 *Cui similis toto terrarum nulla sit orbi:* 909 *Nempe tamen debent aut sensum partis habere Aut simili totis animalibus esse putari:* IV 109 *Tanto opere ut similes reddantur cuique figurae:* 750 *Qua tenus hoc simile est illi:* 1212 *Tum similes matrum materno semine fiant Ut patribus patria*, cfr 1218 cum genetivo: 1230 *atri similest magis id quod cumque creatur:* V 435 *Nec similis nostris rebus res ulla videri [poterat].*

dissimilis. V 153 *Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse Dissimiles debent.* De genetivo adiectivis *similis* et *consimilis* apposito agam postea.

par. II 337 694 724 *quia non colgo paria omnibus omnia constent:* 340 *Debent ni mirum non omnibus omnia prorsum Esse pari filo similique adfecta figura:* 738 *Nullus enim color est omnino materiai Corporibus, neque par rebus neque denique dispar:* V 969 *Saetigeris · paria subus.*

compar. IV 1255 *inventast illis quoque compar Natura:* quo loco dativum ad adiectivum potius quam ad verbum referendum esse cum Tillmanno p. 79 duco.

dispar. II 738 vide supra.

parilis. I 1067 *Contendunt · · · alternis nobiscum tempora caeli Dividere et noctes parilis agitare diebus.*

pariter. VI 171 *pariter qui mittitur igni Esimili causa.*

aemulus. I 297 *Quandoquidem factis et moribus aemula magnis Amnibus inveniuntur.*

idem Lucretius primus scriptorum latinorum cum da-

tivo coniunxit[1]: II 918 *cum . . . animalia sint mortalibus una eademque:* III 1038 *quorum unus Homerus . . eadem aliis sopitu' quietest:* *IV 1174 *Nempe eadem facit, et scimus facere, omnia turpi*, ubi Naugerius *turpi* pro *turpis* correxit.

diversus. V 646 *Nonne vides etiam diversis nubila ventis Diversas ire in partis inferna supernis?*

alienus. VI 1119 *Proinde ubi se caelum quod nobis forte alienum Commovet atque aër inimicus serpere coepit.* De ceteris huius adiectivi structuris, quae apud Lucretium occurrunt, disseram sub ablativo et genetivo.

c. quae opportunitatem aut contrariam qualitatem indicant.

aptus. IV *633 *Nunc aliis alius qui sit cibus unicus aptus Expediam* scripsit Lachmannus, ubi codices in fine versus praebent *cibus ut videamus*, quae verba ab editoribus varie emendantur. Nam Bernaysius *cibu' suppeditatus* coniecit, Munro *cibu' suavis et almus* edidit, Brieger solus verba codicum lacunae signo post *videmus* apposito imprimi iussit. 677 *Verum aliis alius magis est animantibus aptus:* V 538 *Convenit · aliam naturam supter habere, Ex ineunte aevo coniunctam atque uniter aptam Partibus aëriis mundi:* VI 773 *Et magis esse aliis alias animantibus aptas Res ad vitai rationem ostendimus ante:* 961 *Huc accedit uti non omnia . . . eodem pacto rebus sint omnibus apta.*

idoneus. VI 318 *Opportuna fuit si forte et idonea flammis.*

opportunus. III 206 cfr s. v. *utilis:* VI 318 vide supra.

contrarius. I 657 *quia multa sibi cernunt contraria adesse:* VI 741 *quia sunt avibus contraria cunctis.*

d. quae utilitatis aut inimicitiae notionem continent.

utilis. I 331 *Quod tibi cognosse in multis erit utile rebus:* III 206 *Quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus Utilis invenietur et opportuna cluebit:* neque cum

[1] Cfr Schaefler p. 47.

Tillmanno p. 79 et 119 dativum e participio pendere putandum est: 735 *Sed tamen his esto quamvis facere utile corpus Cum subeant.*

placidus. I 40 *petens placidam Romanis, incluta, pacem.*

inimicus. V 770 *Dum loca luminibus propriis inimica per exit:* VI 1118 *inde aliis alius locus est inimicus Partibus ac membris.*

infestus. V 219 *Praeterea genus horriferum natura ferarum Humanae genti infestum terraque marique Cur alit atque auget?* 760 *Cum loca praeteriit flammis infesta per auras:* 983 *quod saecla ferarum Infestum miseris faciebant saepe quietem.*

ingratus. II 615 *qui · · · ingrati genitoribu' sint inventi.*

e. quae facilitatem, bonitatem aut contraria exprimunt.

facilis. V 1281 *Nunc tibi · · · facilest ipsi per te cognoscere, Memmi.*

perfacilis. II 381 *Perfacile est tali ratione exsolvere nobis.*

difficilis. V 99 *quam difficile id mihi sit pervincere dictis.* Cum *ad* praepositione usurpatur: II 1027 *quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet.*

bonus. II 408 *Omnia postremo bona sensibus et mala tactu Dissimili inter se pugnant perfecta figura. Tactu* Meissner p. 39 pro ablativo putat, cum *sensibus* et ad *bona* et ad *mala* refert, rectius Munro et Staedler p. 44 dativum statuunt.

suavis. IV 658 *Hoc ubi quod suave est aliis aliis fit amarum, Illi, cui suave est, levissima corpora debent Contractabiliter caulas intrare palati.*

acer. VI 392 *documen mortalibus acre.*

acerbus. IV 661 *quibus est eadem res intus acerba.*

amarus. IV 634 vide infra; 658 confer supra.

taeter. II 510 *Namque aliis aliud retro quoque taetrius esset Naribus auribus atque oculis orisque sapori.*

tristis. IV 634 *Expediam, quareve, aliis quod triste et amarumst, Hoc tamen esse aliis possit perdulce videri.*

horribilis. V 1306 *Horribile humanis quod gentibus esset in armis.*

His subiungo:

genitalis. I 58 *Quae nos materiem et genitalia corpora rebus Reddunda in ratione vocare et semina rerum Appellare suemus*, de quo loco agit Munro II; cfr I 167 *Ubi non essent genitalia corpora cuique.*

vitalis. VI 1094 *quae sint vitalia nobis.*

satis. I 402 *Verum animo satis haec vestigia parva sagaci Sunt.*

Postremo dativus adiectivis et adverbiis cum praepositione compositis subiungitur his locis:

adfinis. III 733 *Corpus enim magis his vitiis adfine videtur*: hoc loco adiectivum ad sententiam illustrandam additum est; cfr p. 117 s. v. *vicinus.*

admoderate. II 169 *humanis rationibus admoderate.*

adversus. VI 1134 *Nec refert utrum nos in loca deveniamus Nobis adversa.*

consanguineus. VI 475 *Nam ratio consanguineast nubibus ollis*[1]).

conscius. VI 393 *Et potius nulla sibi turpi conscius in re Volvitur in flammis innoxius inque peditur.* Altero loco III 1018 *et mens sibi conscia factis. Praemetuens adhibet stimulos sibi* ad participium est referendum, quoniam *conscius* cum duobus dativis apud optimos scriptores coniungi non solet.

obvius. I 132 *Et quae res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet morbo adfectis somnoque sepultis*, de quo loco conferas p. 97; IV 33 *Atque eadem nobis vigilantibus obvia mentes Terrificant atque in somnis*; 309 *quia [illegible]is de corpore eorum Semina multa fluunt simulacris obvia eorum*; V 401 *solque cadenti Obvius aeternam succepit lampada mundi.*

---

[1]) *consanguineast* correxit Is. Vossius pro *consanguinea se. ollis* Lachmannus pro *omnis* scripsit.

3. Dativus substantivis subiunctus.

Dativum substantivis e verbis dativum regentibus derivatis admodum raro in sermone latino adscribi notum est. Neque dativus a Lucretio nisi substantivo *fides* appositus nonnullis locis, ubi verbum ad structuram aliquantum valuisse verisimile est. Primum adnotandus est hic locus: I 423 *cui nisi prima fides fundata valebit*, de quo loco egi p. 96 sq. Deinde IV 465 *Quae ratio fidem quae sensibus omnia quaerant* dativus e substantivo pendere videtur. Tum hic exstat locus: I 400 *Multaque praeterea tibi possum commemorando Argumenta fidem dictis conradere nostris.*

Neque dativus aliis locis substantivo adscribitur, nam dativus eis quoque locis, ubi cum substantivo arte coniungi videatur, ad verbum proprie est referendus. Unum tamen separatim adnotabo locum: V 181 *Exemplum parvo gignundis rebus et ipsa Notities hominum dis unde est insita primum*, ubi dativus ad *exemplum* proxime relatus est. Nam gerundivorum genetivos poeta consulto videtur evitasse, cum metro non satis apti essent.

DE VARRONIANO SCRIBENDI GENERE QUAESTIONES.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RICARDUS KRUMBIEGEL

HOHENSTEINIENSIS.

LIPSIAE

TYPIS M. HOFFMANNI

MDCCCLXXXXII.

OTTONI RIBBECK

sacrum.

Varronianum scribendi genus cum a grammaticis tantum non plane neglectum esset, proximis demum qui praeterierunt annis acriore studio tractare coeperunt, ex quo et editionibus novis compositis arti criticae certum fundamentum paratum est et Wölfflinus aliique, cum Ciceronis cultum ut ita dicam restringerent, eorum scriptorum, qui vulgari sermone usi sunt, magis rationem habere instituerunt.

Eam igitur grammaticae partem, quae in rebus orthographicis et in verborum flexione versatur, quantum ad Varronem pertinet, tractavit Aug. Müller 'de priscis verborum formis Varronianis', Hal. 1877.

Syntaxis autem cum nondum tota satis perquisita sit neque in eorum libris qui linguae latinae syntaxim illustraverunt, velut Drägeri et Kühneri, Varronis ita ut par est ratio habeatur, ego eam indagandam mihi proposui, omissis nimirum eis quae ab aliis prolata sunt. Nam de particularum usu Varr. diligenter disseruit H. Reiter ('Quaestt. Varr. gramm'., Regim. 1882); casuum usum explicuit J. Sitzler ('Über den Kasus-Gebrauch bei Varro', Tauberbischofsh. Progr. 1889). Neque praetereundum est cum alios in nonnullorum scriptorum sermone illustrando tum Ph. Thielmann ('De sermonis proprietatibus quae leguntur apud Cornificium et in primis Ciceronis libris' = Diss. Arg. II, 1879) occasione data etiam Varronis passim mentionem fecisse.

Praeter syntaxin vero nonnullas earum rerum indagare in animo mihi est quas „elocutionis" nomine ita comprehendere mihi liceat, ut huius vocis notio angustioribus finibus includatur („Stilistik"): ea enim distinguendi ratione utar qua usus est

J. H. Schmalz in grammaticae latinae compendio (= Iw. Müller Hdb. II), ad quem ipsi saepe recurremus, cum et multas res longe rectius quam qui ante eum explicare studuerunt explicuerit et — id quod ad nos pertinet — ad Varronis usum diligentius quam illi spectaverit.

Quae in singulorum verborum usu Varronis propria sunt[1]), ad ea commemoranda in neutra parte plerumque occasio se offeret. Speciminis causa pauca huius generis in appendice adiciam, ut, quot res quamque variae in sermone Varroniano explicatione et egeant et dignae sint, ostendam. Ipse materiam exhaurire nullo modo potui. Denique in altera appendicis parte de paucis locis Varronianis quid sentiam prolaturus sum.

Paene autem hanc commentationem ad finem perduxeram (si finis esse potest rei imperfectae), cum prodit Keilii commentarius, quo adeo multa mihi praerepta cognovi ut primum dubitarem num haec omnino digna essent quae emitterentur. Sed cum multa reprimere debuerim, quaedam a viro clarissimo mihi relicta esse eo magis gaudeo.

Iam priusquam ad ipsam rem aggrediar, unum mihi monendum est. Quos modo laudavi Stünkel et A. Müller suo iure etiam fragmenta satirarum ceterorumque librorum deperditorum in usum vocaverunt. Plurima autem eorum quae ego tractaturus sum, quoniam recte diiudicari plerumque nequeunt nisi totius loci sententiae structuraeque ratio habetur, ex fragmentis, in quibus hoc, quod extremo loco posui, non nisi raro fieri posse apparet, pauca tantum enucleari licet. Quamobrem ipse fere plane omissis fragmentis eos solum qui integri supersunt libros adhibendos mihi esse existimavi.

Not. Varronis libros nudis numeris significavi: I—III = rer. rust. libri, V—X = libri de lingua lat.

---

[1]) Vocabula a Varrone aut solo aut primo usurpata diligenter collegit L. Stünkel ('De Varroniana verborum formatione', Argent. 1875), quem si quae praeterierunt ea addidit Aug. Müller p. 63 sqq. apposito brevi eorum vocabulorum conspectu „quae cum sub Ciceronis temporibus plane obsoleta essent, a Varrone deliciarum causa ex antiquorum libris deprompta sunt."

Pars I.

De syntaxi Varroniana.

A. De enuntiatis simplicibus.

Caput I.

De praedicato.

§ 1.

Cum apud omnes scriptores Latinos loci inveniantur quibus praedicatum constet ex verbo substantivo cum adverbio coniuncto[1]), Varronianos hos tantum fere locos, quibus hic usus paullo insolentiore ratione admissus est, proferendos putavi:

I 13,6 *quae nunc sunt pleraque contra.*

cfr. III 2,4 *quae illic omnia contra* [*aurum*].

I 16,1 *si quid ita est . . . ut nostris agris prosit aut noceat.*

VI 47 *quod animus ita est ut . . . pervolet quo volt.*

I 20,1 *nigri* [*s.*] *potius quam aliter ut sint;* quo loco etiam potuit scribi *alio colore,* quod legitur II 5,10.

VIII 13 *prius enim nomen est quam verbum temp. et reliqua posterius quam nomen et verbum.* Cfr. Cic. Brut. 83,288 *Thucydides si posterius fuisset*; nec tamen plane eadem est vis verbi substantivi.

[1]) Cfr. Stinner, 'de eo quo Cicero in epistulis usus est sermone' pag. 24 sq. O Rebling, 'Versuch einer Charakteristik der röm. Umgangssprache' Kiel 1873 pag. 7.

Denique omisso v. *esse* legitur VI 18 *non multo enim post hic dies quam decessus Gallorum ex urbe.* Adverbium *post* Cicero uno orationum loco cum verbo substantivo coniunxit atque ne eo quidem temporali notione sed locali (*qui post erant* Milon. 29).

§ 2.

De omisso praedicato quae ab Schmalzio Synt. § 8 adnotantur, in eis Varro non valde a ceterorum auctorum usu recedit. Dicendi verba non raro ita omittit, ut haec transeundi formula legatur:

Haec hic. At Q. Lucienus (II 5,1)
Haec hic. At Murrius (II, 6,1)
Hic haec. At Scrofa (I 22,6)
Nos haec. At strepitus (III 17,10)

cfr. II 11,12 *Illi hoc, neque ab hoc* etc.

Sermonis cotidiani neglegentiae haec quoque conveniunt:

I 2,1 *Quid vos hic?*

I 2,11 *Illi interea ad nos*

quibus cum verbis cfr. III 17.10 (*At strepitus ab dextra et candidatus noster . . . in villam. Ille inde endo suam domum* etc.) et Kühn. p. 1046,7.

I 20,3 in. *Quos ad vecturas* (scil. *emeris*).

II 1,23 *Item ad alios morbos aliae causae.*

V 29 *Tiberis . . . nihil <ad> ἐτυμολόγον latinum, ut, quod oritur ex Samnio, Volturnus nihil ad latinam linguam.*

V 32 *quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti* (sc. *fecit*).

VI 20 *quod tum . . . ab sacerdotibus ludi illi quibus* etc.

VI 40 *e quibus ut dixi quae poterimus;*

multa alia quae non enumero.

Non tamen licet eos locos huc referre quibus quod verbum subaudiendum sit, ex alia eiusdem propositionis parte cognosci potest, velut I 7,7 . . . *sunt quae non possunt vivere nisi . . . . in mari, ut scribit Theophrastus palmas et squillas* [*squillam* cod.]

§ 3.

Copulae vero ellipsi ut apud ceteros auctores sic apud Varronem — praesertim in eis librorum de l. l. partibus

quibus vocabula unde derivata sint, explicatur — nihil esse frequentius ut demonstrem, non possum omnes locos huc pertinentes referre; exempli causa enumeravi locos qui in libri de l. l. sexti prima parte (§ 1—34) exstant: omisi autem in computando eos quibus non tam simplex verbum substantivum quam dicendi vel similis verbi forma generis passivi ad sententiam complendam desideratur; nam talibus in enuntiatis fere ubique omittitur verbum finitum — neque finitum solum, verum etiam infinitivus, ut VII 64 *Miraculae a miris, id est monstris, a quo Accius ait personas distortis oribus deformis Miriones*[1]).

Deest igitur copula in enuntiatis primariis sex fere locis, in enuntiatis relativis decem, in enuntiatis per coniunctionem *quod* incipientibus novem locis, semel (§ 6) post coniunctionem *cum*. Deinde vero non minus quadragies et bis participium perf. pass. sine verbo finito ponitur in enuntiatis prioris ordinis, item in enunt. relativis novies, cum his quinquaginta fere locis octo tantum respondeant quibus copula additur, vel si eos locos, quibus participium coniungitur cum verbi substantivi tempore futuro (*si qua erunt . . . coniuncta* § 1) aut imperfecto (*qui . . . erant nati* § 5) aut perfecto (*qui . . . non fuerunt feriati* § 13 m), includi mavis, undecim. — Etiam gerundio gerundivoque longe plerumque sic uti Varronem, ut verbum *esse* non addat, rerum rusticarum libri satis demonstrant. Cfr. Heidrich 'Varroniana' pag. 6.

Sed his locis cum verbum quod deest facillime audiatur, restant nonnulli quibus omisso verbo finito durissima enuntiati structura efficitur; quorum hunc illum afferri liceat propter Schmalzium qui (§ 10 a) ait: „Tacitus . . . lässt, wie schon Cicero, Sallust und Varro in Nebensätzen es thun, aber ohne aufzufallen, die Kopula in solchen Sätzen in auffälliger Weise aus."

V 28 *Antemnae* (dicuntur) *quod ante amnis, qui Anio* [sic L. Spengel rectissime pro v. tradito *quanto*], *influit in Tiberim*. Simillimum locum attulit O. Müller: V 58 init: *neque ut volgus putat hi Samothraces dii, qui Castor et*

[1]) Item in enuntiatis quae coniunctivum flagitant; e. g. V 7 *quis enim non videt unde Argentifodinae et Viocurus?*

Pollux. Cfr. IX 67 *alii generis enim vinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex regionibus aliis.*

§ 4.

Praeterea cum adamet Varro infinitivum *esse* omittere in structuris nominativi cum inf. (nam de eodem verbo omisso in structura accusativi cum infin. perf. aut fut. non opus est disserere), non raro verba velut haec: *posse dici videri,* sine infinitivo leguntur. Exempla proferam haec:

1., *posse:* V 38 *Propter horum similitudinem in urbe loca pura Areae, a quo potest etiam Ara Deum, quod pura;* VI 58 *quod a verbo graeco potest declinatum:* VI 68 *Id a θριάμβῳ, a graeco Liberi cognomento potest dictum.* Contra VI 73 *Etiam Spes a Sponte potest esse declinata.* Alia collegit O. Müller ad V 38. In Mergueti de Ciceronis orationibus lexico hanc ellipsin commemoratam non inveni.

2., *dici:* V 158 *dicuntur aedificati;* V 159 *dicuntur custoditi;* I 2, 20 *arbor olea quae primum dicitur ibi nata;* III 5 extr. *P. surgit quod eius candidati custos dicebatur deprensus* (cfr. III 5,8 *ornithonis qui animi causa constitutus a te . . . fertur*)

3., *videri:* VI 18 *Dies Poplifugia videtur nominatus:* VI 83 *Ab auribus verba videntur dicta Audio et Ausculto.*

Haec duo verba, *dici* et *videri,* etiam apud Ciceronem eadem brevitate ponuntur.

Caput II.

De subiecti et praedicati congruentia[1]).

§ 5.

Subiectum si constat duobus e substantivis in numero singulari positis, praedicatum item fere constanter eundem numerum exhibet. Pluralis enim paucissimis tantum locis exstat (eos locos quibus de hominum nominibus, non de rerum vocabulis agitur, nunc omitto); scil. II praef. 3 *relictis falce*

[1]) Ciceronis usum tractavit Anz in progr. Quedlinb. a. 1884.

et aratro[1]); I 7, 4 *sol ac luna coquunt* (secundum morem antiquorum sol et luna pro deis accipi possunt). Mire autem coniuncta est singularis pluralisque structura hoc loco VIII 76 (*. . . ut alias desint secundum et tertium, . . . alias ut duo prima absint . . . alias ut primum et tertium desit.*) Nam apud quemvis alium auctorem si haec legeremus, nostro iure offenderemus in eiusmodi varietate, quae Varronis quidem ingenio optime convenit[2]).

Eos autem locos, quibus praedicatum in singulari numero ponitur, non omnes enumero; paullo autem saepius, nisi quem locum praetermisi, antecedit verbum commune quam sequitur duo subiecta (5 : 3), ita quidem ut, si praedicatum constat aut ex verbo substantivo et adiectivo aut solo ex adiectivo (nam de omissa copula supra diximus), adiectivum cum eo nomine congruat quod propius positum est (I 5,1 *quod esset initum et finis*).

Item eis locis quibus amplectitur subiectum duo vel plus duo substantiva non omnia eodem in numero aut genere posita, praedicati numerus (et ubi generis discrimen intercedit, etiam genus) cum ea subiecti parte congruit quae minore intervallo ab ipso praedicato distat, sive antecedit verbum sive post subiecta positum est, velut I 13,4 *latera et summum vindicatum;* V 104 *Hinc declinatae fruges et frumentum*[3]).

Contra praedicati genus definiri duorum subiectorum,

---

[1]) Praecedente praedicato Cicero hac forma non usus est, cfr. Anz. p. 4 c 1) ∼ p. 11 c 1). Varroniano loco propterea, quod *falce et aratro* quasi pro *instrumentis rusticis* dictum est, pluralis numerus singulari videtur a scriptore praepositus esse.

[2]) Tantum non plane eadem ratione duae structurae inter se commixtae sunt IX 92 *ab aliqua coniuncta vi et potestate quae et oculis et auribus latere soleant* [*soleat* Aldus].

[3]) Conferri possunt ei loci quibus adiectivum attributum ad duo substantiva pertinet velut III 1, 9 *pro nostra vicinitate et amore,* II 5, 1 *meum corium et flagra* [cfr. tamen Keilium qui, ut *mecum* scribatur, in commentario proponit], sat. fr. 417 *nulla ambrosia ac nectar,* de vita P. R. ap. Non 156,15 et 494,12, inverso ordine ibid. p. 532,10 *viri mulieresque Romanae* [*Romae* Luc. Müller, cuius mutationis causam non video]. De hac brevitate ab elegantioribus scriptoribus plerumque evitata cfr. Wölfflinum ad Bell. Afr. 5.

quorum diversa sunt genera, eo quod longius abest a praedicato[1]), apud Varronem his locis animadverti (de quibus cfr. Heidrich 'Varroniana' p. 9 sq.):

I 57,1 *parietes et solum . . . loricandi* [*-dum* Keil. in ed. min.]

et II 1,17 *quod hordeum et faba interdum sit quibusdam obiciendum* [*fabam* Ursinus].

Nullum vero locum me legisse memini quo praedicatum ad duo nomina diversi inter se generis aeque referendum in plurali numero generis neutrius positum sit[2]).

Ubi subiectum duobus nominibus propriis efficitur, semper cum praedicatum antecedit legitur singularis:

VIII 10 *consul fuit Tullius et Antonius*

III 2,2 *sedebat ad sinistram ei C. et F.*

II 1,3 *ut putavit Thales M. et Zeno Cit.*

ibid. *ut credidit Pythag. S. et Aristot. Stag.*, qua cum formula cfr. IX 107, ubi sequitur praedicatum item in sing. positum (*ut Cato et Ennius scribit*), cum V 113 (*ut Polybius et Callimachus scribunt*) et V 150 (*Cornelius at Lutatius scribunt*) in enuntiatis simillimis praedicatum numerum pluralem exhibeat. Ceterum VI 33 legitur: *ut Fulvius scribit et Iunius.*

Huc adde locos quibus praed. sing. sequitur subiecta duo particulis correlativis coniuncta[3]):

a) Subiectum efficiunt nomina propria: V 30 *et suum*

---

[1]) Ante Ciceronis aetatem hunc usum non inveniri monet Schmalz § 14. Locos Ciceronianos vide apud Anz. p. 12 c 2 extr. — Similiter I 18, 6 (*de familiae magnitudine et reliquo instrumento . . . scies quantam pares*) Varro etiam attributum duobus nominibus commune contra usum, nihilo tamen secius cum causa ad prius substantivum rettulit, siquidem „familiam" prae „reliquo instrumento" magis premi voluit.

[2]) Attributum in neutro genere positum uno loco legi quem eo magis proferam quod adhuc fugisse videtur grammaticos. Qui cum dubitaverint atque etiam nunc dubitent, vox pollinis masculini generis sit an feminini (cfr. Neue I² 494), in congerendis eis locis, unde genus cognosci posset, nondum rationem habuerunt verborum quae leguntur III 10, 7 *ibique polentam et pollinem aqua madefacta dant cibum*, ubi genus neutrum vix scriptum esset, nisi pollinis vocabulum pro masculino scriptor accepisset. — An scribendum, quod editio princeps habet, *madefactam*?

[3]) Cicero multo saepius plurali utitur quam singulari; cfr. Anz. p. 14—17.

Etruria et Latium suum esse credit; V 62 *et Victoria et Venus dicitur Caeligena;* VII 36 *ita ut et Faunus et Fauna sit.*

b) Subiectum constat ex nominibus appellativis: V 100 *Ibi et sagitta et quod vehementissimum flumen dicitur Tigris;* II 6,3 *Quod similes parentum genuntur, eligendi et mas et femina cum dignitate ut sit.* Quo loco cum interpungendum sit post *eligendi* — scil. asini s. onagri —, non recte Schneider Jucundum secutus pro *sit* scripsit *sint.* Contra legitur pluralis II 10,4 (*neque Bastulus neque Turdulus idonei, Galli appositissimi*), fortasse quod sequitur plur. *Galli app.*[1]).

Denique propter v. *uterque* cfr. V 180 *qui petebat et qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingenos aeris ad pontem deponebant.* ∼ sat. fr. 377 *si et accusator et reus erunt tenebrio uterque,* de quo loco tamen non consentiunt viri docti[2]).

§ 6.

Loci quibus verbum non cum subiecto, sed cum praedicati nomine congruat, complures inveniuntur apud Varronem neque solum quibus assimiletur genus, sed etiam nonnulli quibus numerus[3]); cfr. V 143 *Post ea qui fiebat orbis, Urbis*

[1]) Quod Schmalz Sy. § 11a ait praedicatum quod ad duo subiecta pariter ita referendum sit, ut utrumque subiectum alterum sine altero actionem illam perficere eo exprimatur, a probatis scriptoribus in singulari numero poni, pluralem non inveniri nisi inde a Livii temporibus; haud dubie iam Varronem eadem ratione usum esse ostendet locus III 5, 17 in. (*Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus ita circumeunt — ac moventur ut indicent quot sint horae*), similiter sat fr. 34 (*me Iupiter Olympiae, Minerva Athenis . . vindicassent*). Ceterum nisi fallor, etiam duo loci Ciceroniani huc pertinent, ad Att. 15, 9, 1 (*ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum . . . curarent*) et Tusc. I 89; cfr. Anz. p. 17 C extr.

[2]) Nonii (p. 19) codd. praebent .... *tenebriones uterque utrumque vituperato.* Luc. Müller variam lectionem non adscripsit; secundum Büchelerum quem erravisse crediderim optimi libri scriptura est *tenebrio.* Hi vocem *uterque* referunt ad enuntiatum condicionale; alii ut Ribbeckius (Rh. M. 14, 125) coniungunt *uterque utrumque vituperato;* qua de structura cfr. Dräger I p. 89 et Menge J. Jahrb. 1889 p. 266.

[3]) Ubique structuram explicari apparet collocatione verborum. Ubi enim subiectum maiore intervallo a praedicato distat, verbum finitum cum praedicati nomine propius posito congruit. Necessaria est haec structura, ubi verbum finitum primam sedem tenet, subiectum ultimam (VII 8).

principium; qui, quod erat post murum, Postmoerium dictum; V 181 *ea* (sc. pecunia) *quae assignata erat, Attributum dictum;* VII 8 *in terris dictum templum locus . . . finitus;* VII 44 *id Tutulus appellatus,* etc. (Contra V 155 extr. *is* — scil. locus — *Graecostasis appellatus*). De numero et genere cfr. VI 28 *ut novus annus Kalendae Ianuariae ab novo sole appellatae, novus mensis a nova luna Nonae;* V 90 *praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset.*

Permultis autem locis ex more Varroniano verbum substantivum plane omittitur, velut VI 22 *quod is dies feriae eius,* similiter § 19 *quod ei deae feriae publicae dies is*; § 23 in. *cuius feriae publicae is dies* al.

§ 7.

Structurae κατὰ σύνεσιν pauca exempla habeo quae proferam: I 13, 1 (*familia ubi versetur providendum, si fessi opere aut frigore aut calore, ubi commodissime possint se quiete reciperare*) et VI 23 (*Larentinae quem diem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nominatus*) ubi enuntiati relativi obiecto praedicati genus eadem ratione mutatum est atque subiecto apud Caes. B. C. II 19 extr. (*Carmonenses, quae est longe firmissima . . . civitas, ... cohortes eiecit*), de quo loco non recte, ut iam apparet, Dräger I 168 adnotavit: „ist ἅπαξ εἰρ. im Latein."

Unus locus laudandus est propterea quod verbum non in subiecti numero positum est sed eius nominis quod cum ipso subiecto comparatur (Schmalz § 11b): V 123 *sinum maiorem cavationem quam pocula habebant* [*habebat* L. Spengel, sine causa]. Similiter Sall. Cat. 25,3 (*ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit*), Iug. 50 etc.

Denique exscribo locum IX 34 (*quod ea* — scil. verba — *homines ad suam quisque voluntatem fingat*) ubi perperam pluralem ab Aldo et Laeto insertum esse docent e. g. Sallustii verba Catil. 37, 6 (*multi . . . sibi quisque . . . talia sperabat*) et alii loci quos vide apud Madv. ad Cic. Fin. V 15, 42. Tamen in orationibus Ciceronis exemplum non inveni quo verbi finiti singularis legatur, quem omnino multo rariorem esse plurali numero docet Kühner p. 187 sq.

§ 8.

Pronomine relativo si subiectum ita exprimitur ut praedicatum constet ex copula et nomine, quod docet Schmalz (Sy. § 20) apud priscos scriptores non observatam esse eam formam in qua pronomen relativum cum nomine praedicati congruat, commemorandi sunt qui huc pertineant loci Varroniani I 41, 4 *(fici semen .... quae sunt minuta* grana); I 7, 6 *(Subari qui nunc Thurii dicuntur).*

Ab hoc genere seiungi vix potest ea forma enuntiatorum relativorum in quibus accusativus pronominis relativi ex appellandi verbo cum altero accusativo coniuncto pendet. Eiusmodi in propositionibus utraque structura aeque fere multis locis apud Varronem invenitur; discrimen autem si statuere opus est, multo magis Schmalzii sententia probanda erit (§ 20) quam Kühneri (p. 25 n. 4), quoniam re vera his locis, quibus pron. relat. idem genus ostendit atque substantivum ad quod respicit, enuntiatum relat. minime sententiam aliquam minoris momenti exprimit, sed ab enuntiato primario omnino segregari non potest. Nam his locis I 2,9 *quod effodiebat circum arbores e radicibus quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant,* II 4, 13 *in nutricatu quam porculationem appellant,* III 13, 2 *silva erat . . . quod non leporarium, sed therotrophium appellabat* [sic Jucundus pro *-abant*] etc. enuntiatum relativum nil continet nisi additamentum quod salva sententia etiam omitti poterat; contra I 46 *admirandum quod fit in floribus quos vocant heliotropia,* II 5, 12 extr. *secundum astri exortum ... quod Graeci vocant lyran, fidem nostri* etc. enuntiatum relativum cum enuntiato primario tam arcte cohaeret ut necesse fuerit pronomen rel. ad nomen regens referri.

Sed — „plerumque“ enim, non „semper“ hoc discrimen observari Schmalzius dicit — III 16, 12 (*Melittonas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant, eandem rem quidam mellaria*), quod legitur enuntiatum relativum, id eis potius adnumerem, quibus sententia ad intelligendam propositionem primariam necessaria non exprimatur. Idem dicendum de loco I 57, 2 (*quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant sirus ut in Cappadocia ac Thracia, alii puteos etc.*)

Nec vero hanc structuram missam facere possum quin afferam locum III 7, 2 ... *incedunt in locum unum quod alii vocant peristerona, alii peristerotrophion*, ubi pron. rel. non priori sed alteri nomini praedicati in enunt. relat. accommodatum est. Nam cum scriberet pronomen relativum, Varro solum vocabuli q. e. *peristerotrophion* videtur rationem habuisse; in ipso autem scribendo etiam alterius nominis in mentem ei venit, quod cum non commemorare nollet, singularis structura orta est.[1])

Caput III.

De attributo.

§ 9.

Ut apud priscos scriptores substantivo non raro additur alterum substantivum quod attributi locum teneat (cfr. Holtze I 7; Dräger I 624), ita apud Varronem huius formae, quae apud Ciceronem minus sane frequens est, sat multa exempla inveniri non mirabimur, tamen — ut omittam usitatissima velut *femina bos* II 1, 17, *arbor alnus* I 7, 7 extr., *arbor olea* I 2, 20 et, inverso ordine, *ex olea arbore* III 16, 25; contra *olea* sine subst. *arbor* I 2, 19 — perpauca singularia quae commemorentur digna sunt: I 29, 3 *qua aratrum vomere lacunam striam fecit, sulcus vocatur*, nisi forte v. *lacunam* quod potest additum esse ut *striae* vocabulum rarissimum explicaretur, plane deleri oportet (ut voluerat Ursinus; sed vide Keil. ad l.)

VII 76 *Iubar dicitur stella lucifer* [*quae*] *in summo quod habet lumen diffusum, ut leo in capite iubar* — etsi hoc loco *Lucifer* nominis proprii instar dictum esse potest, cfr. III 5, 17 (vide supra pag. 13 not. 1). I 1, 4 *liber index.*

Vox q. e. *torrens*, qua plerique ut substantivo utuntur, propriam participii vim servavit I 12, 14 *torrentes fluvii.*

[1]) Constantiam Varronis in formulis quibusdam adhibendis inde cognosce quod his omnibus locis „appellandi" verbum ultimam in enuntiato, „vocandi" paenultimam sedem tenet.

§ 10.

Quo attributi locus teneatur adverbio[1]), Varronianum non possum afferre exemplum; ubi autem cum substantivo Varro coniungit praepositionem et substantivum ex ea praepositione pendens, praesertim in l. l. V—VII (scil. cum explicantur nomina rerum ex aliqua materia factarum etc.) velut V 116 *Lorica quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant,* non fere discedit a ceterorum scriptorum consuetudine de qua cfr. Kühner p. 163. Unius loci mentio fiat quo uni substantivo (*cingulum*) tria eiusmodi attributa addita sunt: II 9, 15 *cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis.*

Caput IV.

De adiectivis.

§ 11.

Ad augendam vim superlativi ut a priscis auctoribus sic a Varrone adv. *longe* non usurpari monet Thielm. p. 414.

Item ne *bene* quidem adverbium memini me in libris superstitibus cum adiectivo coniunctum legisse. (In sat. fr. 253 legitur *bene mollis,* cfr. Cato 3, 5).

In duabus rebus distinguendis pro comparativo, quo probati scriptores utuntur, superlativus usurpatus est III 12, 5 *pedibus primis humilibus, posterioribus altis* (*priores pedes* Plin. 11, 45, 101).

[1]) Ut nonnulli scriptores — cfr. Dräger I p. 111 — notionem substantivi alicuius insolentius usurpati (in comparationibus) mitigare et restringere solent praeposito adverbio *quasi* (V 135 *qui quasi temo est inter boves*, *Bura a bubus* etc.), sic Varro nonnunquam eadem ratione adhibet particulam *ut* quae his locis legitur I 18, 1 (*scribens de olivetis et vineis ut duas formulas*); II 3, 2 (*sub rostra duas ut mammulas pensiles habeant*); III 16, 9 (*ut colonias mittunt*); VII 44 (*in capitibus habere solent ut metam*); IX 6 (*populi consuetudinis non sum ut dominus*) etc.; cfr. Keil ad I 2, 15 (quamquam quos locos affert, non omnes eiusdem generis sunt). Apud alios scriptores similia exempla frustra quaesivi; nam Cic. Sest. 91 *ut moenibus* coniectura incerta est (Madv. Opusc. Acad. p. 481).

Quod exemplum cum eo conferas quod affert Thielm. p. 416 (*uter potissimum = uter potius*) aut cum eis verbis quae leguntur apud Varr. VI 22 (*sed quod de his prius, id —*), ubi pro *quod* exspectari poterat *utrum;* qua de re cfr. Kühnast p. 200. Caesar in eadem sententia bis exprimenda varians diversis structuris usus est; cum enim B. G. V 44 in. dixerit: *Hi .. inter se controversias habebant, quinam anteferretur,* exeunte capite legitur: .. *uter utri .. anteferendus videretur.*

§ 12.

Iam pauca addenda de adiectivis sine substantivo positis. Quorum in conspectu Dräger p. 47 sqq. haec quae ad Varronem pertinent omisit.

Hora omittitur non apud Iuvenalem primum, sed praeter Hor. Ep. I 7, 71 al. iam apud Varronem II 11, 9 (*dies ad eam rem sumuntur sereni, et iis id faciunt fere a quarta ad decimam*) cfr. Kettner 'Krit. Bem.' p. 13; Thielm. p. 427 extr. Formula aperte ex sermone cotidiano translata est; eadem brevitas etiam nostratibus usitatissima.

Lingua VII 55 *in latina,* siquidem salva scriptura est.

Purpura III 17, 10 *cum lata.* Pro *purpura* multo usitatior est vox *clavi,* sed etiam apud Quintil. XI § 139 *purpura* significat *clavum,* cfr. Marquardt, 'Priv.-Alt.' p. 530 not. 4.

Granum I 44, 1 extr. *tantum valet regio ac genus terrae ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quinto decimo.* Formulam brevem, in qua etiam subiectum omitti poterat, inter terminos technicos qui vulgo nominantur numerandam esse apparet. Similiter Cicero Verr. III 112 sq. *ager efficit cum octavo.* — De numero ordinali pro cardinali cfr. e. g. Iuv. I 64.

Addo (cfr. Kühnast p. 45 adn; Kühner p. 170; Schmalz p. [2]537) participia sine nomine posita: VIII 55 extr. *quae quoniam admonitus perspicere potest, omitto:* IX 98 *sic .. reprehendenti responderi potest:* I 14, 1 extr. addito adiectivo *saepimentum .... praetereuntis lascivi non metuet facem ardentem.*

Caput V.

De numeralibus.

§ 13.

Mille (cfr. Kühner p. 484) in numero singulari cum genetivo coniunctum apud Varronem non raro invenitur, namque praeter locum a Gellio laudatum (I 16 cfr. Dräger I p. 89) etiam legitur I 57, 2; II 3, 10 bis; III 1, 4; VIII 71 (*quaerunt . . . quor dicatur Mille Denarium, non Mille Denariorum*).

Contra ex plurali *milia* non pendet genetivus, sed nomen instar appositionis in eodem casu additur III 2, 17; III 17, 3; VI 38 extr.

§ 14.

Numerus cardinalis a Varrone praeter locum quem Dräger (I p. 91) laudavit (II 4, 22), etiam III 9, 10 (cfr. Colum. VIII 5, 10) bis ita circumscribitur, ut adverbium numerale et distributivus numerus inter se coniungantur: *gallinaceis . . pullis bis deni dies opus sunt, pavoninis ter noveni,* contra § 16 de eadem re *diebus fere viginti excudunt.*[1]) Videtur hic usus ex sermone cotidiano in litteras, praesertim in poetarum elocutionem transiisse (cfr. nostratium „dreimal 24 Stunden"); atque satis frequentem eam dicendi rationem fuisse in sermone vulgari, inde licebit concludere quod nunc ea usurpatur in lingua francog. ad exprimendum numerum octogenarium.

§ 15.

Minus accurate nonnunquam Varro utitur numero cardinali, ubi distributivum expectaveris, velut I 10, 2, III 9, 6 *(caveae . . . utraeque in longitudinem circiter decem pedum)* etc. Quibusdam locis vel variavit, ut solet; velut II 3, 10 *(ut alii ad denas capras singulos parent hircos, ut ego, alii etiam ad quindecim, ut Menas)* et inverso ordine III 2, 17 *(minus decem milia — plus vicena).*

---

[1]) Cfr. sat. fr. 92 *bis sex.* Apud Kühnerum p. 487 A 4 a) duo alii loci Varroniani laudantur, quos non recte afferri sententia ipsorum locorum demmonstrat.

§ 16.

Prorsus eiusdem usus cuius Dräger I p. 92 ex Gellio duo exempla protulit, ut pro singulari numero substantivi cum numero ordinali et pronomine q. e. *quisque* coniuncti legatur pluralis omisso *quisque* pronomine, iam apud Varronem[1]) exemplum inveni II praef. 1 (*annum ita diviserunt ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent*); *nonis diebus* = *nono quoque die*. Ceterum ne sollemnis quidem formula deest apud Varronem; VI 11 legitur *quinto quoque anno*.

Caput VI.

De praepositionibus.

§ 17.

De collocatione praepositionum.

Cum Cicero praesertim in prioribus libris (cfr. Act. Sem. Erl. I 147; Thielm. p. 425; de Cic. epistulis Hofmann in edit. I p. 215 extr.) non raro praepositionem nomini postposuerit, apud Varronem his tantum locis post pronomen relativum posita legitur:

VII 31 extr. *quam circum*; § 50 *quas infra*; VII 37 *quae propter* (secundum Spengeli interpretationem quam probandam esse censeo)[2]); I 48, 3 *qua sub latent herba*.

Atque *circum* et *propter* praepositiones postpositae nihil singulare habent, cfr. Kühner p. 426; et ut praepositionem *infra* etiam aliis locis secundam sedem tenere demonstrare non possimus, haud dubie casu mero fit, quod omnino haec praep. multo minus frequens est quam illae (e. g. ter tantum legitur in Ciceronis oratt.) Eius autem praepositionis, quae in extremo exemplo pronomen relativum sequitur, nomini postpositae cum alterum exemplum non videatur exstare,

[1]) Usurpato numero distributivo additoque adi. *omnibus* scripsit Plinius: *omnibus tricenis diebus*, cfr. Krebs Antib. [5]801.

[2]) In sat. fr. 436 = Non. p. 492,16 ubi codd. exhibent *quaepropter*, Bücheler scripsit *quapropter*, Luc. Müller ex Haveti coniectura *quem propter*.

Keil in ed. min. scripsit ordinem verborum mutandum esse censens *quae .... apparent, sub qua latent herba, ea vocatur vagina.* Sed haud scio an rectius ordo qui traditus est retineatur; nam eiusmodi collocatio in pronomine relativo multo minus offensionis praebet quam si alii vocabulo postposita esset. Praeterea vero hoc loco eo facilius ferri potest *qua sub,* quod ipsum nomen *herba* ita sequitur ut unum verbum finitum intercedat.

Similiter verba collocata sunt V 151 *Circus Flaminius dicitur qui circum aedificatus est Flaminium campum;* sufficiet uno verbo praepositionum originem adverbialem significasse.

De praepositione postposita vel potius interposita *loca propter et pabulum* (II 11, 4) cfr. Keilii comm. ad h. l. Minime vero probandum quod O. Müller VI 78 scripsit *alios apud* pro *alios alia,* cfr. Reiter p. 23 n. 1.

Obiter commemoro frequentiorem apud Varronem esse hanc praepositionis collocationem *alia de causa* quam hanc *de alia causa* etc. ut demonstravit Rössner 'de praep. ab de ex usu Varr.' p. 34.

Restat ut praepositionis *cum* cum pronomine relativo coniunctae exempla proferantur

X 21 *cum quo conferas*
29 *cum quibus conferuntur*
77 *cum quo confertur.*

Apud priscos Latinos sollemnem collocationem fuisse *quibuscum,* Ciceronis aetate alteram magis magisque in usum venisse adeo ut posteriores ea fere sola usi sint, demonstrat Greef in commentationibus notis (Phil. 32 et 35).

§ 18.

Praepositio ad duo plurave substantiva pariter referenda cum a probatis scriptoribus unicuique eorum praeponi soleat, nisi arcte inter se coniuncta sunt, Varro etiam tunc eam omittit nonnunquam, cum aegre desideratur, siquidem dura est brevitas et minus perpolito scribendi generi conveniens locis velut his III 9, 9 *quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando* — tamen hoc loco omissa praepositione simul cacophonia evitata est —; I 7, 7 *sunt quae non possunt vivere nisi in loco aquoso aut etiam aqua;* VI 90

non solum ad consules et censores sed etiam quaestores; VI 97 *de oratione soluta duo* — scil. libros —, *poetica unum* etc.; cfr. Keil. ad II 1, 22.

Praesertim post adv. *item*, quo plerumque certe paullo laxius antecedentibus aliud membrum adiungitur, non poni solet praepositio, cfr.

III 9, 17 *cum psittacis ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis;*

III 10, 4 *producunt in prata, item piscinas aut paludes;*

IX 47 *cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio;*

VI 78 ... *quae fiunt apud fabros pictores item alios alia,* cfr. Reiter p. 23 n 1.

Tamen ne elegantiores quidem scriptores plane abstinuisse a tali brevitate cognoscitur ex locis a Kühnero p. 422 b congestis; inter quos haud scio an sint nonnulli quos editores sine causa iusta mutaverint, quoniam loci prolati haud dubie se tuentur alter alterum.

Praeterea vero nonnunquam ubi plus duo membra coniunguntur, Varro in repetenda praepositione minime sibi constans est. Non profecto dico Varronem variare non potuisse e. g. II 1, 16 *alterae partes quattuor sunt, cum iam emeris, observandae, de pastione, de fetura, de nutricatu, de sanitate* et II 2, 7 *de alteris quattuor rebus deinceps dicam, de pastione, fetura, nutricatu, sanitate*[1]); sed e. g. III 12, 5 *in Gallia transalpina et Macedonia fiunt permagni, in Hispania et in Italia mediocres* vix intelligitur, cur in bis binorum membrorum priore pari praepositionem non repetiverit, repetiverit in altero; contra atque II 1, 22, ubi legitur: *laborant propter aestus aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem aut contra nullam exercitationem,* nisi forte hoc loco adverbium *contra* interpositum causa inconstantiae fuit. —

---

[1]) Priore enim loco cum totam materiam disponat, id agit, ut quam apertissime singulae partes discernantur; in altero enuntiato quattuor illas res breviter (iam enim innotuerunt) in mentem revocat et quasi uno termino complectitur.

Similiter in appositione[1]) variatum est I 17, 1 . . . *in duas partes, in homines et adminicula hominum, . . . alii in tres partes, instrumenti genus vocale et semivocale et neutrum;* quamquam etiam hoc loco omissa praep. ante v. *instrumenti* scriptor evitare voluisse potest, ne bis eadem syllaba *in* pronuntiari deberet. Videtur enim in his potissimum rebus verborum soni numerorumque quam maxime ratio habita esse.

Contra I 17,2 *etiam nunc sunt in Asia atque Aegypto et in Illyrico complures* quod in secundo membro omisit praepositionem, addidit in tertio, primum membrum Varro arcte coniunxit cum secundo, tertium minus arcte adiunxit (propterea etiam videtur diversis coniunctionibus usus esse); nam terris exteris opponitur provincia Romana, ad quam solam vox q. e. *complures* referenda est[2]). Item II 11,11 *Fructum . . . capra e pilis* [sic Keil ed. min. pro *caprae pilus*] *ministrat ad usum nauticum et ad bellica tormenta et fabrilia vasa* omnino non tria membra distinguuntur, sed duo, quorum alterum bifariam dividitur: nam concreta substantiva duo quodammodo opponuntur nomini abstracto.

§ 19.

Unum nomen duabus simul e praepositionibus pendet I 35 *ante et post brumam;* sic etiam V 83 *uls et cis Tiberim* in prisca formula e coniectura restituta (vide app. crit.) cfr. Neue II ²727 extr.

§ 20.

De singulis praepositionibus quoniam non solum O. Rössner ('De praep. ab de ex usu Varr.') locos propter singularem

[1]) In qua plerumque omittitur praeverbium, cfr. Kühner p. 423 m. Apud Varronem quod legitur VI 68 *milites . . . clamitant . . . Io triumphe! id a θριάμβῳ ac* (sic cod. Flor.) *graeco Liberi cognomento potest dictum* quaeritur utrum rectius O. Müller vocem *ac* plane deleverit an Spengel mutaverit in *a*. Falsam autem esse eorum opinionem qui in appositione omnino non poni praepositionem censeant, demonstratur a Seyffert-Müll. ad Cic. Lael. p. 58. Is locus de quo ibi agitur (Lael. 3, 11) plane similis est Varroniano II 2, 7 aliis.

[2]) Similiter I 57, 3 (*Supra terram granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore et in Apulia quidam*) posteriore loco vocem *quidam* ad v. *in Apulia* tantum referendam esse et ex sententia apparet et ex praepositione bis posita.

praepositionis usum memorabiles diligenter collegit, sed etiam Sitzler in commentatione de casuum usu Varr. obiter quaedam tetigit, pauca tantum nunc addam.

In conspectu praepositionum compositarum Schmalz (Sy. § 152,2) omisit eam q. e. *incircum* (V 25 *A puteis oppidum ut Puteoli quod incircum eum locum aquae frigidae et caldae multae*), quae praeterea non inveniri videtur praeter unum digestorum locum ac ne eum quidem integrum; cfr. Hand Turs. s. v.

De praepositione *ad — versus*, quae deest apud Ciceronem, Varroni communis est cum Sallustio et Belli Africi auctore (cfr. Wölfflin. Arch. VI 99), vide Keil ad I 12,1 (et I 26). Ut III 5,9 legitur *in agrum versus*, sic *in cacumen versus* V 115; similiter VI 8 *ad nos versum;* contra VII 41 *adversus eum.*

B. De enuntiatis compositis.

Enuntiata composita cum aut constent ex partibus aequi ordinis, aut ita sint comparata, ut altera pars alteri subiecta sit, iam ad enuntiata iuxta posita accedam.

Caput I.
De enuntiatis coordinatis.

Potero autem satis habere de ea coordinationis forma verba fecisse, in qua ad verba iungenda scriptor particulis non usus est, quoniam in particularum usu diligentissime versatus est H. Reiter ('Quaestt. Varr. gramm.'). Dicam igitur in

§ 21.
de asyndeti usu Varroniano.

Quamquam hoc loco de enuntiatis tantum agere nobis proposuimus, tamen, ne similia a similibus nimis divellantur, etiam de verbis singulis sine coniunctione copulativa iuxta positis breviter quae dicenda sunt proferemus.

Duo igitur substantiva in libris de l. l. nunquam sine coniunctione ponuntur (nam omittendi sunt omnes ei loci quibus duo nomina exempli causa adscripta sunt, ea quidem copulativa particula non coniuncta velut VIII 66 *hos Montes Fontes* etc.), in r. r. libris rarissime:

I 58 *faba legumina . . . perdiu incolumia servantur:* II 4,3 *praterquam pedibus capite:* III 9,14 *qua coeperint habere pinnas, e capite, e collo eorum crebro eligendi pedes* — pauca sane prisci sermonis vestigia, nec tamen ea coniecturis removenda (cfr. Keil. ad II 4,3), quamquam quin revera nonnullis locis exciderit coniunctio, dubium esse nequit.

Plus duo membra — cfr. Kühner p. 654 — cum a ceteris scriptoribus plerumque sic coniungantur ut aut nusquam aut ubique ponatur *et* aut membrum extremum adnectatur particula *que*, Varro, qui plurimis sane locis asyndeto usus est, tamen nonnunquam etiam eam formam admisit, quam Cicero uno tantum loco epistularum usurpavit, scil. ut inter extremum membrum et id quod praecedit inseratur *et*[1]). Nam quibus locis Ciceronianis praeterea de tribus membris id quod extremum est particula *et* adnecti videtur, eis primum cum secundo ita cohaeret ut rectius duo membra distinguantur quam tria; cfr. Köhler Act. Sem. Erl. I 148. Locus de quo dico est ad Att. I 20,1 (*qua de re cum ad me ita suaviter diligenter officiose et humaniter scripseris* —), ubi vide Boot., qui recte monet discernendum esse inter eos locos quibus *que* et eos quibus *et* positum sit. Ceterum non credo cum Baitero et Bootio apud Ciceronem l. l. *et* esse delendum; nam potuit haud dubie Cicero in epistula hanc structuram minus elegantem[2]) sibi concedere cuius exempla apud Varronem[3]) compluria inveniuntur:

[1]) Particula *ac* cum non raro inter secundum membrum et tertium interponatur, ab eis locis quibus id fit abstinendum est. Quamquam ne Keil. quidem utriusque generis locos discrevit in comm. ad I 4, 1. Minus accurate etiam Hofmann Cic. Ep. I p. 148.

[2]) Fortasse ne hoc quidem loco opus est Ciceroni eiusmodi neglegentiam vindicare, si statues bis bina adverbia ita coniungi, ut tertium quodammodo ad secundum spectet, quartum ad primum.

[3]) Verba quae leguntur I 4, 1 *aqua terra anima et sol* consulto omisi, quod Ennii sunt, non Varronis; fortasse versus heroi extremam partem efficiunt. Similiter legitur apud Catullum 63, 60 *Abero foro palaestra*

I 41,4 *ficus, malus punica et vitis* (contra eodem versu sequuntur verba *palma et cupressus et olea*); I 68 *pensilia ut uvae, mala et sorba:* III 12,2 *custodia, incrementum et pastio:* V 94 *Vindemiator. Vestigator et Venator:* IX 33 *in* [*cornibus*] *bovum, hominum et equorum natura:* similiter fortasse etiam in fragm. de vita P. R. III = Non. p. 529,25, quamquam verba non integra esse elucet: . . *factialesque viginti qui de his rebus cognoscerent, indicarent et statuerent,* [*et*] *constituerunt.*

Sed iam huius excursus finem faciamus, ut revertamur ad asyndeta.

Verba finita duo particula non coniuncta dura ratione scripta videntur II 2,14 *cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi, ita factis praegnatibus quod sunt molesti, obsunt.* Sed iam Scaliger v. *obsunt* deleri voluerat; contra Keil in vocula *ita* (cum *factis*, ut videbatur, iungenda) suo iure offendens substituit *iam* (cfr. II 7,12 *anniculis iam factis*). Ego ut simul asyndeton tolleretur, pro *ita* exspectabam vocem qua tali ratione enuntiata iungerentur, ut causa secernendi arietes indicaretur, velut *qui* s. *nam.* Sed Ribbeckius praeceptor doctissimus certiorem me fecit de vocis *ita* usu potissimum Plautino, a Petro Langen (‘Beiträge zur Kritik und Erklärung des Plautus’ p. 231 sqq.) uberius illustrato, quo vis eius ab ipsius particulae *nam* fere non diversa est. Qua notione accepta expedita est loci offensio.

Ceteri loci eo differunt, quod de enuntiatis duobus, non de verbis agitur, velut II 7,10 *Itaque in stabulis et umore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, et inter singulas a praesepibus intericere longorios.* Quo loco cum tria illa de quibus agitur talia sint, ut primum cum secundo arctius cohaereat quam alterutrum cum tertio, hoc etiam particulis correlativis exprimi videmus.

Similiter posita non est coniunctio II 10,5 *in horum emptione solet accedere peculium aut excipi, et stipulatio inter-*

---

stadio et guminasiis? Frequentissima autem haec coniungendi ratio est apud posterioris aetatis scriptores; nam ut de grammaticis velut Charisio Diomede etc. plane taceam, iam apud Tacitum satis saepe occurrit, cfr. Gerber-Greef lex. p. 390 g.

cedere, sanum esse, furtis noxisque solutum: item III 16,28; I 2,26; II 4,8; aliis locis nonnullis quos collegit Keil ad II 4,3.

Sed restant loci non pauci quibus asyndeti vis maior sit quam eis quos attulimus (illis enim vis erat haec ut duo membra plane aequi ordinis componerentur); velut III 10,3 *Saliunt fere in aqua* — scil. anseres —, *iniguntur in flumen aut piscinam*, ubi, si sententiam spectamus, prior enuntiati pars non multo diversa est ab enuntiato causali; similiter I 14,3 (*Aggeres faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros ut in agro Reatino*) verba *aggeres faciunt sine fossa*, cum antea de aggeribus coniunctis cum fossis expositum sit, idem fere valent atque enuntiatum sive condicionale sive relativum, utique inferioris ordinis. — Multa eiusmodi exempla vide apud Kühn. p. 760.

I 56 extr. *faenisiciae conduntur melius sub tecto quam in acervis, quod ita fit iucundius pabulum. Ex eo intellegitur quod pecus utroque posito libentius est* sententia ea est — id quod ex ipsis verbis non satis aperte elucet —, ut verba *fit iucundius pabulum* simul pro subiecto verbi *intellegitur* accipienda sint: *intellegitur* scil. *pabulum iucundius fieri.*

Ex eiusmodi locis, quorum similes ex unaquaque pagina facile afferri possunt, satis cognoscitur, quanti momenti sit in qualibet dicendi forma pronuntiandi in sermone cotidiano ratio: qua efficitur ut vel paullum mutato vocis accentu plus exprimatur quam magna addita verborum copia.

Breviter commemorato eo asyndeti genere, quod, ut apud rerum potissimum scriptores locus ei est ad depingendam celeritatem qua singula se subsequantur, sic apud Varronem in eis rer. rust. librorum partibus invenitur, in quibus scriptor ipse quoque narrat, non praecepta ad agri culturam spectantia exprimit (velut III 5, 18: *venit ad nos Pantuleius Parra, narrat ad tabulam . . . quendam deprensum . . ., eum ad consulem tractum . . . Pavo surgit, quod* etc.): exscribo locum, quo vis asyndeto inest explicativa, I 20, 3 *Instituendum ut inania primum ducant plaustra et, si possis, per vicum aut oppidum: creber crepitus ac varietas rerum consuetudine celeberrima ad utilitatem adducit.* Quod genus ut non raro apud Varronem sic apud alios scriptores saepe inveniri docet Kühner

p. 755 h qui tamen minus recte dicit „iam“ apud Catonem deesse particulam *enim* s. *nam:* immo haec est pristina forma loquendi, ut res ipsae solum verbis exprimantur; qui vero conexus inter singulas res intercedat. id audientibus intelligendum relinquatur: audientibus dico, nam in audiendo talia multo facilius percipimus quam in legendo (cfr. etiam Segebade. Diss. Hal. IV p. 305 et p. 309).

Denique asyndeton etiam apud Varronem saepissime inveniri cum parallelismi et chiasmi formis coniunctum, infra demonstrandum erit in eo capite quo collocatio verborum illustrabitur.

§ 22.

De eis enuntiatis quae ope coniunctionum inter se nectuntur hoc unum facere non possum quin premam saepissime Varronem enuntiatis aequo ordine positis etiam tum uti, cum secundum ceterorum scriptorum consuetudinem exspectes enuntiatorum formam hypotacticam. Hoc enim vel summum discrimen est quod intersit inter Varronis sermonem et eorum qui artis rhetoricae praecepta secuti elocutionem perpolire studuerunt: hac in re praeter cetera nititur similitudo quae Varronis sermoni est cum dicendi consuetudine cotidiana.

Exemplo sit Cicero qui quod alio sermone utitur in epistulis, alio in orationibus, ea potissimum in re differentia posita est, quod in orationum genere dicendi enuntiata inter se subiunguntur, illic coniunguntur.

Singula autem exempla exscribere vix videtur opus esse, quoniam quicunque vel pauca Varronis legerit hanc sermonis Varroniani proprietatem non animadvertere non poterit. Praeterea infra hoc illud exemplum ipsi obiter tangemus.

Caput II.

De enuntiatis subordinatis.

§ 23.

Transeuntes iam ad eas enuntiationes in quibus altera pars ex altera pendet, item debebimus distinguere, utrum ad

significandam rationem inter utrumque enuntiatum intercedentem omnino nulla vox sit usurpata (§ 24. 25), an pronomen relativum (§ 26—31), an coniunctio. Tertiam partem omisi quoniam Reiteri commentatio suppetit. Contra subiungendam mihi esse censebam brevem enarrationem modorum in enuntiatis secundariis usurpatorum (§ 32—37).

§ 24.

Eorum verborum conspectum quibus apponitur coniunctivus, is quidem ex parataxi duorum enuntiatorum ortus (velut *satius est dicas*), vide apud Reiterum p. 41—45. Quamquam multo rectius quam hic, qui particulam *ut* „omissam“ esse existimat, eiusmodi structuram illustravit Schmalz Sy. § 208.

§ 25.

Iam de infinitivi usu Varroniano pauca dicenda.

Cum autem non adeo magnus sit numerus verborum quorum in structura Varro discrepet a communi scriptorum consuetudine, verba quae memoranda esse mihi videntur breviter enumerabo omissa disputatione illa difficillima de infinitivi origine ac propria notione, cum haec quaestio non tam ad unius Varronis genus dicendi spectet quam ad universam grammaticam latinam.

Coniunxit igitur Varro infinitivum, commodissimam nimirum sermoni cotidiano structuram (cfr. Thielmann p. 428; O. Rebling 'Versuch e. Charakt. d. röm. Umgangsspr.' p. 15)[1]) cum verbis quibusdam ita, ut notio finalis ei insit, ad quam exprimendam probati auctores plerumque aliis structuris usi sunt (sive supino sive particula *ut*); velut e *veniendi* verbo qui pendet infinitivus, eo exprimitur quo quis consilio veniat: II 1,1 *Cum . . . visere venissemus.* Eiusmodi structuram

[1]) VI 89 leguntur quattuor infinitivi deinceps pendentes alter ex altero *Cosconius . . scribit praetorem accensum solitum esse iubere . . . inclamare horam esse tertiam;* et IX 43 animadvertas tres infinitivos proxime inter se positos *dicunt simile sit necne nomen nomini imprudenter Aristarchum praecipere oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu.* Tres infinitivi sunt e. g. etiam apud Cic. Verr. II 1, 123 (*docent non oportere se id iurare adiurare facturos esse*) sed pronomina interposita sunt.

infinitivi — quacum cfr. id quod saepissime dicitur in lingua francogallica „venir voir“ — apud eos aureae aetatis scriptores[1]) qui pedestri sermone usi sint rarissime inveniri[2]) docet Dräger II p. 351b unum tantum locum proferens eumque item in Varronis libris exstantem *in his regionibus, in quibus stabulari solent equas abigere* II 10,11 (non § 1, ut legitur apud Dr. et, qui eum secutus est, Kühnerum p. 501a). Ceterum quod Keil eo loco pro infin. *stabulari* in ed. min. scripsit *in stabula*, mihi persuasum est structuram quamvis rariorem Varroni esse vindicandam. Contra ex verbis quorum similis est notio, etiam apud Varronem multo saepius supinum pendere (quae est optimorum scriptorum consuetudo) demonstratur locis his:

II 2,10 *exeunt pastum;* ib. *potum propellunt:* § 12 *agere potum:* II 4,6 *pastum exigunt:* § 19 *non producunt praeterquam potum:* VI 41 *agitur pecus pastum* etc.

Similiter *adducere* cum infinitivo coniungitur II, 7,9 *equus matrem salire cum adduci non posset*; eadem structura usus est Afranius (frgm. 290 *adducor ferre humana humanibus*); item Hirtius B. G. VIII, 19,8. Sed omnibus his locis adducendi verbum passive positum est.

Addo *concedendi* verbum I 17,5 *neque illis concedendum ita imperare ut . . .* quod rarissime cum infinitivo coniungi apud Ciceronem docet Kühner p. 809,3.

Facere c. inf., cuius structurae originem explicat Schmalz Sy. § 224, legitur apud Varronem III 5,3 *earum aspectus ac desiderium marcescere facit volucres*[3]). Hunc verbi faciendi usum apud optimum quemque auctorem fere plane deesse docet Kühner p. 511e; tamen in cotidiano sermone inferioris potissimum aetatis non ita angustis limitibus eum circumscriptum fuisse haud scio an vel inde appareat, quod in

---

[1]) Locos Plauti et Terentii vide apud Lorenz. ad Plaut. Most. 67.

[2]) Non recte Schmalz § 218: „In Prosa lesen wir ihn — scil. den finalen Infinitiv — nur bei Piso (*venisse visere*), dann erst in den Fabeln Hygins.“

[3]) Similiter verbum causativum circumscribitur II 5, 15 extr. (*algor enim eas et fames marcescere cogit*) et II 2, 7 (*non enim solum uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas, ac scabras fieri cogit*).

lingua francogallica plurima verba causativa eadem ratione exprimi solent.

Ut ex verbis dicendi acc. c. inf. pendet, sic per analogiam etiam his locis legitur:

dare II 1, 26 *sed do . . . posse novenarium retineri numerum;* IX 10 *unum dant non oportere dici . . . . . hos corrigi oportere si concedant:* cfr. Cic. Tusc. I § 25 *Dasne aut manere animos post mortem aut . . . .? Beatos esse concedo,* ubi prorsus ut altero loco Varroniano *dandi* et *concedendi* verba promiscue posita leguntur [1]).

esto IX 77 *esto in casuum serie alia voc. non habere nominandi, alia de obliquis aliquem;* cfr. Reichenhart, Act. Sem. Erl. IV p. 506.

tollere IX 53 *tollunto* [sic Sp.; *tollunt* libri] *esse analogias;* cuius usus haud dubie prorsus singularis mentionem non fieri video in libris de arte grammatica.

Non ita saepe crediderim inveniri accusativum c. inf. cum *describendi* verbo coniunctum; legitur V 22 . . *ab eoque duodecim Tabularum interpretes ambitus parietis circuitum esse describunt;* unum locum Ovidianum, unum Gellii profert Forcellini; praeterea exstat Sen. Controv. I 2, 17.

Quibus verbis addam *non dubito* quod Varro aliique scriptores etiam cum acc. c. inf. coniungunt, tunc scilicet „wenn die phrasis dubitandi erst nach dem Inhaltssatze folgt, also der Schreibende bei der Setzung des Acc. c. Inf. nur im allgemeinen ein Verbum sentiendi, aber nicht das specielle „*non dubito*“ im Sinne hat“ (Schmalz Sy. § 226 not. 3). Hinc Varro VII 107 *Multa apud poetas reliqua esse verba, quorum origines possint dici, non dubito;* sed IX 32 *equidem non dubito quin animadverteris.*

Verbi impersonalis quod est *scilicet* [2]) propriam vim ac notionem oblitteratam nondum fuisse apud Varronem, intellegitur ex loco III 9, 4 *qui spectat ut ornithoboscion perfectum*

[1]) Cfr. Kühner p. 806 h. Sic etiam Lucretius, cfr. Reichenhart, Act. Sem. Erl. IV 503.

[2]) Quo vocabulo Varronem usum esse non videri iniuria contendit Spengel praef. p. LXVII. Certe rer. rust. l. l. de scriptura dubium esse nequit (*sic licet* Polit., *scilicet* cod. Par.).

habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas, quam structuram antiqui sermonis esse ait Schmalz Sy. § 232 b; alia exempla vide apud Kühn. p. 515, 3; cfr. Reichenhart. Act. Sem. Erl. IV 487.

Duo alia verba impersonalia singulis locis apud Varronem cum acc. et inf. coniuncta leguntur, cum ea plerumque in structura personali infinitivum ex se pendentem habeant, *videtur* nimirum et *dicitur:* VI 89 *ubi ei videbatur horam esse tertiam* quo loco L. Spengel *hora . . . tertia* scribi voluerat; non recte, nam *ei videbatur* = *credebat* cfr. Dräger II p 367 s.; Kühn. p. 523 extr. II 1, 27 *proinde ut non aliquotiens dicatur Romae peperisse mulam* [*mula* Keil. ed. min.]. Alia exempla apud Dräg. II 430; Kühn. p. 523 in.: cfr. etiam Schmalz § 234 not.

Ut his locis structura nominativi et infinitivi ceteris scriptoribus magis usitata non adhibita est, sic contra usum legitur I 6, 2 *haec apparent magis ita esse:* qua structura etiam usus est Cicero Fin. III 7,23 *membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi data esse appareant;* ubi v. Madv.[1]); cfr. etiam Schmalz § 234. Multo autem saepius etiam apud Varronem ex verbo impersonali *apparet* pendere accusativum c. inf. ex his locis elucebit: V. 131 *Multa . . . quorum vocabula apparet esse graeca:* IX 65 etc.

Cetera verba cum nominativo et inf. coniuncta enumerasse sufficiet (cfr. Kühner p. 520, 5):

reperior III 12. 4 *saepe cum habent catulos recentes, alios in ventre habere reperiuntur:* vide M. Schmidt J. Jahrb 1890, 466.

invenior VIII 41 *Diona et Theona, quos dicunt esse paene ipsi geminos, inveniuntur esse dissimiles, si alter erit puer, alter senex;* vide J. Jahrb. 1890, 860.

[1]) Cum Madvicus l. l. cum hac structura recte eam coniunxerit, quam anticipationem grammatici nominare solent, ipse quoque hac occasione data pauca de ea adnotabo. In eis enuntiationibus, in quibus ex v. sentiendi declarandive pendet interrogatio obliqua, aut ex verbo vi efficiendi praedito suspensum est enuntiatum finale, saepe apud poetas comicos, rarius apud Ciceronem subiectum enuntiati inferioris ita in enuntiatum primarium transfertur, ut illius obiectum efficiat (cfr. Kühn. p. 1055 sqq.). Etiam Varro exempla exhibet a Keilio partim collecta in comm. ad I 2, 8:

scribor V 42 *Antiquum oppidum in hac fuisse Saturnia scribitur* [sic libri; *in hoc . . . Saturniam* . . B et vulg.].

animadvertor III 16,30 *a mellario cum id fecisse sunt animadversae;* item VI 35; VII 73.

Accusativus c. inf. nonnunquam etiam tum scribitur cum verbum dicendi, quod causa fuit ut accus. c. inf. poneretur, in enuntiato intercalato legitur. Itaque cum dici potuerit aut „Te audio dicere te vidisse“ aut „Vidisti, ut te audio dicere“, scriptor commixta utraque structura hac forma usus est *Ut te audio dicere . . . te vidisse* etc. (II 10,8). Similiter III 6,6 extr. *Quem cito secui multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena milia sestertia ut reddat, ut quidem Abuccius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse;* quem locum exscripsi quod propter v. *ut . . aiebat* infinitivus positus est pro con-

a) enuntiata interrogativa: I 69, 2 *quem qui esset animadvertere in turba non potuisse;* VI 53 *finem . . . . sunt effati ut esset;* X 2 *. . . declarabunt analogiam et anomaliam, unde sit, quid sit, cuiusmodi sit;* X 29 *si illos breviores . . . quam longi sint ignores.*

Item in passivo (cfr. Cic. Fin. V § 58 *ut plane qualia sint intelliguntur*) III 17, 1 *coepti sunt a praecone recini quem quaeque tribus fecerit aedilem;* V 33 *incertus* (scil. ager) *is qui de his quattuor qui sit ignoratur;* Simillime VII 3; VI 27 *calantur . . . Nonae . . . quintanae an septimanae sint futurae;* IX 43 *perspici similitudo potest eorum quam vim habeat;* IX 103 *qua assumpta* (scil. formula) *reliqua facilius possint videri verba, unde sint declinata;* item V 120 *reliqua quod aperta sunt unde sint relinquo;* post substantivum verbale II 1, 14 *e quattuor altera pars est cognitio formae uniuscuiusque pecudis, qualis sit.*

b) enuntiata finalia: Exempla enumerat Keil. l. c. Ex libris de l. l. non habeo quos locos addam (quod ex utriusque operis indole facile apparebit). Non recte autem puto Keilium l. l. etiam haec verba adscripsisse II 9, 2 *Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur et eo venisset lupus, ultro mulos circumfluxisse et ungulis caedendo eum occidisse,* ubi infinitivi *circumfluxisse* subiectum ante *cum* coniunctionem positum post enuntiatum temporale perspicuitatis causa repetitum est (nec vero *mulorum gregem* iterum scripsit, sed breviter *mulos*). Simillima igitur videtur structura esse huius loci V 149: *Piso . . scribit . . . virum fortissimum Mettium Curtium Sabinum, cum Romulus cum suis ex superiore parte impressionem fecisset, Curtium* (quamquam scriptura non satis certa est, cum deficiat cod. Flor.; *Curtius* praebent apographa) *in locum palustrem . . . secessisse* etc.

iunctivo ex particula *ut* pendente (*ut . . reneant, . . . ut reddat, . . ut possint*). Utroque loco scriptor ubertate quadam sermonis usus infinitivo posito iterum expressit quod verbis *ut audio, ut aiebat* satis significatum erat. Apparet autem ipso enuntiato intercalato eum commotum esse, ut relicta structura incohata eam praeferret in qua vel forma verborum exprimeretur enuntiatum primarium ex verbo putandi s. dicendi pendere. Contra V 23 *Terra ut putant eadem et Humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere: „cubitis pinsibant humum“* in altera propositionis parte accus. c. inf. non minus necessarius fuit quam eis quibus nominativum c. inf. excipit accusativus c. inf.; aliter enim scriptor non potest exprimere se proferre non rem per se constantem sed sententiam (sive alius sive suam ipsius) quae utrum vera sit necne, omnino non movet scriptorem. Haec autem propria vis ac notio accusativi c. inf.

Ut vero apud omnes scriptores pro nominativi c. inf. structura in altero membro accusativo c. inf. pergitur (cfr. Schmalz § 234 not. extr.), sic cum accusativi c. inf. natura etiam hoc congruit, quod aliquotiens videmus infinitivo excipi structuram, quae si complura per enuntiata continuaretur, futurum esset ut sermonem admodum impeditum redderet. Inde e. g. legitur I 49,1: *. . herba . . subsecari . . debet et quoad perarescat furcillis versari; cum peraruit, de his* (pluralis *κατὰ σύνεσιν* spectat ad sing. *herba*) *manipulos fieri . .: tum de pratis stipulam rastellis eradi atque addere faenisiciae cumulum.* Similiter I 31,1 *haec fieri debent. vineas novellas fodere . . . vites pampinari* etc. et omnino I 29—36 passim Exemplum vero maxime dignum quod commemoretur est III 9,11 *curator oportet circumeat . . . ac vertere ova* — contra III 6,5 *itaque pastorem earum cum catillo circumire oportet ac stercus tollere* —; III 9,8 *in cubilibus, cum parturient, ocus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliut subicere.* Cfr. G. Müller ‘Zur Lehre vom Infinitiv im Lateinischen’, progr. Gorlic. 1878 p. 9.

Denique eadem ratione explicandi sunt loci quibus accusativus participii praesentis quasi absolute positus legitur post gerundii gerundivique structuram, velut I 23,3 *quaedam etiam serenda non tam propter praesentem fructum quam in*

annum prospicientem et eis locis qui plane eiusdem generis sunt II 7,14; III 9,15. De quibus disputavit Heidrich 'Varronian.' p. 10 sq.; cfr. etiam Keil. in comm. ad I 23,3. Minus dura structura est I 40,6 *in quamcumque arborem inseras . . . ita inserere oportet referentem ad fructum*, cum antecedat infinitivus cuius pro subiecto accusativus participii accipi possit.

De enuntiatis relativis (§ 26—31).

§ 26.

Ut Wölfflinus (Arch. VI 101) de Asinii Polionis vel, ut cautius loquamur, de Belli Africi auctoris usu enuntiatorum relativorum disserens vehementer vituperat neglegentiam scriptoris qui nonnunquam enuntiato relativo alterum enuntiatum ita adnectat ut ex ea quae scripta sit forma pronominis relativi alius casus ad alteram enuntiati partem subaudiendus sit: sic eadem, si ad Varronem rettuleris, non minus recte dicentur.

Sed haec ipsa causa quod videmus utrumque in ista structura admittenda sibi indulgere, eo nos adducet ne perversum iudicium feramus, cum concludi inde liceat non inauditam neque adeo raram eam fuisse in sermone cotidiano. Quid? quod ne Cicero quidem — ut ceteros praetermittam — eiusmodi neglegentia se abstinuit, sed non solum hanc licentiam sibi sumit, verum etiam illam ut ex enuntiato relativo in demonstrativum transeat[1]).

Iam Varroniana exempla ut per genera distribuam, prioris generis sunt hi loci: IX 7 *quae possunt dici atque illic praeterii* et I 1,7 *in quis quae non inerunt et quaeres*, quibus ex pronominis nominativo *quae* accusativi notio ad alterum verbum transferenda est[2]), cum ex accusativo pro-

[1]) De hac re et de sequentibus cfr. Reisig pag. 111 not. 373; Kühn. p. 874; Schmalz Sy. § 246. Perperam Kühnast Liv. Synt. p. 58 extr. (cfr. p. 195 med.) structuram e Graeca profectam esse contendit.

[2]) Ceteri auctores ea re differunt a Varrone, quod apud eos, cum non ita raro ex pronominis relativi gen. dat. abl. intelligendus sit nomin. aut accus., rarissime tantum ex nominativo transitur ad accusativi notionem. Ubi autem accidit, ea saltem re durities quodammodo mitigatur,

nominis nominativum subaudire oporteat in posteriore membro I 17,2 *iique quos obaerarios nostri vocitarunt et etiam nunc sunt in Asia* etc. (ad quem locum cfr. Keil. comm.) et I 30 *quae . . . fieri oportuerit et non sunt absoluta.* Quod autem X 73 *Prima* — scil. species — *est qua usi antiqui et nos reliquimus* ad alterum verbum finitum ex ablativi forma pronominis relativi supplendus est accusativus, similia exempla non raro inveniuntur apud scriptores.

Ad sententiam demonstrativam quibusdam locis propterea debuit scriptor transire ex enuntiati relativi structura, quod cum bina enuntiata particulis correlativis (*et-et-; neque-neque-*) inter se coniunxisset, in altera sententiae parte pronomen relativum nullo omnino modo ponere potuit, si quidem volebat structuram impeditissimam evitare [1]).

I 13,5 *Aedificium . . . ex una parti apertum et id ab area, quo et in trituram proruere facile possis et . . . inde ut rursus celeriter reicere:* I 16,1 (Si vicina regio talis est) *quo neque fructus nostros exportare expediat neque inde quae opus sunt adportare.* Utroque loco ex relativo *quo* transire videmus scriptorem ad demonstr. *inde.*

Simillime II 4,12 cum enuntiato relativo bifariam diviso uti voluerit, tamen cum utramque partem coniunxisset particulis *non solum . . sed etiam . .*, a structura incohata recedere coactus in altero membro ad propositionem demonstrativam confugit; *suem quae . . non modo surgere non posset, sed etiam ut in eius corpore sorex . . nidum fecisset.*

---

quod hanc structuram ita tantum admittunt, ut formae accusativi et nominativi pares inter se sint; quamobrem non usurpatur nisi in formis generis neutrius (*quod, quae*). Hanc legem ne a Varrone quidem neglegi exempla prolata demonstrant.

[1]) Nam brevia enuntiata relativa (neque relativa tantum, sed cuiusvis generis enuntiata secundaria) particulis correlativis ita coniungi possunt, ut particula correlativa in priore membro sequatur pronomen relativum, in altero antecedat. Velut legitur II 7, 10 *videndum ne aut laborent plusculum aut ne frigidis locis sint:* III 7, 5 *unde et bibere et ubi lavari possint:* VIII 2 *quod et . . et quod . .;* IX 7 *cur non modo . . sed etiam cur . . .* Eadem verborum collocatione etiam Cicero utitur, in epistulis potissimum, cfr. ad Att. I 5, 4 (*accidit, ut et contentione nihil opus esset et ut ego mallem* etc.) et vide Hofmanni notam in edit. epist. I p. 63.

Sed etiam nonnullis locis quibus, cum duo enuntiata non particulis correlativis, sed simplici particula (*et, ac*) coniungerentur inter se, etiam in altero membro structura relativa servari poterat, tamen scriptor nimis impeditae verborum iuncturae inconcinnitatem praetulit [1]); cfr. I 47 *In seminario quae surculis consita et eorum molliora erunt natura cacumina . . ea summa integenda binis tabellis;* II 1 extr. *Altera* — scil. species est — *quam scriptores Graeci . . . τυροποιίαν appellarunt ac scripserunt de ea re permulta,* quae verba quanto facilius currant apparet quam si scripsisset „quam *τυρ.* appellarunt ac de qua scripserunt permulta". Non multo diversus est usus pronominis demonstrativi in his verbis: III 16,12 *Melittonas . . . quos alii melitrophia appellant, eandem rem quidam mellaria* ubi v. *eandem rem quidam mellaria* quasi in parenthesi addita esse putari possunt.

Ad eos locos quibus pronomen relativum excipitur pronomine demonstrativo, proxime accedunt quibus enuntiato relativo adiecta est altera sententia ad pronomen relativum omnino non pertinens. Qui loci cum plerumque ita comparati sint, ut prior sententia contineat causam alterius aut omnino — si tempus spectas — alteri antecedat, item cognoscitur (vide supra § 22) Varronem propositiones aequo ordine positas sententiis quae subiectae sunt altera alteri eo usque praeferre, ut ne inconcinnitas quidem structurae ea coniungere eum prohibeat quae subiuncta esse sententia verborum ostendat. Qui huc spectant loci Varroniani sunt hi: I 35 . . *pulvinos fieri, quos inrigationes et pluviae tempestates abluunt et agrum faciunt macriorem* (= quos cum abluant inrigationes . . agrum faciunt macriorem); I 49,2 *falcibus* (sunt) *consectanda quae faenisices praeterierunt ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum;* III 2,13 *quas S. legisse videtur et ideo ex iis pastionibus . . maiores fructus capere;* V 8 *quo philosophia . . perrenit atque ea . . . aperire coepit;* cfr. I 1,10; III 7,1 extr.; ib. § 4 extr.

Denique quaeritur verba, quae I 1,2 leguntur, num hic

[1]) Ne hic quidem in brevissimis propositionibus causam fuisse, cur a concinna structura recederetur, apparet; cfr. e. g. I 2, 14 *quo vehunt et unde (e)vehunt.*

commemoranda sint: *Quare quoniam emisti fundum, quem bene colendo fructuosum cum facere velis, meque ut id mihi habeam curae* [1]) *roges, experiar.* Hac in librorum scriptura ab interpretibus non semel temptata ex coniunctione *cum* (cui quae respondeat apodosis deest; alia eiusdem anacoluthiae exempla collegit Keil. in comm. ad h. l.) duae sententiae pendent', eae scilicet quarum verba finita sunt *velis* et *roges:* relativum cum priore tantum membro coniungi licet. Iam structuram in dubium vocare non videtur necessarium esse. [2])

Mire autem contortus est hic locus V 178 *Quod manu factum erat et datum pro eo, manupretium* (scil. appellatur), ubi prius enuntiatum, si rationem sententiarum quaerimus, alteri subordinatum esse putandum est, cum haec sit sententia: „manupretium vocatur id quod datum est pro eo quod manu factum erat". Quamobrem haud scio an causam structurae minus accurate conformatae praebuerit duplex pronomen *quod*. quod cum in enuntiato integro esse debuerit, in unum quasi confluxit.

V 118 similis neglegentia in enuntiato relativo item ea re effecta est quod Varro et enuntiata relativa multis aliis structuris praefert et sententias potius adiungit quam subiungit: *Trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec pusilla, ut trulla, hanc Graeci trullan.* Hoc cum loco praeter I 5,1 *cum lego libros Theophrasti complures qui inscribuntur φυτῶν ἱστορίας* et alteri *φυτικῶν αἰτιῶν* etiam hic apte comparabitur: III 17,3 *quae nostra piscina . . . recte dicitur dulcis et illa amara.*

[1]) *curae* Lipsii coniecturam praeter Thielmannum (Wölffl. Arch. II 65, commendat Sitzler I p. 12 not. cfr. etiam Fr. Burg de M. Caelii Rufi genere dic.' pag. 21. — Cod. scripturam quae est *curare* num recte defendat Keilius dubito.

[2]) Si opus esset mutatione, ego vocem *cum* post v. *fructuosum* aut plane deleri iuberem aut transponi ante v. *roges*, ita scil. ut pronomen relativum similiter exciperetur particula *cum* atque II 4,12 *scio me isse spectatum suem quae . . non modo surgere non posset, sed etiam ut in eius corpore sorex . . nidum fecisset* excipitur particula *ut:* nisi forte tunc magis placebit haec inter se coniungere *quoniam emisti fundum meque cum roges.* Sed haec nimis dubia.

Denique quia huc pertinent ea exscribam quae V 31 leguntur: *Asia dicta a nympha a qua et Iapeto traditur Prometheus*, cuius structurae (ut Graeca omittam velut Eurip. Med. 503) exemplum unum habeo quod proferam: laudatur a Wölfflino (Arch. VI 102) ex Belli Africi cp. 80 in.: *Erat stagnum salinarum, inter quod et mare angustiae intererant*; cfr. etiam Wölffl. in comm. ad h. l.

§ 27.

Venio ad attractionem quae vocatur. Cuius cum duae sint species, una in qua substantivum, cui adnexum est enuntiatum relativum, pronominis relativi casum induit, altera in qua casus pronominis relativi adsimilatur casui nominis: alterum hoc genus [1]) quod in lingua graeca frequentissime invenitur, apud Romanos rarissimum est (e. g. *iudice quo nosti* Horat.) planeque deese dicitur apud Ciceronem [2]). Nam de duobus locis qui ex eius epistulis proferri solent alter sine ullo dubio pertinet non huc, sed ad sermonis brevitatem quandam. Quod enim legitur ad Att. III 9,2 *Nunc si ista sunt, quae speras, sustinebimus nos et spe qua iubes nitemur* breviter dici apparet pro *spe qua nos niti iubes*. Altero loco X 8,7 *nos tamen hoc confirmemus illo augurio quo diximus* non minus apta quam haec explicandi ratio erit ea, qua item ut Horatii l. l. propria attractio esse dicatur. Sic etiam Varro duos locos praebet quorum unum (II 2,5 .. *iure utimur eo quo lex praescripsit*) sic expedies: .. *quo ut utamur lex praescripsit*, cum alterius naturae utraque interpretatio aeque convenire videatur (V 56 .. *ab his rebus quibus in tribuum libro scripsi*). Simplicius attractionem statues (= *quas .. scripsi*); quominus vero alteram interpretandi viam ingrediaris, non

[1]) Structuram explicare studet Schmalz § 244. Quamquam quaeritur num omnibus locis eius explicatio sufficiat velut eo quem in sequenti nota afferam. Statuendum igitur erit oblitterata originis memoria etiam in alia verba eandem structuram translatam esse. Cfr. de quaestione difficillima Kühnast p. 191 sq.; Landgraf ad Reisig Vorles. not. 517.

[2]) In epistula ad Ciceronem data (ad Fam. V 14,1) scripsit Lucceius: *Cum aliquid agas eorum quorum consuesti.* Cfr. Opitz progr. Naumbg. 1879, pag. 6 extr.

obstat omissa ante pronomen relativum praepositio, cfr. Madv. ad Cic. de Fin. I 49[1]).

Prioris attractionis genus — ad hoc enim iam transeundum —, quod apud priscos poetas non raro occurrit[2]), ex pedestris sermonis scriptoribus non adeo multis exemplis illustrari potest, quamquam Kühner, qui p. 847,10 hanc structuram in sermone pedestri usquam inveniri negat, sibi ipse obloquitur duos locos Catonianos proferens[3]) p. 848 b) et e).

Varronis autem ipsius quoque pauca tantummodo exempla

---

[1]) Utram sequeris interpretationem, eadem Gellii verbis (I 25,16) afferri debebit ad Varronis locum proxime accedentibus, quae a Kühnero p. 847 laudantur: *Ideirco ex his quibus dixi vocibus quasi per quendam coitum et copulam nomen indutiarum conexum est.* — Propter praepositionem ante pronomen relativum non repetitam cfr. Keil. ad I 49,6 *ex arbore qua vult habere sarculum.*

[2]) Originem structurae ostendere si opus est, apparet ex prisci vulgarisque sermonis simplicitate eam ducendam esse. Cum enim sermo versaretur in enuntiatorum formis quam poterat simplicissimis, nec adsuevisset artificiosis verborum conversionibus uti: ubi paullo maiore opus erat ambitu verborum, continuo eorum, qui colloquebantur, mentis acies, ut ita dicam, non sufficiebat ad clare dispiciendam propositionis structuram nec ultra proxima quaeque prospicere satis valebat. Iam structurae, de qua dico, ut brevi exemplo utar, apud Plautum — hunc enim maximum exemplorum numerum exhibere ex eis quae modo dixi elucebit — Amph. 1009:

Naucratem quem convenire volui, in navi non erat

Naucratis nomen cum pronuntiat, ita obversatur animo eius qui dicit, ut solum cum proximi verbi (conveniendi) notione iungatur, omnino non referatur ad enuntiatum primarium maiore intervallo distans. Quare cum „Naucrates" — si verborum non formam sed sententiam quaeris — obiectum sit verbi conveniendi, huius nominis casum accusativum scripsit poeta non curans ea verba quae post sequuntur.

Quod autem in graeca lingua eadem structura usitata est, ac multo quidem usitatior quam in latina, Plauti exempla certe aliqua ex parte inde originem ducere contendi possit; nec tamen hanc sententiam necessariam esse inde apparet, quod eadem dicendi ratio etiam apud nos in populi elocutione non raro invenitur. Immo in unaquaque lingua causa structurae est eadem neglegentia sermonis cotidiani.

[3]) pag. 848 a) etiam Petronii locum ut huc pertinentem exscripsit de quo sane dubitari potest. Büchelerus certe (cap. 134 = pag. 101,7 B.) sic interpunxit: *O, inquit, Oenothea, hunc adulescentem quem vides: malo astro natus est.* Rectius tamen, ut videtur, Kühn. quam Büch. Cfr. de h. l. etiam Segebade in Diss. Hal. IV 308 n. 12.

huc pertinent: VIII 41 *Diona et Thyona quos dicunt esse paene ipsi geminos, inveniuntur esse dissimiles;* fortasse etiam V 43, ubi in cod. haec leguntur: *ea qua tum dicitur velabrum;* quae sive cum Müllero sic restituerimus *ea qua tum <vehebatur, etiam nunc> dicitur velabrum*, sive suppleverimus cum Spengelio *ea qua <vec> tum, dic. vel.* (nam cum uterque verba ad sententiam recte conformaverit, parum credo refert utra lectio recipiatur). vox *ea* per attractionem erit intelligenda. Item II 2,9 *contra illae in saltibus quae pascuntur et a tectis absunt longe, portant secum crates;* cfr. Keil. comm. ad h. l. et ad I 44,4. (An rectius hoc loco propria anacoluthia statuitur? ita scilicet ut Varro post enuntiatum relativum ad structuram plane aliam transierit)

Addendi sunt loci quidam qui coniungi possunt cum eis, quos Kühner attulit ex Catonis libro. Dico praesertim de his locis III 16,34 *favi qui eximuntur, si qua pars nihil habet aut habet incunatum, cultello praesicatur* et I 31,2 *pampinare est e sarmento coles qui nati sunt, de eis qui plurimum valent, primum ac secundum ... relinquere, reliquos decerpere* etc. Iam cum Varronem saepissime coniunctiones et pronomina relativa ab initio propositionis removere infra (§ 61) ostendendum sit, etiam his locis vocabula *favi, coles,* cum pronomine relativo coniungi posse dices (= *qui favi eximuntur* etc.). Apparet omnino non aliter iudicari posse de eis locis quibus non solum substantivum illud, ad quod spectat relativum, sed etiam aliae voces pronomini relativo antecedunt, velut praeter I 31,2 e. g. I 27,2 *vere sationes quae fiunt;* VII 44 *matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent vitta relatos, dicebantur Tutuli.* Priore autem loco plane reicienda est haec explicandi ratio, nisi forte contendas aliam esse originem structurae velut huius:

Nummum illum quem mihi dudum pollicitu's dare,
Iubeas, si sapias, porculum adferri tibi (Pl. Men. 311 s.),

aliam eius quae eveniet omisso pronomine demonstrativo, *nummum quem* etc.

Sed nonne poterimus facillime illam structuram in qua pronomen demonstrativum additum est derivare ex hac *favi qui eximuntur = qui favi eximuntur?* Sane in linguae latinae structura nihil est quod huic explicationi obstet; obstat

autem et graecae linguae et nostrae usus qui tali ratione explicari nequit. Cum igitur omnia exempla eandem explicandi viam flagitent, ea restat quam indicavi pag. 40 not. 2.

§ 28.

In eis quae modo diximus cum inciderimus in locos nonnullos quibus quomodo propositionum partes inter se cohaererent explicandum erat, aptum videtur quaerere, quae ratio inter primarium enuntiatum et enuntiatum relativum intercedat, quaque ratione inter se coniungantur.

Nam cum in universum animadverti liceat Varronem (quae est eius simplicitas sermonis) summopere in deliciis habere enuntiata relativa [1]), saepe ita eis utitur ut cum sententia primaria non nisi neglegenter cohaereant. Haud raro enim in propositionibus superioris ordinis pronomen demonstrativum positum non est, quo ad quam sententiae partem pronomen relativum spectet, significetur. Omnium autem horum locorum neglegentem, ut primo obtutu videtur, structuram aptissime explicari primaria pronominis relativi notione — ex interrogativo enim pronomine originem ducit — semel monuisse satis habeo. Exempla collegit Keil. ad I 44,4; quibus omnibus cur antecedat propositio relativa, ex origine structurae modo adumbrata facile cognoscitur. Cfr. etiam Keil. ad I 13,4.

Itaque pronominis demonstrativi casus genetivus subaudietur his locis: V 10 *in hoc libro dicam de vocabulis locorum et* (earum rerum) *quae in his sunt, in secundo de temporum* (vocabulis) *et* (earum rerum) *quae in his fiunt* (Contra § 13 plene scripsit Varro: *de locis et iis rebus quae* etc.); V 96 *Ex qua fructus maior* (percipitur, eius pecudis) *hic est qui Graecis usus;* VI 24 *Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus . .; feriae non populi sed montanorum modo, ut Paganalibus* (feriae sunt eorum) *qui sunt alicuius pagi* (Sic locus intelligendus cum Spengelio; cfr. O. Müller ad l.).

Dativus e. g. III 7,8 *imitandum* (eis) *qui habent.*

---

[1]) Prisci hoc esse sermonis eiusque potissimum, qui in legibus etc. usurpari solitus sit, monet Haase; cfr. Reisig Vorles. p. 115 cum not. 374a.

Accusativus [1]) III 10,1 *ubi anseres aluntur* (id) . . *chenoboscion appellatis;* VI 71 *Qui spoponderat filiam* (eum) *despondisse dicebant;* IX 48 *Cum, inquit, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem sed quae utilitatem;* item II praef. 1; III 1,5; III 9,8; III 16,6; VI 78; IX 8; 18.

Ablativus I 59,2 *cur non quod natura datum utantur . .?* [2]); III 16,8 *opturant omnia . . . quam erithacen appellant Graeci*; item (ubi tamen propter ablativum pronominis relativi facilius idem casus intellegitur) VIII 6 *Qua enim ratione in uno verbo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis.*

Nonnunquam vel tum nude ponitur enuntiatum relativum, si ita tantum cum propositione superiore cohaerere potest ut ex praepositione pendere putandum sit; velut III 13,1 *Quem fundum . . emit hic Varro . ., vidisti . . . apros et capreas convenire ad pabulum;* VI 12 *Naturali discrimini* [sic L. Spengel] *civilia vocabula dierum accesserunt. Dicam prius* (de eis diebus) *qui deorum causa, tum qui hominum sunt instituti.*

His quos adhuc protuli locis facillimo plerumque negotio pronomen suppleri poterat ad recte intelligendum verborum conexum; nonnulli autem restant, quibus enuntiatum relativum ex ceterorum verborum structura quasi excidere videtur, qui-

---

[1]) Huiusmodi exemplorum maxima copia afferri potest, etiam in accusativi c. inf. structura; nam cum in ea apud omnes scriptores subiectum infinitivi pronomine demonstrativo exprimendum non raro plane omittatur, eo facilius subaudiri potest, ubi enuntiatum relativum locum eius obtinet.

[2]) Quamquam ne accusativum quidem Varronis sermo respuit, cfr. III 16,23; IX 13; V 109 (*hanc* recte vulg. propter ea quae sequuntur, *hinc* cod.); sat. fr. 409. Accusativus apud veteres scriptores frequenti in usu est, Cicero eum evitavit; nam qui locus solus obstat (Phil. X 26), de eo summopere dissentiunt interpretes. Potest autem aut ipse Cicero accusativum scripsisse magis ad v. *exigat* quam ad *utatur* respiciens, aut librarius ut pro *pecunia* scriberet accusativum, verbis proxime sequentibus adductus esse.

Ceterum quod Dietz 'de sermone Catoniano' pag. 22 utramque structuram (*uti aliquid* et *uti aliqua re*) ita distinguit ut dicat accusativum poni, ubi usus vel fructus ad totam rem referatur, ablativum, ubi ad aliquam huius rei partem, metuo ut ubique hanc legem observatam esse osteudi possit.

busque potius exspectes sententiam vel condicionalem vel eiusmodi similem (de quo usu cfr. Kühner p. 849, 12): velut I 63 *sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant sirus . . ., aliquanto post promere quam aperueris oportet.* Neque enim in verbis *qui habent* etc. subiectum infinitivi contineri ex v. *aperueris* apparet. Sic VII 93 *quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis:* I 20,3 *neque pertinaciter quem feceris dextrum, in eo manendum;* I 27,2 *vere sationes quae fiunt, terram rudem proscindere oportet* etc.

Praeter cetera vero hunc usum premi voluerim, quo ad partem solum earum rerum, quae in enuntiato relativo commemoratae sunt, in sequentibus verbis sive pronomine sive altero enuntiato relativo respicitur [1]); cfr. Keil. ad I 37,3 ubi qui loci laudati sunt, eis multi possunt addi, velut I 45,2 *quae in seminario nata, si loca erunt frigidiora, quae molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet* etc.; I 69,1 *Quae vendenda, ridendum quae quoque tempore oporteat promi:* IX 112 *Qui dicit . . . non uter peccat, tollit analogias, sed uter recte dicit, confirmat.* — II 11,3 *casei qui fiunt, maximi cibi sunt bubuli;* ibid. § 6 *Qui aspargi solent sales, melior fossilis quam marinus;* V 103 *Quae in ortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis ut graecis Ocimum* etc. (Voci *alia* in § 104 solum vocabulum *Vernacula* inscriptionis instar positum respondet); VI 34 *Ad hos qui additi, prior a principe deo Ianuarius appellatus; posterior* etc.

§ 29.

De pronominis relativi usu dicentibus ei quoque loci laudandi sunt, quibus pronominis relativi numerus singularis

[1]) Quae igitur in enuntiato relativo continentur, ea iam accuratius definiuntur ita, ut is terminus, qui angustioribus limitibus circumscriptus est, sine ulla copula apponatur, similiter ac Varro ex eodem verbo duas praepositiones suspendere adamat: cfr. Keil. ad II praef. 5, ubi pauca eiusmodi exempla congesta sunt; item tempus duobus vocabulis definitur, prius generali verbo, deinde accuratius, VI 13 *eo die enim ludis currunt.* Prorsus eadem dicendi ratio huius loci est II 3,9 (numerus *in gregibus est minor caprino quam in ovillo:* item, quibus locis agitur de binis subiectis, II 4,2 *itaque proavos ac superiores de Tremellius nemo appellatus Scrofa:* II 4,9 . . *quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Etruria in coniunctione nuptiali nova nupta et novus maritus primum porcum immolant.*

ad nomen plurale spectat aut contra [1]); cfr. Holtze I 385 ex.; e. g. I 2,17 *colonus . . . ne capra natum pascat, quas etiam astrologia in caelum recepit* qui locus conferri potest cum Ciceronis verbis (de Fin. V 31,94) *Hic si Peripateticus fuisset, permansisset credo in sententia; qui dolorem malum dicunt esse* ubi vide Madv. Alia exempla Varroniana adnotata sunt a Keilio ad I 31,4. In eis quae leguntur III 9,14 *ne quae serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire* addito vocabulo q. e. *bestiarum* dura structura satis mitigata est.

Similia sunt ea exempla et in libris de l. l. et in r. r. libris frequentia (cfr. Spengeli praef. p. LXVII et Keil. ad I 17,3 ubi addi potest III 12,1 *L. dicitur habere in Tarquiniensi sacpta iugera quadraginta, in quo sunt inclusa* etc.) quibus formula *in quo* refertur ad nominis numerum pluralem aut — hoc enim addendum propter V 16 *Asia quae non*

[1]) Ceterum ut ex exemplis a Keilio ad I 31, 4 collectis cognoscitur, prorsus eadem neglegentia in commutandis numeris nonnunquam etiam ita utitur Varro, ut demonstrativi pronominis vel adiectivi vel verbi finiti numerus singularis ad nomen plurale spectet. Cum enim unoquoque horum locorum eodem iure alterutro numero uti posset — singularis quidem generali sive collectiva quam dicunt notione intelligendus (e. g. VII 42 *Graecus dicit:* I 41,4; I 55,5 in.) — neglegentius in eadem propositione utramque structuram commiscuit et quasi conglutinavit transiens nimirum ex lege generali ad singulare quasi exemplum. Cfr. praeter locos, quos Keil. collegit, II 11,7 *Tonsas recentes* (scil. oves) *eodem die perungunt vino et oleo . . . et si ea tecta solet esse* etc.; III 7,9 *nihil columbis fecundius. Itaque diebus quadragenis concipit et parit* etc.; V 139. *De his quae iumenta ducunt: Tragula quod ab eo trahitur per terram* (*ab eo* scil. *iumento* ex Andreae Spengel interpretatione, cui haud scio an praeferenda sit verborum transpositio post Laetum ab Leonardo Spengel commendata *Tragula ab eo quod* — non quo offendat numeri varietas, sed propter constantem usum formulae *ab eo quod*). Paullo supra § 136 simillime in numeris varians Varro scripsit *Rastelli ut irpices serrae leves, itaque homo in pratis per faenisicia eo festucas corradit;* et initio eiusdem §: *Irpices regula compluribus dentibus quam item ut plaustrum boves trahunt;* sic V 146 *ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant Macellum* et II 9,15 *collaria quae vocantur melium.*

Pronominis numerus pluralis ad substant. singul. spectat V 129 *Calamistrum quod his calfactis in cinere capillus ornatur.*

De genere mutato cfr. III 6,2 *Hi* (= pavones) *ad greges constituendos parantur . . . . ad admissuram haec minores bimae non idoneae.*

Europa, in quo etiam Syria (nisi forte scribendum *in qua* cum Laeto) — ad nomen generis feminini.

§ 30.

Quibusdam locis Varro ut alii nonnulli scriptores (cfr. Kühner p. 42,7; Schneider Scriptt. R. R. in ind. verborum s. v. *res*) pronomen relativum ad nomen q. e. *res* spectans non in feminino genere ponit, sed in neutro, velut I 1,11 *circumcisis rebus quae non arbitror pertinere ad agri culturam* ad quem locum Keil. cetera exempla adnotavit. In libris de l. l. non memini similia me legisse [1]).

§ 31.

Ut apud Ciceronem, Caesarem etc. locis nonnullis (de quibus cfr. Kühner p. 19 not. 3), sic etiam apud Varronem pronomen relativum ad substantivum ex adiectivo quod antecedit supplendum spectat hoc loco II 3,3 *caprile semen . . . de quarum velocitate.* Contra II 7,15 *Si frigus erit. in equili faciendus ignis. Equis quod alii sunt ad rem militarem idonei* etc. pro vocabulo *Equis* non scribendum *E quis,* sed cum Keilio ex codice Laur. m *Equi;* nam ex vocabulo *equile,* quod non iam pro adiectivo accipiebatur sed pro substantivo, multo difficilius est equorum notionem ducere quam priore loco caprarum notionem ex mero adiectivo q. e. *caprile.*

Tertio autem loco ipse scriptor duritiem mitigavit apposito substantivo ex quo adiectivum illud cui subiungitur

[1]) De vocabulo q. e. *res* ad circumscribendum pronominis genus neutrum usurpato cfr. VI 42 *Cum cogitamus quid et eam rem agitamus in mente, agimus.* Quo vocabulo cum omnino Varro non raro ita utatur, ut ad substantivum quoddam antecedens referendum sit, eiusmodi locis quibus simplex pronomen (demonst. vel relat.) poni satis fuerit ubertas quaedam dicendi conspicua est priscum sermonem redolens — plenius enim nomen substantivum loco pronominis introducitur —; cfr. veterem formulam a Varrone (II 5,6) laudatam *illas oves qua de re agitur,* ipsius autem Varronis haec verba (quorum exemplorum numerus ex eis augeri potest, quae Keil. ad I 55,5 attulit): I 2,21 *Venalium greges dicemus agri culturam esse, si propter istam rem habendum statuerimus;* I 17 in. *homines et adminicula hominum, sine quibus rebus* etc.; III 2,14; III 9,17; VIII 10 *In his rebus quae sunt nomina*; X 1; adde etiam I 22 extr.: *Quae enim res cotidie videntur, minus mouuunt furem.*

propositio relativa originem ducit II 9,15 *cum clavulis capitatis quae intra capita.* Cuius loci usum pronominis relativi cfr. cum his verbis II 11,6 *cum sudare inceperunt oves, a quo sudore* etc.

De modorum in enuntiatis secundariis usu (§ 32—37).

§ 32.

Ut supra (§ 25) cum de infinitivi usu verba feci de propria eius vi ac natura quaesiturum me esse negaveram, sic ne hic quidem aberrabo in coniecturarum de coniunctivi origine campum lubricum, sed ipsum usum Varronianum adumbrabo pauca tantum haec praefatus:

Cum enuntiata inferioris ordinis ex enuntiatis primariis originem traxerint, ea enuntiata quae indicativum modum exhibent vetustiorem dicendi formam retinuisse apparet quam ea quae coniunctivum. Atque ut omnino indicativus in libris propius ad sermonem cotidianum accedentibus prae eis praevalet quorum auctores sermoni poliendo magis operam dederunt, sic etiam Varro nonnunquam indicativum usurpat ubi alii scriptores quorum dicendi genus a vulgi sermone maiore intervallo abest quam Varronianum coniunctivo usuri erant.

At coniunctivus quoque ita invenitur ut eius usus a sollemni dicendi consuetudine alienus sit. Quorum locorum naturam sic expediemus. Ut in aliis quibusdam rebus, sic in coniunctivi usu transitum quendam assignificat Varronis elocutio, cum ea linguae aetate quam ex Varronis scriptis cognoscimus coniunctivus in enuntiatis secundariis magis in usum venire indicativumque reprimere coeperit. Quamobrem cum leges certae nondum essent constitutae, nonnunquam ita etiam poni videmus coniunctivum (quo usurpato propter ipsius naturam elegantior fit oratio et sententia quasi plane alia luce illustratur) ut ceteri minime Varronis usum secuti ad pristinum potius indicativum redierint. Istiusmodi igitur locis nobis videtur coniunctivo inesse quaesiti aliquid et affectati quo scriptor a primigenia scribendi simplicitate communique ceterorum consuetudine longe recedat [1]).

[1]) In miserrima librorum scriptorum condicione utriusque quod in censum venit operis Varroniani cum iudicium nostrum fere totum pendeat ex fide quam unoquoque loco codicum scripturae habendam esse censea-

§ 33.

Iam cum appareat posse aliquotiens aequo fere iure utrumque modum poni (prout is qui dicit sententiam quam pronuntiat accipi vult), inveniuntur loci quidam quibus re vera in duobus eiusdem propositionis membris duo modi scripti sint — quamquam cautione opus est in tali libertate statuenda, quoniam non raro cum deprehendisse tibi videris talem neglegentiam, duarum sententiarum plane diversa est ratio (O. Mülleri enim opinionem de modis ad arbitrium inter se mutandis toties castigatam et redargutam recoquere vix quisquam volet), nisi forte duo illa membra de quibus agitur omnino non coniungi licet.

Nam ut ab extremis incipiam, verba quae leguntur VI 95 rectissime in Spengeli editione [1]) sic constituta (rectius dicam: distincta) sunt: *Id inceptum credo cum non adesset accensus; et nihil intererat cui imperaret.* Similiter haud scio an ne III 9,11 quidem (*Ora plena sint atque utilia necne, animadverti aiunt posse, si demiseris in aquam, quod inane natet, plenum desidit*) alterum verbum q. e. *desidit* ex coniunctione *quod* pendeat, sed verba *plenum desidit* propositionis intercalatae instar ab ipso qui dicit addantur, non proferantur, ut cetera, ex vulgi sententia. Aliter Keil. in commentario.

---

mus, ego libenter fateor me desperare num omnino ad certum quendam finem quaestio produci possit, neque ipse ignoro in eis, quae supra exposita sunt, haud pauca inesse de quibus sententiam meam omnibus probatum iri minime confidam. Nam cum scateant hi libri locis aperte corruptis (de r. r. libris cfr. Keil. comm. ad I 2,12: de libris de l. l. C. F. W. Müller in Zeitschr. f. Gymn.-W. XIX 1865 p. 869, alius alios fines constituet quibus usum Varronianum circumscribat. Nunc certe de iis locis confidentius indicari potest, quibus C. F. W. Müller de scriptura codicum in editionibus satis accurate expressa dubitaverat. Ego ipse in universum mihi videor non tam ad huius sententiam inclinare, elocutionem Varronis quam politissimam efficere studentis, quam ad Schmalzii qui indicativum, ubi tradatur, retinendum esse censet. Quamquam aliis discernendum relinquere debeo, num ipse quoque affectus sim morbo illo, quo qui laborat, scriptori a se potissimum tractato quam plurimas formas notiones structuras singulares vindicare cupit.

[1]) Speng. explicationem debet C. F. W. Müllero qui l. l. p. 869 med. ait: „*et interat* und *et fiebant* sind Hauptsätze."

Plerisque autem locis cum non sufficiat verba distinguere, interpretatione opus est. Cuiusmodi exemplum luculentum legitur I 2,12 *dum id nobiscum una videatis ac venit aeditumus* quem ad locum Keil. in ed. mai. adnotaverat „fortasse: *ac veniat*“. Sed ita, ut omnia salva esse videantur, locum interpretatus est Richardson ‘de particula dum’ pag. 63. Similem Ciceronis locum laudat Dräger II p. 582 extr.

Deinde etiam in enuntiatis relativis locis quibusdam coniunctivus (cuius quae ibi sit vis, non opus est explicem) cum indicativo coniunctus invenitur. Dico hos potissimum locos: I 5,3 *quae in eo fundo opus sunt ac debeant esse culturae causa*; I 5,4 *quae moventur atque in fundo debeant esse culturae causa*; II 10,10 *Quae ad valetudinem pertinent hominum ac pecoris et sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet.* Quibus locis non id solum vix casui tribuendum, quod in altero quoque membro qui leguntur coniunctivi sunt verborum auxiliarium quae vocantur (*posse, debere*), sed ne aequi quidem ordinis sunt binae sententiae particulis additivis coniunctae: immo ut medio exemplo usus discrimen ostendam, verbis *quae moventur* exprimitur notio vocabuli cuiusdam quod et *homines* et *reliquum instrumentum* amplectatur: sententiam igitur si spectas, duae partes non coordinatae sunt, sed altera priori subordinata. Similis condicio est ceterorum locorum [1]), quibus item ostenditur, quanto Varro sententias coordinatas praeferat subordinationi. Keilio igitur, qui eos locos mutavit pares ubique verbi modos efficiens, non puto adsentiendum. (Nam ut hoc leve sane argumentum addam, quantumcumque peccaverunt librarii, in duabus deinceps paragraphis I 5,3 et 4 prorsus eundem errorem commissum esse certe admodum mirum est.)

Transeo ad verba III 16,6 *nulla harum adsidit in loco inquinato aut eo qui male oleat neque in eo qui bona olet unguenta* quo loco sic tantum explicare equidem possum in-

[1]) Item IX 10 *Alterum* (scil. peccati genus) *quod nondum est* (scil. receptum) *et perperam dicatur.* Nam peccati genus illud de quo dicitur, in consuetudinem nondum receptum esse certum est — itaque indicativus —; num autem omnino accidat, ut in loquendo committatur, non aeque certum: recte igitur coniunctivus in altera parte. Aliter Müller l. l. pag. 869 in.

constantiam, ut propterea variasse scriptorem censeam, quod cum eodem iure utraque structura uti liceret (potest enim scriptor aut enuntiatum proprie relativum intelligi voluisse aut notionem verbis inesse consecutivam), in altera parte propositionis pro elegantiore forma simplicem usurpaverit: nam multo facilius a coniunctivo ad indicativum transiri apparet quam contra [1]). Eadem structura vel apertior est hoc loco II 2,4 *Id fere ex duabus rebus potest animadverti, ex forma et progenie: ex forma si arietes sint . . . . Ex progenie autem animadvertitur, si agnos procreant formosos,* qui propter magnum quo alterum membrum ab altero distat intervallum explicationem sibi non postulat. Sic ne his quidem in verbis I 4.4 *si . . pestilentior est fundus, aut propter caeli regionem ager calidior sit, aut ventus non bonus flet* [sic vulg.; *fiet* cod.] etc., cur indicativum (id quod rarius accidit) excipiat coniunctivus, aliam causam video.

Denique ut pauca quae eadem ratione explananda sunt omittam, duobus locis de causa ponendi in altero membro coniunctivi dubitatio remanere poterit: III 2,10 *Si propter pastiones tuus fundus in Rosia probandus sit et quod ibi pascitur pecus ac stabulatur, recte villa appellatur, haec quoque simili de causa debet vocari villa;* III 14,2 *Locus is melior quem et non coquit sol et tangit ros. Qui si naturalis non est, ut fere non sunt in aprico loco, neque habeas in opaco ubi facias . . . manu facere oportet roscidum.* Fortasse enim sic in altero hoc exemplo aliquo modo explicari possit structura ut duae quae coniunguntur condiciones re vera non prorsus aequi ordinis sint, sed altera ex priore pendeat, cum haec sit verborum sententia: Si locus ad cochlearia facienda idoneus non est, certe plerumque fieri poterit ut in opaco facias cochlearia; sin autem ne hoc quidem possit fieri, manu facere oportet roscidum. — Priore autem loco num in diversis modis diversa notio insit, in medio relinquam. Ipse vix crediderim [2]).

[1]) Eadem ratione in Caelii epistula (Cic. Fam. VIII 16,2) inconstantia modorum explicanda erit; cfr. Burg de Caelii gen. dic. pag. 30.

[2]) Ursinus vocabulum *sit* deleri voluerat. Rectius vocem *appellatur* ex coniunctivo propter formam quae antecedit *stabulatur* errore ortam esse diceres. Sed ne hoc quidem necessarium.

§ 34.

In oratione obliqua cum veteres potissimum scriptores omninoque ei qui sermonem cotidianum in libris suis expresserunt [1]), in enuntiatis relativis aliisque enuntiatis inferioribus non raro indicativum retinuerint, etiam apud Varronem hunc nonnunquam invenimus, ubi a communi usu paullo recedit. Cfr. locos hos quibus indicativum exhibent

a) enuntiata relativa: I 9,7 *Quae sit idonea terra . . D. scribit signa sumi posse aut ex ipsa aut quae nascuntur ex iis:* V 2 *demonstratur in quo non debet pertendi et pertenditur. Pertinaciam esse:* VIII 69 *Quom quaeratur duo inter se similia sint necne, non debere extrinsecus adsumi cur similia sunt;* IX 16 *respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse in quo alia sunt similia, alia non sunt* [2]) sic etiam V 147: . . *appellatum Macellum ut quidam scribunt quod ibi fuerit hortus, alii quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice sit diruta* [3]). Et in enuntiato relativo ex interrogatione obliqua suspenso II 1,24 *Scire oportet quot feminas habeat quae parere possunt.*

b) enuntiata temporalia (*cum*): II 1,27 *non si hic . ., cum peperit mula, sit portentum, adsentiri omnes terras;* V 105 *haec* (scil. puls) *appellata vel quod ita Graeci vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet cum aquae ferventi insipitur.*

c) enuntiata causalia (*quod*): V 150 *Cornelius et Lutatius scribunt eum locum esse fulguritum et ex S. C. septum esse; id quod factum est a Curtio consule, cui M. Genutius fuit collega. Curtium appellatum.* V 34 *ager dictus . . . alii quod id Graeci dicunt ἀγρόν* [4]). IX 101 etc.

[1]) Cfr. Badstübner 'de Sallustii g. d.' pag. 40; Hofmann ad Cic. Ep. I pag. 105; Schmalz § 236 = [2]p. 492 („Der Konjunktiv als untergeordneter Modus ist noch nicht vollständig zum Durchbruch gelangt.“)

[2]) Contra in simili propositione coniunctivum scriptor usurpavit IX 72 *Ad quae dico id eo fieri quod natura nemo lusco magis sit luscus cum stultior fieri videatur.*

[3]) Cfr. cum hoc loco ea quae leguntur II 5,3: *alii scripserunt* (scil. Italiam esse appellatam) *quod ex Sicilia Hercules persecutus sit eo nobilem taurum, qui diceretur italus.*

[4]) Similiter (ut alias enuntiatorum formas subiungam in quibus item sententiae secundariae ut ex mente subiecti pronuntiatae et cum enuntiato primario arctius cohaerentes apud elegantiores scriptores coniuncti-

Hoc exemplorum conspectu quamquam non omnes loci qui huc pertinent continentur [1]), tamen id vel satis apparet multo frequentiores eos esse in libris de l. l. quam in r. r. libris. Qua cum re si contulerimus et aetatem qua utrique libri compositi sunt, et diligentiam quam in eis elaborandis scriptor adhibuit, ea quae supra (§ 32) diximus confirmari intellegemus.

Iam vero quod in his orationis obliquae enuntiatis modorum usus etiamdum fluctuat apud Varronem, ne in ea quidem re offendendum est quod etiam hic nonnunquam ex uno modo transitur ad alterum, cum magis quaesitam elegantemque structuram coniunctivi indicativus excipiat transeunte nimirum scriptore ad liberiorem enuntiatorum iuncturam, velut VIII 62 (Aiunt) . . *et ubi fodiatur argentum, Argentifodinas dici, neque ubi fodiatur ferrum, Ferrifodinas; qui lapides caedunt Lapicidas, qui ligna, Liguicidas non dici:* item I 9,7 *quae sit idonea terra . . Diophanes Bithynius signa scribit sumi posse aut ex ipsa aut quae nascuntur ex iis: ex ipsa, si sit terra alba . . ., ex iis autem quae enata sunt fera, si sunt prolixa* etc. et III 9,13 (putant) *excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiciendum ei quae habeat paucos; ab eaque si reliqua sint ova pauciora, tollenda et subicienda aliis quae nondum exclusa sunt et minus habent triginta pullos.* Sed fortasse putandi verbum omnino non ad haec pertinet, cum verbis *pullos . . subiciendum* etiam sententia primaria effici possit. Quod si ita est, hunc locum supra (p. 49 extr.) debebam commemorare ubi dixi de III 16,6 etc.

Contra antecedit indicativi structura, sequitur coniunc-

---

vum exhibere solent) indicativum legis in enuntiatis quae pendent ex propositionibus finalibus I 41,3 *ut qui in ea est nimius umor defluat;* III 16,9 *Axius noster ne, dum haec audit physica, marcescat;* II 4,3; V 153 etc.; cfr. I 1,3.

[1]) Cur omiserim locos velut hunc VI 30 *Si imprudens fecit, hostia facta piatur; si prudens dixit, Q Mucius aiebat eum expiari non posse,* apparet. Respondent inter se duo enuntiata condicionalia et sententia et structura; et tunc demum, postquam scripsit verba *si prudens dixit,* ita structuram mutat scriptor, ut ad orationem obliquam transeat. Eadem ratione defenditur praesens tempus hoc loco II 2,3 *orem esse oportet corpore amplo . . villis altis . . . Itaque quae id non habent* [sic. Polit., *haberent* B v male] *maiores nostri apicas appellabant ac reiciebant.*

tivus II 5,5 *praeterea scio hunc esse in quem potissimum Iuppiter se convertit . ., hunc esse qui filios Neptuni . . servarit.*

Etiam in obliquis interrogationibus [1]) interdum — raro sane — indicativus videtur servatus esse, certe in libris de l. l.: quamquam nonnunquam dubitari potest utrum interrogatio in indicativo modo posita pro interrogatione recta potius an pro obliqua accipienda sit. Certe e. g. VIII 33 *si* (ea analogia sequenda est nobis) *quae non est in consuetudine, quaeremus: ut quisque duo verba in quattuor formis finxerit similiter, quamvis haec nolimus, tamen erunt sequenda ut Iuppitri Marspitrem?* propter totam loci naturam sola interrogatio recta apte intellegetur. Paullo autem infra (§ 71 *Item quaerunt si sit analogia cur appellant omnes eadem Deum Consentium et non Deorum Consentium? Item cur dicatur mille Denarium, non mille Denariorum* etc.) obliquae ut videtur interrogationis indicativum post quaedam verba excipit coniunctivus [2]) quem sane in priore quoque membro interpretes desideraverunt. An etiam hoc loco prior pars accipienda est pro recta interrogatione pro qua in altero membro obliqua supposita sit? [3]) Etiam V 140; X 9; X 58 extr. leguntur indicativi formae quae quam recte tradantur et nunc certant grammatici et semper lis erit sub iudice, cum aequis armis utrique pugnent quorum alteri idem contendunt alteri negant.

Ceterum e. g. VI 12 *Dicam prius qui deorum causa, tum qui hominis sunt instituti* enuntiatum non interrogativum est, sed relativum, omisso nimirum demonstrativo pronomine *de iis* (*diebus*), cfr. supra p. 43.

---

[1]) Cfr. Schmalz § 214 = [2]p. 475 med. De Ciceronis usu cfr. Thielm. p. 432.

[2]) Plaut. Mostell. 190: *vide quae sim et quae fui ante,* cfr. Lorenz ad h. l. et Becker, Studem. Stud. I p. 296.

[3]) Ex oratione obliqua transitus ad rectam qui ceteris quoque scriptoribus usitatus est (cfr. Kühner p. 1038 n. 5) apud Varronem invenitur II 1,27 . . *subicio Magonem et Dionysium scribere . . . Quare non . . . adsentiri omnes terras. Neque enim hirundines et ciconiae . . . . in omnibus terris pariunt. Non scitis . . .?* Praeterea cfr. O. Müller praef. p. XXXIV.

§ 35.

Cum oratione obliqua ex aliqua parte ei loci cohaerent quibus verborum origines explicantur. Cum enim saepissime aliorum sententias scriptor referret de vocabulorum natura, eiusmodi locis orationis obliquae qualicumque forma uti plane cogebatur. Utitur autem longe plerumque aut enuntiatis relativis aut particula *quod*; de modis recte Spengel praef. p. LXVIII: „Indicativo modo id dicit (scil. Varro) quod res ipsa requirit ..., si cur vel quam ad rem sit factum demonstraturus est, relativo et coniunctivo utitur.“ Omnino coniunctivo cum significetur verbis illis non exprimi rem per se constantem, sed sententiam tantum alicuius s. aliquorum hominum, necessario coniunctivus scriptus est ubi aliorum sententiae proferuntur. Exemplo sit locus hic VI 57 *Hinc dictus Loquax qui nimium loqueretur, hinc Eloquens qui copiose loquitur.* Priore enim enuntiati parte ad eorum mentem respicitur qui Loquacis nomen invenerunt; in altero membro omnino non ratio habetur hominis qui illa voce utatur aut temporis ullius, sed de ea qua ipse scriptor est aetate agitur. Idem discrimen elucet ex V 3 *nam tum eo verbo dicebant eum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem.* Extremis verbis continetur res certa, non sententia; itaque de alio modo praeter indicativum ne cogitari quidem potest. Cfr. etiam VI 52 quae verba similiter sunt explicanda, siquidem forma *soleant* salva est: *Ab hoc tempora quod tum pueris constituant Parcae fando, dictum Fatum et res Fatales. Ab hac eadem voce qui facile fantur, Facundi dicti, et qui futura praedicinando soleant fari, Fatidici.*

V 98 *In hostiis cum dicunt Arvigam quae cornua habeat* coniunctivus scriptus est, quod agitur de voce non ab omnibus hominibus usurpata sed a paucis quorum ad mentem spectans scriptor coniunctivum indicativo praetulit. Similem esse condicionem locorum qui sequuntur apparet: V 40 *Praedia dicta item ut praedes a praestando, quod ea pignore data publice mancipis fidem praestent*; VII 14 *Signa* (dicuntur) *quod aliquid significent ut libra aequinoctium*: VI 18 *Dies Poplifugia videtur nominatus quod eo die tumultu repente fugerit populus* ubi verbo *videtur* satis significatum est sententiam prolatam non ab omnibus aeque probari. His addam ea quae leguntur

V 181 *Hinc dicuntur milites Aerarii ab aere quod stipendia facerent*[1]), ubi spectat coniunctivus *facerent* ad eam aetatem qua Aerariorum nomen usurpari coeptum est; *dicuntur* enim = „dicti sunt et etiam nunc dicuntur"; similiter V 40, cum perfecti formae *dicta* simul praesentis temporis notio insit, scriptor in enuntiato secundario coniunctivum praesentis posuit.

§ 36.
De particula *cum*

cfr. Schmalz Sy. § 268 sqq. et quos ille laudat. Ex origine particulae a pronominis relativi radice petenda cum appareat primum soli indicativo in his enuntiatis locum fuisse, etiam apud Varronem loci quidam sunt quibus ita legatur indicativus ut interpretibus offensioni fuerit; velut VII 45 *Eundem Pompilium ait* (Ennius) *fecisse flamines, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα*; VIII 39 *Quae cum ignorant sequitur ut cum analogiam dicere non possint sequi <non> debeamus.* Uterque sane locus facillimo negotio mutari potest; nec tamen quidquam obstat ei interpretationi, ut in enuntiato secundario temporalis notio remansisse dicatur[2]), altero loco ea quidem cum condicionali coniuncta. Sed II 11,9 offensio quam indicativus praebebat optime sublata est a Keilio in ed. min., interpungendo nimirum post v. *tonsa.*

Coniunctivi insolentius positi haec exempla videbantur proferenda esse: III 9,15 (prodigendae) *cum aestate tum utique cum tempestas sit mollis atque apricum* ubi non opus

[1]) Lectio verborum non satis constat. An deleta praepositone *ab* scribendum *Hinc dicuntur milites Aerarii, [ab] aere quod stipendia facerent*?

[2]) Schmalz l. l.: „Bedingung für Anwendung des Indikativs ist Wahrung der Zeit-Selbständigkeit der als Bestimmung einer andern herangezogenen Handlung". cfr. Plaut. Most. 1140 (= 1155 R.):

. . . Illum prodire pudet in conspectum tuom
Propter ea quae fecit, quom te scire scit.

Ad quem locum quod adnotat Lorenz eiusmodi locis particulae *cum* ita inesse notionem temporalem simul et causalem ut in ponendo modo indicativo priori notioni altera subordinata esse videatur: ea explicatio non diversa est a Schmalzii ceterorumque qui Hoffmannum sequuntur, si addiderimus ex temporali notione ceteras voculae notiones esse derivandas.

est putare (cfr. Schmalz § 272) coniunctivum ad exemplum optativi Graeci positum esse quo res saepius repetita, non semel tantum facta significaretur, sed sufficiet statuere enuntiato secundario non simpliciter tempus aliquod definiri, sed inter hoc enuntiatum et enuntiatum primarium similem rationem intercedere atque e. g. III 16,6 inter prius enuntiatum relativum et enuntiatum superioris ordinis (cfr. supra p. 49). Item VI 21 *quod facere solent etiam nunc multi cum dicant* etc. vocula *cum* non ad tempus solum spectat sed causam simul indicat.

Restat unus locus III 16,9 *tum id faciunt cum . . . habeant* ubi Keil Schneiderum secutus indicativum restituit. Atque cum coniunctivus explicari non posse videatur nisi ea ratione quam a Varrone alienam esse modo censuimus (coni. iterat. = opt. graec.), vix ab hac emendatione abstinere poterimus.

§ 37.

Formula *sunt qui*

(de cuius usu Ciceroniano cfr. Thielmann p. 133; vide etiam Schmalz. § 242) apud Varronem totiens fere cum indicativo coniuncta legitur quam cum coniunctivo; cfr. locos hos

I 7,7 *sunt quae non possunt vivere . . .:* V 85 *sunt qui . . . dixerunt;* V 157 *sunt qui scripserunt:* VII 45 *sunt in quibus . . . latent origines*

cum hisce: I 8 init. *sunt qui putent:* V 30 *fuerunt qui . . dixerint:* ibid. *sunt qui . . . tradiderint* [deteriores libri utrobique indic. praebent]; X 5 *sunt qui . . . putent* [*putant* Goth. et Haun.]; adde IX 59 (ubi adiectivum accedit) *perpauca sunt quae habeant* et I 2,9 *qui . . possint, adsunt.*

Saepe etiam sine verbo finito legitur *sunt qui:* cfr. V 51 *Collis Viminalis a Iove Viminio, quod ibi arae. sunt qui quod ibi vimineta fuerint. Collis Quirinalis: Quirini*[1]) *fanum: sunt qui a Quiritibus qui* etc.

[1]) Non dubitandum quin aut ante vocem *Quirini* aut post eam propter litterarum similitudinem exciderint verba *quod ibi.* cfr. Spengel ad l.

Pars II.

De elocutione Varroniana

capita quattuor.

Caput I.

De abundantia sermonis.

§ 38.

Cum apud nullum scriptorem desint exempla abundantiae cuiusdam, imprimis apud eos inveniri poterunt qui quam proxime accedunt ad sermonem vulgarem quem eiusmodi plenam elocutionem in deliciis habere etiam apud nostrates cognoscitur [1]).

Sic Cicero quo maior natu quemque librum composuit, eo magis a pleonasmis qui dicuntur abstinuit [2]); contra libellus de Bello Hispaniensi cuius auctor, si quis alius, vulgari sermone utitur, abundat pleonasmis [3]).

Omnino non adeo saepe proferuntur exempla singulorum scriptorum propria, sed longe plerumque ea quae apud multos scriptores redeunt. Sic Varronis loci qui huc faciunt, maxi-

[1]) Qua de re cfr. Segebade, Diss. Hal. IV 298. Quamquam recte monet Kühnast p. 275, saepe abundantiam quae videatur pari iure pro ubertate accipi posse, si quidem de duobus terminis similibus alterum altero qualicunque ratione immutari ac deflecti statuere possis.

[2]) Qua de re cfr. Hellmuth Act. Sem. Erl. I 165, Thielmann p. 361. In orationibus Philippicis quarum sermo etiam aliis in rebus ad priores libros propius accedit abundantiae exempla non raro inveniri docet Hauschild Diss. Hal. VI 282.

[3]) Cfr. Degenhart 'de auctoris Belli Hispaniensis elocutione' p. 2 sqq. Vide etiam Köhler 'de auct. Belli Afr. et Hisp. latinitate' Act. Sem. Erl. I 445 et (de Bello Africo) Wölfflin Arch. VI 103 sq.

mam partem eisdem finibus se continent quibus apud ceteros scriptores abundantiae genera circumscribuntur.

§ 39.

Varronis primum eos locos afferam quibus ea notio quae verbo finito iam satis exprimitur, aucta est adiectivo aut adverbio.

Incipiendi verbo additur adiectivum *primus* II 2,2: *Ego opinor, inquit, incipiam primus* quo loco alterum utrum salva sententia omitti potuit. Plane item Cic. Phil. I 8; cfr. Hauschild, Diss. Hal. VI 285 extr. Similiter nomini q. e. *initium* additur adiectivum *primum* II 4,9: *initium primum sumptum videtur;* X 11 *principia prima.* Dubius est locus hic VI 41: *Incipiam hinc primum* [*primus* cod.] *quod dicitur ago actio ab agitatu facta;* quae verba Spengel sic interpunxit: *Incipiam hinc: primum* etc. Sed ne sic quidem tollitur abundantia quae in verbis inest. Denique cum V 47 *Hinc oritur caput sacrae viae* cfr. Cic. Phil. II 20 *principium natum reperietis* [1]).

Saepe eis verbis quibus vis inest frequentativa adverbium additur eandem notionem exprimens (cfr. Schmalz Stil. § 64). Cuius usus apud Varronem haec exempla animadverti: III 16,29 *ut olim crebro Sabini factitaverunt;* III 17,5 *ut illum sciam semper in cenam pisces Puteolos mittere emptum solitum;* item in sententia negativa III 16,11 *Hos nunquam minus . . . recipere esse solitos.* In Ciceronis orationibus verbo q. e. *solere* binis locis adduntur adverbia *saepe* et *semper.*

Cadit huc etiam usus particulae *rursus* in eis enuntiatis quorum verbum finitum per syllabam *re-* incipitur. Locos congessisse video Reiterum p. 80 adn. Quod pleonasmi genus apud omnes fere auctores invenitur: apud Ciceronem (cfr. Thielmann p. 368), apud auct. belli Hisp. et belli Afr. (cfr. Köhler A. S. E. I 447), apud Cornelium Nepotem (*rursus resacrare* Alc. 6,5; cfr. Lupus 'Sprachgebr.' p. 205), alios — cfr. Kühner p. 1052 extr. qui haud improbabiliter existimat

[1]) Ceterum in hoc abundantiae genere nemo in memoriam sibi non revocabit verba Thucydidis (II 36 init.) Ἀρξομαι δ' ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον. Quamquam minime dico Varronis abundantiam pro graecismo esse habendam.

sic ortam esse hanc dicendi rationem ut cum frequentissimo in usu essent verba cum vocula *re-* composita, vis huius syllabae magis magisque evanesceret [1]).

§ 40.

Praeterea saepissime ea re abundantia efficitur quod adverbia quae idem fere significant plura ponuntur quam sententia flagitat.

Sic duplex negandi particula apud Varronem ut apud alios (cfr. Dräger § 82 p. 115; Plauti locos congessit Lorenz ad Mil. 1399) pro simplici posita est ad augendam vim negationis. Locos a Keilio ad I 2,23 collectos non opus est repetere[2]); in libris de l. l. exempla non memini me invenisse; in sat. fr. 45 legitur: . . . *non modo ignorasse me Clamat, sed omnino omnes heroas negat Nescisse*; et de vita p. R. II ap. Non. p. 532 *qua abstinentia viri mulieresque Romanae fuerint, quod a rege munera eorum nemo noluerit accipere.*

Deinde frequentissimo in usu est Varroni formula *nec non* quae arctius membra inter se conectit quam simplex particula *et* (scil. in r. r. libris, nam in libris de l. l. plane deest). His vero vocibus non raro abundanter addi similis notionis vocabulum, velut *et, etiam* etc., collectis exemplis demonstrat Reiter p. 4. Simillime formulam *neque minus* qua Varro usus est e. g. I 13,3 (*boves ex arvo aestate reducti hic bibunt, hic perfunduntur, nec minus e pabulo cum redierunt* etc.) auxit scriptor addita particula *quoque* III 1,6: *Nec minus oppidi quoque nomen indicat.* Eadem particula *quoque* cum particula q. e. *etiam* coniungitur (item in r. r. libris solum, cfr. Reiter p. 10 adn. 3; nam VI 59 *quoque* cum uno vocabulo *novissimum* coniungendum, *etiam* cum toto enuntiato): I 1,3 *et id etiam ignotissimis quoque hominibus;* I 2,14 *etiam*

[1]) Obiter adverbii appositi duo exempla quae in satirarum fragmentis exstant commemoro: fr. 471 *pergere diutius* et fr. 260 *neque post respiciens neque ante prospiciens;* cfr. *ante praedicere* apud Cic. in or. Phil., vide Hauschild p. 283.

[2]) Antea locos congesserat Reiter p. 5 adn. 4. — Non recte Schmalz Sy. § 176 ait uno tantum loco (I 69,3) apud Varronem hanc structuram inveniri. Immo huius loci aliam esse condicionem recte demonstrat Keil. in comm. ad h. l.

nunc quoque. De huius formulae notione quae et apud alios et apud Plautum non raro legitur (vide lexx.) cfr. Ribbeck, 'part. lat.' p. 24. Cicero rarissime eam admisit, cfr. Schmalz ad Reisig 'Vorles.' p. 840 adn. 613 b.

Ex eis particulis quibus interdum altera, cuius vis est similis, additur, est etiam *itaque*. Quamquam nonnullis locis dubium esse poterit, num revera altera vox abundet. Nam quod legitur I 2,19 *Itaque propterea institutum diversa de causa ut* etc. duorum vocabulorum *itaque* et *propterea* non prorsus eadem notio est, sed *itaque* vim consecutivam retinet, *propterea* causalem; *itaque* ad antecedentia te remittit, *propterea* ad ea quae sequuntur. Similiter I 13,4; II 4,5; V 112 particula *itaque* ad totam sententiam spectat eamque coniungit cum ea quae antecedit; contra verba *eo nomine, ob eam rem, propter hoc* arctissime cum enuntiati verbo finito cohaerent; vide Rössner 'de praep. ab de ex usu Varr.' p. 25.

Una autem formula interpretibus offensioni fuit. Certe Spengelio mirum videtur quod V 24 legitur: *Humor hinc. itaque ideo Lucilius . .*, adeo ut ipse locum mutandum esse censeat. At eadem verba iuncta leguntur etiam I 8,7 (*vinum non . . quaerit aquam, sed solem. Itaque ideo . . primum e vinea in arbores escendit vitis*) et I 16,5 (*Si . . a fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parant, quos habeant in villa . . ne de fundo familia ab opere discedat . . . . Itaque ideo Sasernae liber praecipit, ne quis de fundo exeat* etc.). Quibus locis cum ille de quo dubitat Spengel satis defendatur, non video cur non possit integer relinqui. Ceterum de similibus pleonasmi formis cfr. Spengel ad h. l.

Pleonasmus haud dubie exstat etiam I 27,1 *Eius* (scil. solis) *cursus annalis primum fere circiter ternis mensibus ad fructus est divisus in quattuor partis* quod genus abundantiam alias non inveni.

Praeterea de adverbiis haec adnotari velim: I 17,3 *item eodem modo;* II 1,22 *statim sine intervallo*; III 5,6 *in secluso clam.*

Cum etiam apud alios auctores saepissime res in enuntiato secundario prolata in enuntiato prioris ordinis adverbio quodam similive vocabulo breviter significetur (de Ciceronis usu cfr. Thielmann p. 362 sqq.; praeterea cfr. Schmalz § 66 = p. 574), non omnes eos locos enumerabo quibus Varro

utitur verbis *proptera quod, ideo quod* etc. Rariora videntur mihi haec esse: II 8,1 *vos ante ire non patiar, antequam . . .*; II praef. 6 *tum cum . . classibus praeessem* (=VI 95); I 2,2 *voltis interea . . usurpemus dum . . venit?* (cfr. sat. fr. 103; Cic. Phil. II 107; vide Hauschild p. 284); I 40,4 *id fit tum, antequam. . . .*

§. 41.

Sermonis cotidiani loquacitati adscribendus esse videtur usus adiectivi ad substantivum deminutivum appositi, velut II 5,11 *bestiolae quaedam minutae*, III 5,11 *rivolo tenui;* VI 8 *parvi circuli.*

Abundanter additur adiectivum q. e. *alius*: I 9,3 *de aliis generibus reliquis;* III 5,2 *cum eo adiciant praeterea aves alias quoque.* Similiter coniunguntur *omnes* et *universi* III 2,5 *omnes omnium universae Reatinae* et X 10 *de omnibus universis discriminibus.*

De formula *cuiusmodi . . fructuum genera* (IX 27) cfr. Wölfflin Arch. VI 103 et Schmalz Stil. § 67,2.

III 17,19 *minores sunt magnitudine.*

§ 42.

Sed nondum omnia exhausimus, nam etiam hoc pro abundantia accipiendum est quod II 10,9 legitur *quibus mos . . non denegavit . . ut succumberent . . et incomitatis ut vagari liceret,* item quod IX 65 scriptum est *postulant oportere.* Tamen alii quoque scriptores similia exhibent, nam Cicero structuris velut hac *conceditur ut liceat* plus semel usus est, cfr. Kühner p. 1050; item Cornelius Nepos scripsit *permitteret ut . . liceret* cfr. Lupus 'Sprachgebr.' p. 204 extr. Praeterea vide Ribbeck ad Plaut. Mil. glor. Arg. I v. 7; et Schmalz § 67,2.

Duplex verbum scriptum est etiam I 2,24 *Suscipit Stolo Tu, inquit, invides. . .* Item Livius VII 16,5 *exclamat — inquit.*

Caput II.
De sermonis brevitate.

§ 43.

Iam absoluta quaestione de abundantia, videamus eam rem quae huic opposita est, brevitatem. Qui autem recor-

datus plurimorum ellipsis generum exempla quae e. g. in Ciceronis epistulis inveniuntur, putabit eundem fructum se ex Varronis libris percepturum, spes eum fallet, nam si genera illius brevitatis Varronianae spectaveris, pauca esse invenies. Maxime vero hoc premendum est Ciceronem eorum locorum quibus brevitate in dicendo usus est, aut plurimis aut certe permultis arte et consilio eam formam usurpavisse ad augendam uniuscuiusque verbi vim atque acumen; contra Varronianas ellipses fere ad unam omnes derivandas esse ex neglegentia illa qua cum in omnibus libris componendis uteretur Varro, factum est ut sermonis cotidiani eam quoque consuetudinem apud Varronem inveniamus in qua audientibus non raro quaedam supplenda relinquuntur; cfr. Segebade, Diss. Hal. IV 298.

Sed singula videamus.

§ 44.

Atque primum quidem in libris rerum rusticarum saepissime verbi finiti persona tertia ita posita est ut subiectum desit sive deesse videatur; omnibus autem fere iis locis agitur de eo de quo omnino hi libri scripti sunt, de agricola s. domino villae. Prorsus idem omissi subiecti usus in legibus XII tabularum conspicuus est; cfr. R. Schöll in editione p. 73. Varronis exempla iam Keil. adscripsit ad I 2,21. Ipse unum locum exscribam quo ad subiectum mente supplendum spectat pronomen possessivum I 21 *Si prata sunt . . neque pecus habet, danda opera ut alienum pecus in suo fundo pascat ac stabulet.*

Eiusdem generis, etsi paullo diversa, est ea brevitas quae grammaticorum potissimum vel philosophorum sermonis videtur propria esse qui in sententiis ad universos homines aeque spectantibus (cfr. Kühner p. 1) verbi numero singulari usi quemlibet hominem subiecti loco intelligi volunt. Ego certe contendo hos Varronis locos tali ratione accipiendos esse VI 73 *Etiam Spes a sponte potest esse declinata quod tum sperat cum quod volt fieri putat: nam quod non volt si putat, metuit, non sperat* et VI 77 *. . . propter similitudinem agendi et faciendi et gerendi quidam error . . . Potest enim aliquid facere et non agere* etc. Utriusque loci

scriptura in dubium vocata erat ab interpretibus. Similiter scripsit Varro VI 55 *Ab eodem . . . Fallacia quae propterea quod fando quem decipit ac contra quam dixit facit*[1]).

Oratores simplici verbo *inquit* uti in afferendis adversarii, quem ipsi sibi fingunt, verbis (eo nimirum consilio ut sententiam sibi oppositam refellant) ex Ciceronis libris philosophicis notum est; cfr. Kühner p. 4. Sic etiam Varro IX 48: *Cum, inquit, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum* etc. O. Müller ediderat *inquiunt*.

Singulari ratione deest subiectum II 4,16: *Itaque apud Plautum in Menaechimis, cum insanum quem putat, ut pictur, in oppido Epidamno interrogat: 'quanti hic porci sunt sacres?'*

Quibusdam locis verbi finiti singularis referendus est ad animal ne id quidem expresso vocabulo antea memoratum. Sic II 1,23, postquam inde a § 21 enumeravit quibus signis pecoris morbi cognosci possint, sic pergit scriptor: *curatio autem . . haec: perfunditur aqua et perunguitur oleo . . et item cibo sustinetur* — scil. ea pecus quae morbo affecta est.

III 15,1 *Glirarium . . dissimili ratione habetur, quod non aqua sed maceria locus saepitur; tota levi lapide aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit* scil. *glis* quod vocabulum subaudiendum ex v. *glirarium;* paullo infra legitur *unde saturi fiant* scil. *glires*.

III 4,3 *Ex iis* (scil. duobus ornithonis generibus) *tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano, ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cenitaret et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos.* Ad v. *alios* supplendum turdorum nomen qui commemorati erant ubi verba fiebant de secundo ornithonis genere, nondum in ea parte quae de tertio genere est.

Denique ex voce q. e. *monimenta* intelligendi sunt ei homines quibus mortuis illa monumenta exstructa sunt VI 49: *sic* (scil. a memoria dicta sunt) *Monimenta quae in sepulcris, et ideo secundum viam quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis.*

[1]) Haec exempla omnia eiusdem libri esse, ex ceteris libris nulla suppetere, non mirum videbitur, si in memoriam tibi revocaveris disseri eo libro „*de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt.*“

§ 45.

Cum omisso subiecto ea res arcte cohaeret quod nonnullis locis duo enuntiata ita inter se coniunguntur ut brevissimo tantum spatio interposito ad alterius enuntiati verbum finitum aliud subiectum subaudiendum sit atque ad prioris; quem usum non raro inveniri apud Belli Hispaniensis auctorem monet Degenhart 'de auct. belli Hisp. eloc.' p. 13.

Apud Varronem prioris enuntiati obiectum pro posterioris sententiae subiecto accipi oportet I 1,6 *neque robigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent;* III 7,7 *quod multi in theatro e sinu missas faciunt* (scil. columbas) *atque ad locum redeunt* (scil. columbae) *quae nisi reverterentur, non emitterentur,* etsi haec verba minus dura sunt propter enuntiatum relativum quod appositionis instar ad subiectum additae cum altero membro coniunctum est. Praeterea haec exscripsisse sufficiat III 7,5 *si quae columba quid offenderit, ut medeatur, si quae perierit, ut efferatur, si qui pulli idonei sunt ad vendendum, promat;* III 16,30 sq. *a mellario cum id fecisse sunt animadversae* (scil. apes), *iaciundo in eas pulvere et circumtinniendo aere perterritae, quo volunt perducere, non longe inde oblinunt erithace . . .; ubi consederunt, adferunt alvum* etc., nam multos locos eiusdem generis collegit Keil in comm. ad II 1,4.

§ 46.

Saepissime in accusativi cum inf. structura omittitur accusativus qui subiecti munere fungi putandus est. De locis qui huc spectant primum commemoro eum qui legitur III 10,4 *Cum excudit* (agitur de ansere), *quinque diebus primis patiantur esse cum matre;* ad infinitivum *esse* subaudiendum est ex sententia subiecti loco vocabulum velut *pullos.*

Sed longe plurimis locis quibus infinitivi subiectum deest multo facilius quam hoc loco suppletur, cum plerumque tertiae personae pronomen pro subiecto accipiendum sit. Qua ellipsi nihil esse frequentius in sermone vulgari, inde cognoscitur quod apud poetas comicos saepissime invenitur, ut accuratissime distinctis singulis formis exposuit A. Funck, J. Jahrb. 121,725. Cum autem apud Plautum etiam primae secundaeque

personae pronomina desint, apud Varronem non omittuntur nisi tertiae; neque id mirum profecto, nam in libris de l. l. omnino fere nunquam (si cum Plauto confers librorum indolem), in r. r. libris rarissime facultas se offerebat primae secundaeve personae adhibendae in accusativi c. inf. structura.

Supplendum autem est, ut ex iis locis incipiam quibus subiectum infinitivi idem est atque enuntiati regentis, pronomen *se* (singul.) his locis: VIII 42 *non posse iudicare;* IX 115 *quod pollicitus est* (se esse) *daturum;* III 7,10 *daturum* (se esse) *negavit;* I 69,2 etc.; *se* (plur.): III 16,11 *cum dicerent velle exspectare.* Ut transeam ad eos locos quibus subiecta verbi finiti et infiniti diversa sunt, infinitivi subiectum non expressum est I 69,2 *ille flens narrat . . . percussum cultello* (eum) *concidisse:* II 10,9 *quem non peperisse, sed invenisse* (eam) *putes:* V 165 etc.; item in plurali VIII 42 *alterum* (eos) *ignorare;* V 6 *reperiet . . . esse commutata* (ea, scil. verba); I 2,8; II 1,15; II 9,14 init.; III 16,24; VIII 7 etc. Sed haec satis trita.

Interdum subiectum infinitivi intelligendum est ex enuntiato secundario, velut I 36 *haec fieri oportet. de segetibus, siqua est aqua,* (eam oportet) *deduci:* I 37,5 . . *ut Theophrastus scribat Athenis in Lyceo, cum etiam nunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse;* item II 1,27; III 16,22.

§ 47.

Obiectum verbi transitivi mira brevitate usus omittit scriptor II 7,9 . . *cum descendenti* (equo) *dempsisset ab oculis* scil. vittam qua equi caput obvolutum erat; quamquam huius ipsius vittae minime antea mentio facta est; haec enim praecedunt: *cum eum* (i. e. equum) *capite obvoluto auriga adduxisset.*

§ 48.

Dura plerumque brevitas efficitur omisso nomine e quo genetivus qui solus scriptus est suspensus esse putandus est; cfr. Keil. ad III 16,7 *qui eius* (scil. opus) *conetur disturbare*; item VI 12 *Dicam prius qui deorum causa, tum qui hominum sunt instituti*; V 128 *ubi in eiusmodi duo, Bisellium dictum,* quae verba cum O. Müller sic intellige: „ubi in eiusmodi subsellio sedent duo etc.“; X 33 etc.

§ 49.

Nota est brevitas in usu particulae *quam*; cfr. II 4,4 *si potius ex his locis ubi nascuntur amplae quam* (intelligendum: ex iis ubi nascuntur) *exiles, pararis*; item V 4 ubi in priore membro integra, in altero brevior structura legitur: *recto casu cum dicimus Inpos, obscurius est esse a potentia quam cum dicimus Inpotem; et eo obscurius fit, si dicas Pos quam Inpos.* Paullo aliter II 2,19: *harum* (= ovium pellitarum) *praesepia ac stabula ut sint pura, maiorem adhibent diligentiam quam hirtis.*

§ 50.

Extremo in hoc capite loco pauca addam de ea brevitatis forma quae appellari solet zeugma, quam apud Varronem non raro inveniri non mirabimur, cum ne ei quidem auctores eam evitaverint qui summa cum diligentia elocutionem perpoliverunt, cfr. Kühner p. 1047,10.

I 2,14 *vilicus . . appellatus a villa quod ab eo in eam convehuntur fructus et evehuntur* (scil. ex ea) *cum veneunt;* I 16,6 qui locus cum ceteroquin simillimus sit, ea re differt quod non in posteriore sed in antecedente membro loci mentio desideratur: *si viae sunt . . . aut flumina proprinqua . . . quibus utrisque rebus evehi atque invehi ad multa praedia scimus* — ad *evehi* subaudi: ex praediis; III 3,6 *omnibus tribus his generibus sunt bini gradus, superiores quos frugalitas antiqua, inferiores quos luxuria posterior adiecit.* Hoc adiciendi verbum de altero solum membro recte dicitur.

Ex verbo cuius notio satis angustis limitibus inclusa est, in altero enuntiato simile verbum, ampliore tamen vi praeditum, subaudiri oportet I 17,2 *gravia loca utilius esse mercennariis colere quam serris, et in salubribus quoque locis opera rustica maiora* (scil. facere); cfr. Kühner p. 1046,6. Similis brevitas conspicua est I 20,2 *tum ita subigendum ut minutatim adsuefaciant et ut tironem cum veterano adiungant . . . et primum in aequo loco et sine aratro, tum eo levi, principio per harenam aut molliorem terram;* III 8 med: *infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes* (scil. interesse oportet).

Ex praecedente verbo negativo supplenda est verbi notio positiva I 12,3 *Vitandum, inquit, ne in eas partes*

spectet villa . . . nere in convalli cava et ut potius in sublimi loco aedifices, et VI 56 *Hunc Chrysippus negat loqui sed ut loqui:* qui usus ex Ciceronis scriptis satis notus est, cfr. Kühner p. 1045,4. Seyffert ad Cic. Lael. p. 387. Madv. ad Cic. Fin. II 25. Hofm. ad Cic. Epp. I p. 112.

Ex verbo passivo ad alteram sententiae partem forma activa transferenda est III 3,5 . . *piscinae dulces fieri coeptae et e fluminibus captos recipere ad se pisces.* An scribendum *recepere* cum Keilio accepta editionis Aldinae scriptura?

Caput III.
De collocatione verborum.

§ 51.

De verborum collocatione cum nostris fere demum temporibus accuratius quaeri coeptum sit, mirum quantum vel de iis rebus quibus quasi fundamentis tota disputatio nititur, diversae sententiae atque adeo plane inter se pugnantes prolatae sint. Qua re ut videtur commoti fuerunt qui — ut omnes nimirum dubitationes funditus tollerent — imprimis vetustissimos quosque auctores deinceps perlustrantes singulas res ad verborum ordinem pertinentes numerorum rationibus exprimerent. Prae ceteris autem grammaticos allexit attributi collocatio in qua disquirenda summam operam complures contulerunt. Nec tamen fructus ut mihi certe visum est laborem aequavit, sed dum dissecantur tali modo, quo isti usi sunt, orationis particulae, vires ac vita ex linguae corpore plane excesserunt. Nam ut omnino scriptorum propria dicendi consuetudo quam maxime fieri poterit ita explicanda est ut ex ipsius hominis indole et moribus causa repetatur, sic tunc potissimum, cum singulari ratione verba aut collocavit aut collocavisse videtur, unoquoque loco quaeri debebit quo consilio hunc ordinem illi praetulerit.

Praesertim — ut ad Varronem transeam — in librorum de l. l. eis partibus in quibus de vocabulorum originibus exponitur non solum structurae et formae verborum inveniuntur a Varronianae aetatis sive omnino a linguae Latinae usu diversae, paene dicas inauditae, sed etiam in collocandis

verbis non raro sollemnem ordinem reliquit, id nimirum agens ut duo illa nomina quorum alterum ex altero originem ducere legentes edocet quam proxime inter se apponat.

Itaque VI 15 cum legatur *Fordicidia a fordis bubus. Bos forda quae fert in ventre* non sufficiet adnotasse adiectivum q. e. *fordus* hic antecedere nomini substantivo, illic sequi, sed ipsa sententia postulabatur, ut in priore membro a vocabulo q. e. *Fordicidia*, in altero a *ferendi* verbo quam minimo intervallo distaret. Eadem de causa II 1, 11 *omnis pecuniae pecus fundamentum* genetivus a nomine e quo pendet separatus est. Similiter VI 5 *ab eo res dictae dubiae creperae* adiectivum *dubiae* propterea a vocabulo *res* divellitur ut ad vocem *creperae* apponi possit. Cum autem utrumque adiectivum prematur, duri aliquid in sermone inest (sed efficax est haec ipsa durities), cum in perpolita elocutione ita vocabula disponi soleant, ut atona bene dispersa sint per vocabula cum sono pronuntiata; cfr. Seyffert-Müller ad Cic. Lael. p. 49 etc.[1]).

Sed haec pauca sunt ex nube exemplorum quae ostendunt quantopere verborum collocatio perspicuitati orationis inserviat.

§ 52.

Nam in graeca lingua et in latina cum verborum ordo non tam angustis limitibus definitus sit quam in eis linguis quibus huius aetatis populi utuntur, tamen — an dicemus rectius: propter hanc ipsam causam quod in illis ordo verborum magis ex scriptoris arbitrio pendet quam ex legibus usu communi sancitis — haec libertas pro summa virtute ducenda est. Mutata enim verborum collocatione etiam sententiam paullo immutari posse (mutatur scil. vis singularum

[1]) Non minus perspicuum est cur II 3,5 pro ordine grammatico *nemo sanus* (sic enim fere semper Cicero, cfr. Mergueti lexicon) contrarium ordinem posuerit *capras sanas sanus nemo promittit.* Talis enim lusio in eiusdem vel similis radicis vocabulis bene cum Varronis indole congruit, cfr. e g. I 37,4 *videt . . dolium ac modium* (similiter nos „Kisten und Kasten"); III 2,11 *quid enim refert utrum propter oves an propter aves fructus capias?* multa alia. Non raro sane eiusdem stirpis voces non consilio sed neglegentia repetitae sunt, velut I 31,2 *primum ac secundum . . . relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus* etc.; II 7,9 (*adducere*); VIII 39 (*sequi*) etc.

sententiae partium) facile intellegitur. Omnino autem apud scriptores antiquos verborum collocationi vim inesse a nostrae aetatis linguis plane diversam primus copiosius demonstravit Nägelsbach in libro egregio (Stilist. § 166 sqq). Qui coniunctam esse ostendit collocationem verborum in lingua latina (et in graeca quoque, sed ea nihil ad nos) cum ea sermonis proprietate ut tota elocutio in antithetis versetur. Iam vero duarum rationum quibus membra opposita inter se respondere possunt, quas chiasmi et anaphorae nominibus breviter significavit Nägelsbach, cum cuiuslibet auctoris unumquodque fere enuntiatum exempla exhibeat: si quis ad unum omnia ea colligere et per genera distribuere instituat, ad ipsam figuram explicandam pauca conferre poterit; id tantum hoc munere suscepto certius poterit definiri, utram quisque scriptor formam alteri praetulerit.

§ 53.

Ad Varronem quod attinet, cum non eadem diligentia perpolita sint eius opera, singularum partium usus separatim tractandus erit. Quantum nunc iudicare mihi licet — nam si totam rem ad finem perducere voluissem, hac una quaestione continere me debebam — parallelismus (hoc enim nomine rectius utemur quam anaphorae; cfr. L. v. Jan, Blätter für bayr. Gymnas. III 272) etiam apud Varronem saepius invenitur quam chiasmus. Exempla abundant; paucissima exscribam:

III 1,4 *et in pace a rusticis Romanis alebantur*
et in bello ab his ducebantur;

III 5,14 *quibus aqua ministratur per canaliculum,*
cibus obicitur sub retem;

III 17,4
u' P. et c... loculatas m. habent arculas ubi discolores sint cerae,
sic hi loculatas habent piscinas ubi dispariles discl.h. pisces;

V 109 *ut crudum nimium habet humoris*
sic excoctum parum habet suci;

VI 96 *Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura,*
de pluribus rebus verba faciam pauca;

VII 17 *neque hic locus est terrarum medius,*
neque noster umbilicus est hominis medius.

Quantopere his locis omnibus verborum vis augeatur ea re quod et numerus in utroque membro idem plane est et eadem vocabula aut certe simillima easdem sedes tenent, ita perspicuum est ut hic adumbrasse satis habeam.

§ 54.

Sed cum appareat, si nimis saepe adhiberetur haec forma in qua quaterna vel quina membra tali modo inter se respondent, fore ut legentes summopere fatigarentur, eam ita variare feliciter studuerunt scriptores, ut cum chiasmo eam coniungerent. Cfr. de hac re praeter Nägelsbachii librum (§ 169) etiam K. Meyeri progr. Magdeb. 'Wort- und Satzstellung bei Sallust' 1880 p. 23. En figurae, cuius genera paene innumerabilia, pauca specimina:

X 39 *Si homines sustuleris, sodales sustuleris, . . .*
sic item si sustuleris λόγον. sustuleris analogon:

VI 27 *sic dicto quinquies 'Kalo Iuno Covella'* a b c
septies dicto 'Kalo Iuno Covella' | b a c

V 88 *C. qu. ut in villa ex pluribus tectis coniungitur* a b c d e f
sic hic ex manipulis pluribus copulatur a b c e d f

similiter V 147 *ut quidam scribunt quod ibi fuerit hortus*
alii quod ibi domus fuerit;

V 124 *qui v. d. ut minut. funderent, a g. G. app.,*
qui sumebant minut., a s. S. nom.;

I 5,4 *ad solis circumitum annuum* | a b c
ad lunae menstruum cursum | a c b

item III 16,28; VIII 49;

VI 42 *orator agere dicitur causam* a (bc) d
et augures augurium agere dicuntur a d (bc)

V 5 *quem puerum vidisti formonsum,* a b (cd)
eum vides deformem in senecta | a (cd) b

item I 19,1 *ad iugera CC arvi boum iuga duo* a (bc) : (bc) a

§ 55.

Chiasmi igitur formae cum anaphora coniunctae in bis ternis minimum membris locus esse potest. Nonnulli autem inter locos allatos cum ita comparati sint ut complura membra pro singulis accipi liceat (velut in extremo exemplo *iugera CC* et *iuga duo*), eos eodem iure simplicis chiasmi exemplis ad-

numerabimus. Quae figura ea re insignis est quod graviora membra in utraque parte contrarias sedes obtinent. Sic numerus in altero enuntiato ascendit, in altero descendit, et unde profecta est eo redit oratio. Solet autem haec numeri diversitas ita augeri et quasi clarius proponi ut sine particula copulativa duo membra iuxta ponantur. Mihi certe in chiasmi figura coniunctiones saepius omitti quam addi visae sunt.

Quamobrem cum parallelismus propter membrorum aequitatem id efficiat ut oratio tranquilla quidem et constans currat, sed hac ipsa constantia animum audientis commoveat, chiasmus mutato singularum partium propositionis ordine non solum sermonem variat, sed etiam sententiae discrimen perbene illustrat.

§ 56.

Frequenti in usus chiasmus est cum quattuor membra inter se opponenda singulis verbis efficiuntur, velut III 5,17 *lucifer interdiu, noctu hesperus*; V 166 *Ubi lectus* [nam Spengeli coniectura: . . *ibi. lectus* videtur infelix esse] *mortui fertur, dicebant Feretrum nostri, Graeci φέρετρον*[1]). In eiusdem generis sententia duo membra interiora ita amplificata sunt ut enuntiatis secundariis efficiantur I 2,1 *rogatus ab aedituno ut dicere didicimus a patribus nostris, ut corrigimur a recentibus urbanis, ab aedituo,* quocum loco cfr. hunc qui simillime conformatus est II 8,3 *Arcadico ut antiqui dicebant, ut nos experti sumus Reatino.* In utriusque autem exempli enuntiatis secundariis animadvertas aequum membrorum ordinem, praesertim priore loco.

§ 57.

Multo rariora sed etiam sic satis multa sunt exempla chiasmi in membris quae particulis coniunguntur, sive simplicibus velut III 16,17 *frigore hieme et aestate calore;* V 144 *propter colorem suis et loci naturam;* V 145 *quo conferrent suas contro-*

[1]) In simillima re parallelismus est V 36 *haec etiam Graeci νέμη, nostri nemora.* Propter particulam *etiam*, ut videtur, L. Spengel ante v. *Graeci* inseri voluerat *quod.* Non necessaria est mutatio, si Varronem simpliciter scribere voluisse statuerimus *haec etiam nemora;* post vero ita sententiam eum mutasse ut simul originem nominis addere constitueret. nec lenis inconcinnitas. Cfr. quae p. 16 init. diximus de loco III 7,2.

versias et quae vendere vellent quo ferrent; V 153 *fertur pompa et equi currunt;* sive correlativis ut V 30 *et suum Etruria et Latium suum esse credit:* respondent etiam inter se, ut chiasmum efficiant, enuntiatum inferioris ordinis et enuntiatum primarium: X 46 *quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, sic quarta ad septumam respondet.* Sed haec omnia satis trita minimeque unius Varronis propria.

§ 58.

Quanto autem saepius parallelismus quam chiasmi forma etiam apud Varronem inveniatur ut perspicuum fiat, parvam operis Varroniani partem inspicere sufficiet. In initio libri octavi de l. l. (§ 1—10) ex paucis quae leguntur chiasmi exemplis dimidia fere pars cum parallelismo coniuncta est, quam formam ab omnibus scriptoribus ad variandum sermonem frequentissime usurpari supra monuimus.

Proprium enim chiasmi exemplum fere non legitur praeter § 1 *propago . . secunda quod prius illud unde ea* duosque paragraphi decimae locos *uno . . loco alligare possis . . vel aliud . . quod cum altero potest colligari* (deinde rursus *colligare possumus*) et verba nondum sane omni ex parte ut videtur emendata *cum fulmentum* (sic Sp., *fulmen tunc* Flor.) *ex una syllaba illud ET maneat unum.* Denique § 10 init. e coniectura Scioppii *quarum rerum usus erat simplex, <simplex> ibi etiam vocabuli declinatus.*

Ad variandum autem parallelismum chiasmi forma adhibetur in § 8 *nihilominus declinari potest ab eo quod imposierunt scopae, scopa, quam si imposuissent scopa, ab eo scopae;* § 9 *unum* (scil. genus) *fecundum, quod . . multas ex se parit disparilis formas . .; alterum genus sterile quod ex se parit nihil;* § 10 *Et in his rebus quae sunt nomina . . et in his rebus quae copulae sunt;* denique § 7 *voluisse enim putant singularis res notare, ut . . .; sic mares liberos voluisse notari ut.*

Restat ut parallelismi exempla enumerem, primum ea in quibus duo illa membra pari verborum collocatione insignia etiam propter parem vim ac notionem coordinata sunt.

§ 1 *prima pars quemadmodum . ., secunda quo pacto . .. tertia ut . .;*

ib. *rectum Homo, obliquum Hominis;*

§ 3 *alterum horum diceretur Priamus, alterum Eculia:*
§ 5 *alterum ut fons, alterum ut rivus;*
Impositicia n. c. r. quam paucissima, quo citius ed. possent,
declinata quam plurima, quo facilius . . dicerentur;
§ 6 *Ad illud genus quod prius, historia opus est,*
ad reliquum genus quod posterius, ars;
§ 10 *In qua domo unus servus, uno servili opust nomine,*
in qua multi, pluribus.

His locis membra non inter se coniunguntur particulis, sed sine copula iuxta ponuntur.

Multo rarius legitur particula: § 3 *quodammodo eadem dici et non eodem tempore factum;* § 10 *omnis binos consules . . . vel diem amplius omnia nomina, atque adeo etiam omnia verba.*

De duobus membris alterum alteri subiunctum est:
§ 4 *ut ab Aem. homine[s] orti Aemilii ac gentiles,*
sic ab Aem. nomine declinatae voces in gent. nom.;
§ 6 *qua enim ratione in uno vocabulo declinare didiceris,*
in infin. num. nominum uti possis;
§ 10 *in qua domo unus servus,*
uno servili opust nomine.

Denique duo membra in parallelismi forma posita uno enuntiato continentur § 1 *prima parte exposita de secunda incipiam hinc.*

Haec de parallelismo et chiasmo.

§ 59.

De his duabus figuris ubi disserit Nägelsbach (§ 167,4), simul docet non raro inter duas voces aequi ordinis inseri tertiam vocem ad utrasque pari ratione referendam[1]). Ortam autem hanc collocationem esse putat ex chiasmo in quo de duobus membris interioribus eodem vocabulo effectis alterum (sive prius, sive posterius) omissum sit. Rectius autem credo Schmalz Stil. § 44 monet effici hoc modo variationem iucundam inter elationes et positiones (ἄρσεις et θέσεις). Haec igitur collocatio non singulorum scriptorum propria est sed totius linguae latinae: certe etiam Varro nubem exemplorum

[1]) De Cicerone cfr. Seyffert-Müller ad Lael. p. 12; de Livio: Kühnast p. 324 n. 180; de Cornelio Nepote: Lupus Sprachgeb. des C. N. p. 191.

exhibet quorum nonnulla Keil affert in comm. ad I 20,5 *in confragoso enim haec ac difficili valentiora parandum.*

§ 60.

Item ubi duo membra particulis correlativis inter se coniunguntur, nonnunquam vocabulum quoddam, quod cum ad sententiam non magni momenti sit sine accentu pronuntiatur, inseritur inter alterius utrius membri particulam correlativam et eam vocem quae alteri opponitur[1]); e. g. II 2,7 *non enim solum uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas*; II 10,3 *qui non solum pecus sequi possint sed etiam a bestiis ac praedonibus defendere* (cfr. sat. fr. 208 *non modo eos spectemus sed et imitemur*). Similiter III 17,2 *Potius marsippium domini exinaniunt quam implent.*

Formula (*non*) *tam — quam* — bis sic usurpatur ut de duobus membris inter se oppositis alterum ante v. (*non*) *tam* ponatur, cum vox post *tam* posita pariter ad utrumque membrum pertineat; IX 22 *indoctis non tam irascendum quam . . patronis* et I 61 init. *amurcam periti agricolae tam in doleis condunt quam oleum.* Certe in legendo post v. *quam* utroque loco primo obtutu mecum exspectaveris vocabulum quod voci *irascendum* s. *in doleis* respondeat; in colloquendo dubitatio omnino esse non potest propter plane diversam pronuntiandi rationem.

§ 61.

Ut supra (§ 27) breviter adumbravimus, Varro in enuntiatis relativis et coniunctionalibus eam verba collocandi rationem summopere in deliciis habet ut coniunctionem s. pronomen relativum a prima sede removeat. Cuius usus quo vix quicquam frequentius apud Varronem, cum omnia exempla minime possim exhaurire, satis habeo commemorasse in primo r. r. libro XV locis hunc ordinem esse in enuntiatis relativis, XII in interrogationibus obliquis, XV in enuntiatis finalibus (*ut, ne*); duodecies agitur de coniunctione *cum*[2]), quater de particula *quod*, ter de coni. *ubi.*

[1]) Cfr. Cic. ad Att. V, 18,2 et *nostra mansuetudo et abstinentia* — scil. *nostra* ut intelligit Nägelsbach chiasmo usus structurae originem explicans.

[2]) Quod dicit Schmalz Stil. § 44 particulam *cum* etiam tum a prima sede removeri si aliud sit subiectum enuntiati primarii, aliud inferioris:

Conferre iuvat Ciceronis usum. In eius de amicitia libro quae eiusdem collocationis exempla inveniuntur, ea partim collecta sunt in editione quam curaverunt Seyffert et Müller (pag. 97 init.). Omnibus collectis invenies eam collocationem usurpatam esse

ter	in particula	*cum*	§	16, 48, 94
ter	„ „	*si*		14, 28, 54
bis	„ „	*ut*		64, 87
semel	„ „	*ne*		99
semel	in enuntiato relativo			19.

Ad hos decem locos ei accedunt quibus collocatio illa non numero verborum sed sententia flagitabatur, praesertim in interrogationibus obliquis velut § 80 *Haec vis amicitiae qualis et quanta sit*. Sed etiam si omnes hos locos includerimus, summa vicenarium numerum non excedet. Iam vero cum Varronis liber quem contuli in Keilii ed. min. versus 1858 contineat, Ciceronis Laelius in eadem ed. Teubn. 1242, hic fere ad amussim duas partes illius aequat. Quamobrem collocatio de qua dico si apud utrumque aeque multis locis pro portione usurpata esset, in Varronis libro tricies fere inveniretur. Revera ut vidimus invenitur plus sexagies. Itaque si hinc profectis legem statuere licet, in aequis partibus singulis traiectionis exemplis Ciceronianis apud Varronem bina exempla respondent. Omissis autem eis locis quibus collocatio illa ad sententiam necessaria erat, cognoscemus inter Ciceronis Varronisque usum eam fere rationem intercedere quae intercedit inter primarium numerum et quaternarium.

Ex epistulis Ciceronis huius collocationis exempla adscripsit Hofmann I p. 167.

§ 62.

Etiam verbum finitum saepius apud Varronem quam apud alios scriptores a sua sede i. e. a fine propositionis

inter duodecim locos Varronis unus est quo subiectum enuntiati secundarii coniunctioni antecedat: I 46 *horum enim folia cum converterunt se;* saepius antecedit nomen praedicativum.

Ceterum pronomen relativum similiter collocatur apud Plautum Lucretium Ciceronem Livium (cfr. Kühnast p. 313), saepe apud Apuleium, vide Schmalz l. l. De Varrone cfr. etiam Heidrich 'Varroniana' p. 26.

motum paenultimam in enuntiato sedem tenet. Contuli praefationem libri secundi[1]) cum epistula Ciceronis quae eundem fere numerum versuum continet, ad Att. I 5. Qua in epistula cum 42 fere locis verbum finitum ultimo loco positum sit, circiter 22 locis autem eis enuntiati partibus antecedat quae ex illo pendent, apud Varronem quindecim fere prioris generis locis circiter 25 respondent alterius generis. Accuratiora ex hac tabula cognoscentur.

Cum verbo finito coniungitur:	Verbum finitum apud Ciceronem		apud Varronem	
	antecedit	sequitur	antecedit	sequitur
Infinitivus	2	7	1	4 locis
Accusativus cum infinitivo	8	3	2	—
Participium	3	6	1	—
Adiectivum	4	4	—	4
Subiectum	4	17	7	8
Obiectum (Accusativus)	2(1)	12	8	12
Dativus	2	8	2	4
Ablativus	—	—	1	4
Ablativus absolutus	—	—	1	—
Adverbium	1	3	3	4
Praepositio cum substantivo	3	20	12	12
	29	80	38	52 locis[2]).

Exempli igitur causa part. perf. pass. cum copula coniunctum cum novem locis apud Ciceronem legatur, tribus locis copula antecedit, sex locis sequitur; contra Varro uno loco quo copulam non omisit — quater enim ex consuetudine sua participium sine copula posuit (§ 4 *id quod in agro natum*; § 5 *quae factum ut nascerentur*; *quae nata ex pecore; ad id pecus appositum*) — scripsit (§ 2): *sunt consecuti.*

[1]) Hanc particulam elegi quod et in ea componenda (ut omnion in prooemiis) plus operae quam in ceteris a scriptore collatum est et ex ea sermonem vere Varronianum cognosci licet integrum, cum multis aliis locis dubium sit, quatenus ex auctoribus quibus usus est Varro non solum res sed etiam verba in suum librum transtulerit.

[2]) Summa ut maior eveniret numeris supra indicatis, inde factum est, quod multos locos plus semel in rationem introducere debui, e. g. § 4 *docuerunt pastores progeniem suam* propter collocationem et subiecti et obiecti.

Obiectum duodecies apud Ciceronem, toties apud Varronem ante verb. fin. locum tenet; quibus autem post verbum positum sit, octo loci sunt apud Varronem, duo vel (ut § 2 *placarem ut fratrem* etc., ubi *fratrem* appositio potius est quam obiectum, omittam) unus apud Ciceronem: § 3 *cui dare litteras possem*, ubi hanc collocationem praetulisse potest ut clausulam dactylicam („*litteras dare possem*“) evitaret[1]). Varro cur in § 1 sollemnem ordinem mutaverit (*praeponebant rusticos Romanos urbanis*), patet; item in § 4 (*ex segetibus fecit prata*); etiam in § 5 (*habere utramque . . disciplinam*) scil. propter genetivos qui sequuntur, ex v. *disciplina* pendentes; non aeque perspicuum est his locis: § 2 *se habere villam; vocent loca;* § 4 *docuerunt progeniem; condiderunt urbem; habet praedium.* Omisi in numeris statuendis § 5 *pabulum compescere quam vendere magis expedit* et § 3 *frumentum locamus qui nobis advehat* propter singularem horum locorum condicionem.

Similiter substantivum ex praepositione pendens vicies apud Ciceronem verbo finito antecedit, tribus tantum sequitur, his nimirum: § 2 *quod ad me scribis de sorore tua*, ubi verba *de sorore tua* premenda erant[2]) (poterat etiam scribi *de sorore quod . . scribis* cfr. § 4 *de Acut. negotio*); § 4 *grave duxi scribere ad te de illius querimoniis* propter chiasmum; § 5 *quae dicenda fuerunt de te* fortasse quod inter

[1]) In orationibus certe anxie eam evitatam esse a Cicerone, subtili commentatione demonstravit G. Wuest in Diss. Arg. VII. Varronem his rebus operam non dedisse et ex ingenio ipsius Varronis concludes et libris inspectis facile cognosces. Nam multa frustula in numeros redigi posse obiter commemorat Riese in praef. ad. Varr. sat. Men. p. 56. Cfr. e. g. I 13, 6 *quae nunc sunt pleraque contra;* II 1,14 *tertia pars est quo sit seminio quaerendum* (= versus herous Ennio sane dignior quam arte Ovidiana); VI 39 *immanem verborum expediat numerum* (= versus pentameter). In III 16 hae insunt clausulae: § 6 *omnia pura;* § 7 *disturbare, resistat;* § 15 *figuram imitentur earum;* § 23 *esse inliciendi; admixto apiastro;* § 24 *carpere dicunt;* § 26 *e rore marino.* Sed nolo his nugis tempus terere.

[2]) Propter eandem causam in epistulis non raro haec est collocatio verbi q. e. *scribere.*

Ceterum ut ubique sic etiam in his membris collocandis numeri ratio habita est, e. g. ad Att. I 3, 3 *is me accusare de te solebat* ubi praeter exitum dactylicum id quoque evitandum erat, ne quattuor deinceps monosyllaba coniungerentur.

se opponuntur *dicenda fuerunt* et *contendendum est*. Apud Varronem omisi § 6 *in Apulia oviarias* etc. quod ea verba appositionis instar addita sunt sine verbo finito; contra § 1 *qui in agro versantur in aliquo opere faciendo* bis ut debui numeravi (cfr. p. 44 adn. 1).

Ut ad obiecti collocationem redeam, latissime apud Varronem is ordo patet ut obiecto, si adiectivo auctum est, verbum finitum includatur, neque obiecto solum sed quovis substantivo cum adiectivo coniuncto. Loci de quibus dico sunt hi: § 2 *urbana desiderarent gymnasia;* ib. *vocabulis retineant graecis;* § 6 *pecuarias habui grandes*; ib. *pec. habui in Epiro magnas*, iterumque laudandus hic locus § 5 *habere utramque debet disciplinam.* Omitto § 2 *quod dum servaverunt institutum* propter pronomen relativum. Contra in Ciceronis epistula (cuius in fronte quae leguntur *quanto fructu sim privatus et . . et . .* praetereo, quod adiectiva non arcte cum nomine cohaerent sed explicandi causa addita sunt) duobus tantum locis adiectivum a substantivo separatum est (ac ne sunt quidem propria adiectiva, sed numerale et pronomen possessivum) § 4 *unas mihi scito litteras* etc. et § 5 *ex tua putabam voluntate;* quibus locis verba exscripta initium enuntiati efficiunt, cum apud Varronem verbum finitum semper paenultimam sedem teneat, nomen cum adiectivo ultimam et antepaenultimam[1]).

§ 63.

Varronem singulari ratione amare in comparativis eam verborum collocationem ut comparativo id membrum praemittat quod ex particula *quam* pendet, neminem fugit. Locos quibus hic ordo invenitur collegit Reiter p. 67. Idem ordo verborum etiam apud alios scriptores legitur, e. g. Plaut. Trin. 903 et 904; Cic. pro Mil. 9 extr. etc.

Addi poterit praeter eos locos quos Reiter p. 67 adn.

[1]) Eandem verbi finiti collocationem apud Apuleium frequenti in usu esse monet Schmalz Stil. § 45, 2. Idem quod dicit § 44: „Während Cicero die Trennung von Subst. und Attribut nur durch einfache oder präpositionale Kasus-Bestimmungen gestattet etc.“ non intellego num verbo finito utrasque voces separari posse neget. Nam separantur, etsi raro, ut vidimus.

adscripsit etiam I, 24,1 (*agrum oliveto conserendo, nisi qui in ventum favonium spectet et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse* ∼ Cato 6,2 ubi deest *nisi*).

Caput IV.

De colore sermonis Varroniani.

§ 64.

Res a Varrone in libris superstitibus tractatae cum vix tales essent ut in eis enarrandis scriptor specioso sermone uti posset, tamen rerum rusticarum libros ea arte composuit ut materiae vilitatem scribendi genere satis compensaret. Huic studio obsecutus dialogi formam sterili praeceptorum tabulae praetulit; singulis libris adhortationes ut ita dicam praemisit quibus quanto vita rustica urbanae vitae praeferenda sit venuste exponit, atque in his operis partibus ne sermonis quidem elegantiam desiderandam reliquit; nominibus eorum quos colloquentes facit ita ludit ut ad res tractandas referat; Scrofa enim de suillo genere disserit, Vaccius de bubus etc. et diligenter id curavit ut in colloquio ad proximam partem transeuntes lepide atque urbane, saepe etiam facete se exciperent. Nonnunquam sane scriptoris neglegentia factum est ut dubium maneat quae singulorum partes sint, praesertim in primo libro in quo omnino colloquentium personae multo minus distinctis finibus circumscriptae sunt, cum eorum nomina et res exprimendae vinculo associationis (ut recentioris aetatis vocabulo barbaro utar) non cohaereant[1]). Cfr. Zahlfeldt 'Quaestt. crit. in Varr. rer. rust. libros'. Eiusdem neglegentiae est quod hoc illove loco partitionem a Varrone anxie indicatam non observatam videmus.

Haec de universa librorum compositione. Praeterea occasione data narratiunculas inserit ad vitam suam, ad itinera

[1]) Eo minus verisimile est Varronem singulorum qui colloquii participes sunt sermonem a ceteris diversum conformare studuisse, id quod e. g. in dialogo de oratoribus, in Ciceronis de oratore libris etc. apertum est. Non igitur opus est apud Varronem huius rei ullam rationem habere.

quae suscepit, ad munera quibus functus est spectantes; veteres leges scriptor in litteris versatissimus commemorat, dicta poetarum, ἔπεα πτερόεντα, laudat, nec popularia proverbia despicit. Denique quantum posset orationem studuit variare et quasi anima ac vita induere.

Exemplis haec omnia illustare et confirmare non opus esse censeo; de una re quae ex hoc genere est pauca adnotabo, de translationibus.

§ 65.

De translationibus.

Non id quod notum est repetam tam amplos fines esse metaphorarum, ut omnia fere vocabula quae abstractorum nomine complecti solemus, ex hac figura originem duxerint, sed de eis dico quae nondum adeo usu trita sunt, ut metaphorae natura evanuerit.

Medium locum inter haec duo genera is usus tenet qui latissime patet apud Varronem, scil. ut rerum vocabula subiecti loco posita cum verbis agendi coniungantur quae propria sensu nisi de hominibus dici non possunt. Hunc usum tractavit W. Bock 'subiecta rei cum actionis verbis coniungendi usus etc.' et exempla Varroniana apud eum magnam partem totius commentationis efficiunt. In disponendis locis ex substantivis profectus est Ahlénum impugnans qui per agendi verba exempla disposuerat. Bockii ratio quae nonnullis in partibus haud dubie probanda est velut in ea qua res ab antiquis divina indole praeditas complexus est (*natura*, *fortuna* etc.) quam recte in tota disputatione adhibita sit, inde cognosce quod loci quos separari omnino non licet apud illum undique conquirendi sunt; velut, ut ex nube exemplorum unum eligam, I 13,2 *haec enim* (scil. plaustra etc.) . . *furem modo non metuunt* ~ I 22,6 *quae enim res cotidie videntur, minus metuunt furem.*

§ 66.

Ad proprias autem translationes recte intelligendas nunquam praetermittendum est Varronem egregia poetae indole praeditum fuisse; unde non raro difficile est sermonem poe-

ticum discernere a translato. Alia pro proverbiis potius habebuntur quam pro metaphoris.

His et similibus rebus (e. g. propriis comparationibus) omissis quae remanent, inter eas metaphoras (quantum eas perlustravi, neque enim ad unam omnes exscripsi ne ultra huius commentationis fines nimis evagarer) primum locum tenent eae quae a ludis circensibus sumuntur:

I 3 *a quibus carceribus decurrat ad metas;* I 4,1 *hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent*; item I 18,1 *Cato derigit ad duas metas;* VIII 31 *ad quas metas naturae sit perveniendum*; V 12 *initiorum quadrigae* (cfr. id quod in lexx. ex Vopisco laudatur: *quadrigae tyrannorum*); III 16,9 *cursu lampada tibe trado;* II 1,2 et III 5,18 *athletae;* II 1,11 *cui haec aetas defert rer. rust. omnium palmam;* I 2,12 *ad te enim rudem* etc.

Aliqua tantum ex parte huc spectat II 7,1 *Ego quoque adveniens aperiam carceres . . et equos emittere incipiam* quibus verbis transitus paratur ad disputationem de equis alendis. Simillime I 26 extr. *Vindemiam enim exspecto* et I 56 *exspecto cum clavi te, Stolo, dum fructus in villam referas. Ille Em quin adsum, venio, inquit, ad limen, fores aperi.*

Non minus usitatae quam metaphorae a circo derivatae Romanis erant translationes rei militaris propriae; in initio r. r. libri primi haec legi: I 1,1 *sarcinas conligam antequam proficiscar e vita*; I 8,4 *inopiae subsidio misit*; I 20,2 *tiro* et *veteranus* de animalibus.

Rei maritimae sunt haec: IX 33 *ex pelago sermonis populi*; III 17,1 *ancoras tollere*; II 4,1 *e portu . . Italico*; III 14,5 *bolus.*

Sermonem forensem redolent talia: III 17,4 *in ius vocare*; II 5,1 *testimonium perhibere*; I 15 *ne limites ex litibus iudicem quaerant* (cfr. pag. 68 adn. 1.)

Sed iam haec sufficiant. Extremo loco hoc unum addam Schmalzio Stil. § 69=p. 575 ubi de metaphoris breviter exponens dicit posteriore demum aetate audaciora translationis genera venisse in usum, accidisse ut exemplo (unum tantummodo affert) utatur Suetoniano cuius simillimum Varro praebet III 2,16 *cenae innumerabiles excandefaciunt annonam.*

§ 67.

Haec de translationibus et omnino de iis rebus quibus sermo ita variatus est ut auctorem octogenarium vix agnoscas. Iam ad partem oppositam me converto. Ipsa enim verba quibus Varro in rebus explicandis usus est, non aeque polita esse ne veteres quidem grammaticos fugit. Ut supra commemoravi, in prooemiis etiam librorum de l. l. elaborandis magnam diligentiam a scriptore collatam esse apparet: ceterae partes ubique ostendunt qua festinatione perfectae sint. Anacoluthiae apud nullum scriptorem tali numero inveniuntur (ac ne in prooemiis quidem desunt) id quod ex Varroniani sermonis indole facile intelligetur. In propositionibus quae certum quendam finem excedunt, structuram non iam satis perspicere videtur. Hinc accidit ut enuntiatum secundarium sine primario maneat (cfr. Keilii comm. ad I 1,2), ut particulae correlativae non respondeat altera (II 1,24 *nam et qui parat . . praeterea . .*: V 103 *Quae in ortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis ut graecis . . . Vernacula . .* etc.) Cohaeret cum ea re quod postquam quaedam enuntiata inferioris ordinis intercalata sunt, structura in mentem revocatur repetita ea voce qua ad perspiciendam structuram careri non potest velut I 1,2 *ut . . . ut . . .*: VIII 17 extr. (cfr. Hofmann, Cic. Ep. I p. 61): II 9,2 *mulorum gregem cum . . . mulos . . .* etc.: saepius autem repetita ea voce simul mutatur structura velut:

VI 72 *Itaque is qui . . . cum eo . .* [sic Spengel pro *Ita quis qui . .*]; IX 51 *Hi ea quae . . possunt, eorum declinatus requirunt*: IX 78 *ut signa quae non habent caput . . . nihilominus in reliquis membris eorum esse possunt analogiae, sic* etc. Cfr. Hofmann Cic. Ep. I p. 97 et p. 138.

Non opus est moneam hanc rem inter eas esse quibus praeter cetera efficiatur ut sermo Varronis quam proxime accedat ad cotidianae consuetudinis rationem dicendi. Augetur autem haec sermonis simplicitas ea re quod scriptor sententias celeriter chartae mandans non anxie evitavit, ne similes res similibus verbis exprimeret. Neque enim solum similis collocatio verborum saepe repetitur, sed non raro prorsus eaedem formulae parvo tantum intervallo interposito redeunt. Credo certe iam nunc contendi posse, cum lexicon Varroni-

anum compositum erit. fore ut facili negotio permagna copia eiusmodi locorum aequa ratione conformatorum congeri possit. En paucissima exempla:

I 8,7 *quod terra eiusmodi sit refert;* I 9,1 *Terra, inquam, eiusmodi sit refert:* X 25 *Item figura verbi qualis sit refert* [1]).

III 12,4 *tanta fecunditas huius quadrupedis;* III 6,5 *utramque locum parum esse volunt hae volucres:* III 7,5 *permundae enim sunt hae volucres;* et cum extremo loco cfr. III 10,5 *voraces enim sunt natura*).

III 2,1 et § 2 *esse praesto* (Cicero semper in orationibus inverso ordine *praesto esse*).

III 5,1 *ubi aves adsidere possint;* III 16,27 *ubi adsidere et bibere possint.*

III 5,12. *piscinae . . inter eas piscinas . .*

ibid. *columnas . extra eas columnas . .*

III 16,32 et § 34 duo enuntiata incipiunt a verbis *eximendorum favorum.*

V 149 *ab eo lacum invenisse nomen:* II 1,2 *ut . . . avus cognomen invenerit ut diceretur Scrofa.*

Extremo loco mentionem faciam voculae quae est *nemo*, quae non raro in fine enuntiatorum posita occurrit: I 13,2 *si ostiarius est nemo*: III 17,1 *quod eos capere auderet nemo*; VI 21 *quod ideo artum ut eo . . . introeat nemo*; IX 101 *perfectum enim imperat nemo*; sic *nullus* extremum locum tenet VI 21; II 1,3.

[1]) Omnino hoc vocabulum *refert* saepissime legitur apud Varronem. Inter alia vocabula quae identidem redeunt commemoro adverbia duo *vehementer* et *commode:* hoc una cum comparationis gradibus plerumque — ut res fert — in r. r. libris.

Appendix.

I.

De vocabulorum quorundam usu Varroniano adnotatiuncularum decas.

1. Pronomen ***aliquis*** saepe apud Varronem ita legitur ut facile omitti potuerit, cum ad sententiam nihil novi addatur. Sed inest huic voci loquacitas quaedam venusta neglegentiae sermonis cotidiani non male conveniens; cfr. etiam nostratium usum qui articulo indefinito non raro vocem „irgend" addunt. Sic Varro I 41,2 *vas aliquod supra alligant*; item III 16,37 *conligendum eas in vas aliquod;* III 14,2 extr. *in aliquem lapidem;* II 2,16 *ne . . . delibent aliquid membrorum;* VII 75 *ita sitae stellae ut ternae trigona faciunt aliquem* [sic A. Spengel, aliter alii; *aliquod* libri].

2. ***Alius.*** De genetivo in *i* exeunte cfr. Aug. Müller p. 50 et Thielmann p. 395; de collocatione post substantivum Keilii comm. ad III 5,1; de formulis Varroni usitatissimis *aliusve quis* etc. vide Reiterum p. 87 sq. (*aut quis alius* p. 90 adn. 1).

Duo enuntiata aut enuntiati membra in quorum utroque vox *alius* legitur cum fere nunquam coniunctione inter se nectantur (II praef. 5: *alia . . ratio ac scientia coloni, alia pastoris*; etc.), posita est particula *et* I 2,15: *aliud pastio et aliud agri cultura.* Similem solius Terentii locum habeo quem proferam, quo coniunctio *atque* legitur: Hec. V 4,4 *Mane dum sodes: timeo ne aliud credam atque aliud nunties.*

Ita ut vocabulum *alius* semel ponatur, duo illa membra quae diversa esse dicuntur simplici particula *et* coniuncta

sunt praeter Cic. Caec. 20,57 (*Non enim alia causa est aequitatis in uno servo et in pluribus*), Off. II 18,62, Cael. ap. Cic. Fam. VIII 1,3 (cfr. Opitz progr. Naumb. 1879 p. 12) etiam a Varrone II praef. 4 *alius enim opilio et arator* [in edd. vett. scriptura non recte expressa erat].

Particula *quam* apud probatos scriptores non suspendi dicitur ex voce *alius* nisi in sententiis negativis. Non recte autem Albert Act. Sem. Erl. II 344 (similiter etiam Schmalz Sy. § 259): „*Alius quam*“ inquit „in enuntiatis positivis nobis rarissime neque ante Livium obviam fit“. Tu enim inspice Varr. I 2,15 *dextra tibia alia quam sinistra.* Quid? quod etiam apud Ciceronem paucis locis eadem structura traditur (de inv. I 18,26 et I 47,87) de quibus cfr. Müller in Ciceronis Laelii editione Seyffertiana p. 129.

Propter comparativorum similitudinem, ut videtur, ex hac structura profectus est ablativus ex voce *alius* pendens: III 16,23 *erithacen . . quod est aliud melle <et> propoli;* item in Bruti Cassiique epistula (Cic. Fam. XI 2,2) in sententia negativa: *nos ab initio spectasse otium nec quicquam aliud libertate communi quaesisse exitus declarat.* Transiit haec sermonis vulgaris structura etiam in Horatii sermonem: Ep. I 16,20 *alium sapiente bonoque.*

Aliubi . . aliubi . . correlat. I 44,1; deest apud Cic.

Alii = *reliqui* II 10,2, e sermone vulgari ortum, cfr. Schmalz Stil. § 29.

3. ***Coepi.*** Est locus apud Varronem (III 9,12) quo forma activa huius verbi cum infinitivo passivo coniuncta sit, quamquam subiectum enuntiati indefinitum est: *quadriduo post quam incubari coepit;* nam erravisse videtur Wölfflin qui Arch. VI 101 init. *coeptum est* Varronem scripsisse ait. Structura ei similis est quam Dräger § 92 = p. 139 med. apud Nepotem (Epam. 10,3) ferri posse negat.

Obiter hoc commemorem saepe Varronem pro perfecti forma *coepi* etiam usurpare *incepi* velut I 30; II 11,6; X 9; cfr. Thielmann p. 380 s.

4. ***Emo, vendo, venio.*** Ad significandum pretium Varro non raro haec verba coniungit cum adverbio *care*: I 16,3 *unde non care emere possis;* III 5,2 *aves . . quae pingues veneunt care;* III 16,32 (propolis) *carius in sacra*

via quam mel venit, item *vilissimo* I 22,2 *ubi ea et bona et proxime et vilissimo emi poterunt.*

Cicero in orationibus semper quantum video, ubi pretium expressurus est, utitur vocibus ab adiectivis *magnus, parvus* etc. derivatis praeter unum orationis suspectae locum de dom. 44,115 *dimidio carius emere quam aestimare*: similiter *carius aestimare* Plancus apud Cic. Fam X 1.2. Sine dubio igitur hic usus adverbii *care* cotidiani potissimum sermonis erat.

I, 2,10 *poma veneunt contra aurum.*

5. ***Illic*** de tempore dicitur I 13,6: *illic laudabatur villa* etc: antecedit enim *illi* i. e. *antiqui*. Saepius *ibi*: I 23,3 *proximo anno*; V 73 = *in bello.*

6. ***Inquam*** etc. raro cum dativo coniungi dicit M. Schmidt, J. Jahrb. 143.197 qui credo distinguere debuit utrum dativus iuxta verbum finitum appositus sit an ab eo separatus. Nullo enim ex omnibus quos affert locis utraque verba coniuncta sunt praeter solum illum epistularum Ciceronis locum (ad Att. V 1.3) ubi legitur *inquit mihi*. Sollemnis autem forma etiam apud Varronem satis frequens est: I 2,18; I 26; II 1.1; II 3.1; II 4.1; II 5.2. Eiusdem generis est formula *Cui ego* omisso verbo: II 4,12; I 44,3. — Contra III 3,8 legitur: *non tu, inquit mihi, cum* etc. quae collocatio etiam apud Varronem rara.

Notum est et a C. F. W. Müllero (Phil. 17, 510—513) post alios demonstratum, subiectum cum v. *inquit* coniunctum fere semper post *inquit* poni. Excepti sunt pauci, fere septem, loci Ciceronis, praeter quos Müller l. c. unum tantum Livii locum affere se posse ait. Ego duos locos Varronianos addam: I 22,3 *Itaque, Stolo inquit*, etc. et III 17,8 *Atque, ille inquit, non minor cura . . .*

7. ***Plures:*** III 17,1 *genera cochlearum sunt plura* cfr. F. Knoke, J. Jahrb. 143,271 n. 8.

8. ***Reliquus*** de altera ex duabus rebus dictum nusquam apud scriptores legi praeter VIII 6 *Ad illud genus quod prius, historia opus est; . . . ad reliquum genus, quod posterius, ars.*

9. ***Specio*** a Drägero § 85 ex Varronis libris profertur inter ea verba simplicia quae pro compositis posita sint, quamquam ipse Varro VI 82 hoc verbum antiquum esse testatur. — At ipse eo usus est: nam praeter formulam

acem specere l. l. dicit *speculum quod in eo specimus imaginem* similiter V 129 *speculum a speciendo*, et extremo capite *quibus specimus*: praeterea sat. fr. 381 idem verbum usurpat ad etymologiam vocabuli *restispica* explicandam. — Nemo non videt his locis ad unum omnibus Varronem verbo speciendi propterea usum esse, ut vocabulorum quorundam notionem illustraret; non igitur licet his tantum locis nisum hoc vocabulum in Varronianorum verborum indicem recipere.

In compositorum verborum[1]) usu quaedam Varronis propria esse hoc loco inserere mihi liceat. Voces apud Varronem solum aut fere solum aut primum traditas collegit Stünkel p. 70; cfr. Aug. Müller p. 67. (De Cicerone videndus Thielmann p. 351—361).

Restant etiam nunc quae addi possint; ex Varronis usu cum aequalium comparato non pauca apparebunt. Velut *extollere* ait Varro II 10,3: *onera extollere in iumenta*, cum nusquam hoc verbum legatur in Ciceronis orationibus, ubi semper verbum simplex, e. g. Deiot. 10,28 *tollere in equum*; item Off. III 25,94 *in currum*. — *Exgigno* V 60 *caelum et terra omnia exgenerant*: deest in lexicis: ex uno Lucretio laudatur II 703 *egigno*.

14. ***Suavis*** eis adiectivis adnumerandum quae item atque *caecus, surdus* etc. et activa et passiva notione ad oculorum, aurium etc. sensum referri possunt. Nam suaves non solum res dicuntur quae voluptate nos afficiunt, sed Varro III 3,7 etiam palatum suave dicit. In lexicis deest haec notio.

[1]) Verba cum duabus praepositionibus composita haec a Varrone formata esse ait Dräger § 86: *expromitto, perinungo, praeinnuo*. E quibus primum haud dubie non ab ipso Varrone formatum sed e forensi sermone translatum esse e loci sententia II 2, 5 apparet. De altero verbo vide Stünkel. p. 73 qui addere potuit *inungendi* verbum a Varrone scriptum esse VI 82 extr. Denique tertium verbum *praeinnuo* quod ut ad sat. fr. 576 spectans a Drägero afferi videtur, ibi omnino non traditur sed e coniectura non necessaria a Scaligero scriptum pro *perinnuerunt*.

II.

Epimetrum criticum.

I 24.

Ille adicit ab eodem scriptore etc.

De hoc loco post Zahlfeldtium disputavit O. Rössner 'de praep. ab de ex usu Varr.' p. 15 sq. Nemo adhuc in eo videtur offendisse quod Scrofae verba a Varrone non recta oratione afferuntur, sed obliqua. Propter constantem autem in his libris Varronis usum obliquae orationis causa ea debet esse quod Scrofa non sua profert sed Catonis verba. Quod confirmatur capite 26, quo quae continentur cum non iam e Catonis libro sumpta sint sed a Scrofa de suo addantur, oratio recta est non obliqua. Hoc autem recte a Rössnero itemque a Keilio in comm. statuitur, pronomen *Ille* ad Scrofam utique referendum esse. Quem vero locum Rössner comparat (I 10), eo ego ita utar ut multo maiore iure utrumque locum conferri appareat.

Persuasum enim habeo etiam hoc loco pronomen *Ille* sine verbo finito positum esse et v. *adicit* cum verbis Scrofae coniungendum. Scribo igitur: *Ille. Adicitur ab eodem scriptore.*

Iam tollitur offensio quam praepositionis *ab* usus plane inauditus offerebat: et verba *adicitur ab eodem scriptore* eadem ratione posita sunt atque haec I 22,5 *dicuntur ab eodem scriptore* quae nunc demum iure conferri possunt.

De corruptela cfr. III 16,7 *dicunt<ur> . .*: de subiecto *Ille* sine dicendi verbo posito: Kühnast p. 278; de accusativi cum infinitivo structura ex adiciendi verbo pendente: Schmidt, J. Jahrb. 143, 194.

I 39.

Nonne videmus alia florere verno tempore, alia aestivo, neque eadem autumnali quae liberno? itaque alia seruntur atque inseruntur et metuntur ante aut post quam alia; et cum pleraque vere quam autumno inserantur, circiter solstitium inseri ficos nec non brumalibus diebus cerasos.

Structura loci ex Keilii editione non satis perspicitur. Qui enim legitur accusativus cum infinitivo *circiter solstitium inseri ficos* etc., explicari nequit nisi ex videndi verbo quod praecedit eum pendere dicas et particula *et* ante *cum pleraque*

posita coniungi cum verbis *alia florere*. Quam ob rem verba quae intercedunt *itaque . . . quam alia* pro enuntiato intercalato accipienda esse apparet. Sed iam graviora de extremis verbis quorum sententiam cum loci consilio non consentire contendo.

Nam in enuntiato primario contineri aliquid quod rei rusticae minus peritis mirum videri possit perspicuum est. Sequitur ut verbis *cum . . inserantur* (nam vis particulae *cum* debet esse adversativa) res exprimatur omnibus hominibus, non solum agricolis, notissima. Superiore autem enuntiato legitur ficos inseri circiter solstitium (i. e. media aestate secundum Varronis rationem temporum I 28 uberrime expositam), cerasos Decembri mense. Paucissimas igitur arbores hieme et aestate inseri exponit, ipsisque nominibus significat. Quamobrem in enuntiato inferiore earum arborum mentionem facere debuit, quae vere et quae autumno inseruntur, ita scil. ut longe plurimas arbores duobus his anni temporibus inseri exprimeret. Haec vero sententia non continetur in verbis traditis in quibus verna insitio cum autumnali confertur, non (id quod sententia postulabat) hae duae insitiones cum alteris duabus, aestiva et hiemali. Quod ut fiat, tu mecum restitue quod etiam nunc, postquam Keilii commentarium legi, Varronem scripsisse persuasum habeo: *cum pleraque vere, quaedam autumno inserantur*. De forma enuntiati cfr. II 5,13 *pleraeque pariunt in decem annos, quaedam etiam plures*. Corrupta est vocabulum *quaedam* etiam III 2,13 ubi a Keilio ex voce *quod* restitutum est.

I 40,6.

In quamcumque arborem inseras, si eiusdem generis est, dumtaxat ut sit utraque malus, ita inserere oportet referentem ad fructum etc.

Explicatione eget particula *dumtaxat*, de qua cfr. Richardson 'de particula dum' pag. 94. Significatio enim *tantummodo* quae huic voci inesse debet, non inest si verba ita ut ex Keilii editione exscripsi leguntur. Nam cum non de malis solum praecipiatur, sed etiam de piris (cfr. § 5 *si in pirum silv.* etc.), verba *ut . . . malus* sic debebant pronuntiari ut ea exempli tantum loco proferri cognosceretur,

contra vocabulum *dumtaxat* coniungendum erat cum eo enuntiati membro quo condicio generalis exprimitur, minime cum quolibet exemplo. Quod recte cognoscens Schneider Ursinum secutus hac ratione verba constituit: . . *si eiusdem generis est dumtaxat, ut si* [*sit* cod.] *utraque malus*. Attamen nunquam particula *dumtaxat* (certe ego nullum locum inveni) cum enuntiato condicionali a coniunctione *si* incipiente coniungitur. Potest hoc casui mero tribuendum esse, sed cum saepissime inveniatur structura verborum *dumtaxat ut* . ., eadem verba etiam hoc loco coniuncta relinquere debebimus. Itaque quoniam *dumtaxat* ad verba proxime antecedentia spectare vidimus, haud scio an Varro ea qua saepe utitur collocatione etiam hic usurpata sic fere scripserit *eiusdem generis dumtaxat ut sit*. Quod autem malus exempli loco affertur id fieri poterat particula *ut* sive sola (*ut utraque malus*), sive cum particula *si* coniuncta (*ut si utraque malus*). Cum excidissent hae quas supplevi voculae verba *dumtaxat ut sit* cohaerere putabantur cum eis quae iam proxima erant *utraque malus*. Deinde verba *si* et *est* inserta sunt ad vitium tollendum.

VI 12.

Dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab 'Agone' eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur.

Quibus in verbis qua ratione interrogandi verbum apte explicem non habeo si in verbo quod antecedit *Agone* vocabulum Graecum ἄγων contineri cum Spengelio putandum, cuius coniectura vocabulo principis bis cum sono posito commendatur. Sed recte traditum esse interrogandi verbum et vocem *Agone* pro quaestione accipiendam esse inde elucet quod cum vulgata loci interpretatione (quam secuti sunt Preller 'Röm. Myth.' I³ 179; Marquardt 'Röm. Staatsverwalt.' III² (ed. Wissowa) 323; O. Müller ad Festum p. 10) consentit Ovidius (Fast. I 317 sqq.). Is enim Agonalium nomen derivari refert a ministro qui *semper agatne rogat, nec nisi iussus agit*. (Quam vera sit etymologia, non huius loci est examinare. Quod autem H. Jordan in Prelleri libro l. l. ait non *Agone* dicendum fuisse sed *Agonne*, tu confer Cic. ad Att. 16,8 extr. *Romamne venio an hic manco . . .?*,

vide etiam Kühner p. 137). Apud Varronem autem quis interrogat? quis interrogatur? Utrum princeps civitatis idem est ac rex, an diversus ab eo? Difficultatem sic tantum credo dissolvi posse ut Varronem non unam nominis explicationem attulisse statuatur sed duas, alteram ab interrogandi verbo *Agone?*, alteram a voce Graeca ἄγων petitam. Debent igitur nonnulla excidisse, velut *dicti ab Agone?, eo quod interrogat* ‹*minister sacrificii Agone?; nisi si a graeca lingua, ubi ἄγων princeps, ab eo quod immolat›ur a principe civitatis et princeps gregis immolatur.* Lenius Ribbeckius praeceptor doctissimus: *dicti ab Agone quod* [= pronomen relativum] *interrogatur* ‹*vel quod immolatur*› *a principe civitatis et princeps gregis immolatur.*

VI 71.

Loco variis coniecturis temptato haud scio an particula *si* ante v. *volebat* tradita post eam vocem transponenda sit: *non enim volebat, si* [possis etiam: *sed*] *dabat quod sponsu erat alligatus.*

VI 76.

Oro ab ore: ‹inde› et Perorat et Exorat . . . dictum. Indidem Omen, Ornamentum: alterum quod ex ore primum elatum est, ‹Omen ut› Osmen dictum: alterum etc.

IX 10.

Cum duo peccati genera sint . . . unum dant non oportere dici, quoad [s. *quaad*, de utroque vocabulo cfr. Reiter p. 49—59; *quod* codd.; Spengel *quod nondum*] *sit in consuetudine.*

Praeterea horum locorum scripturam aut mutavi aut explicavi:

I 1,2	pag. 38 adn. 2.	III 2,10	pag. 50 adn. 2.
I 5,3 et 4	49	III 9,11	48
II 2,14	26		
II 7,15	46	V 36	71 adn. 1.
II 10,11	30	V 181	55 adn. 1.

Tabula argumenti.

		pag.
Praefatio		5
Pars I: De syntaxi Varroniana .		7—56
A. De enuntiatis simplicibus . .		7—24
Caput I: de praedicato . . .	§ 1—4	7
„ II: de subiecti et praedicati congruentia . .	5—8	10
„ III: de attributo . . .	9—10	16
„ IV: de adiectivis . . .	11—12	17
„ V: de numeralibus . .	13—16	19
„ VI: de praepositionibus .	17—20	20
B. De enuntiatis compositis . . .		24—56
Caput I: de enuntiatis coordinatis	21—22	24
„ II: de enuntiatis subordinatis	23—37	28
(de infinitivi usu § 25; de enuntiatis relativis § 26—31; de modorum in enuntiatis secundariis usu § 32—37.)		
Pars II: De elocutione Varroniana capita quattuor		57—83
Caput I: de abundantia sermonis	§ 38—42	57
„ II: de sermonis brevitate .	43—50	61
(de omisso subiecto § 44; de subiecto mutato § 45; de omisso subiecto in accusativi cum inf. structura § 46; de zeugmatis forma § 50.)		
„ III: de collocatione verborum	51—63	67
(de parallelismo et chiasmo § 53—58.)		
„ IV: de colore sermonis Varroniani	64—67	79
(de translationibus § 65, 66.)		
Appendix		84—91
I: de vocabulorum quorundam usu Varroniano		84
II: epimetrum criticum		88

Vita.

In oppido Saxoniae Hohenstein natus sum Robertus Ricardus Krumbiegel anno h. s. LXVII. a. d. III. Non. Mai. patre Roberto, matre Ludovica e gente Weberiana oriunda, quos inter vivos esse summopere gaudeo. Fidem profiteor evangelicam.

Hohensteinii rudimentis imbutus anno LXXXI. inter gymnasii Chemnitiensis discipulos receptus sum, cuius postquam sex ordines percurri, vere anni LXXXVII. adeptus sum maturitatis quod dicunt testimonium. Ac per aestatem quidem eius anni Tubingae commoratus interfui scholis quas habuerunt Herzog Kugler Schwabe Sievers Sigwart; autumno vero in hanc litterarum sedem me contuli ubi docentes audivi viros doctissimos Birch-Hirschfeld Brugmann Cichorius Ebert Gardthausen Heinze Lipsius Maurenbrecher Overbeck Ribbeck Richter Wachsmuth Wundt Ed. Zarncke Frid. Zarncke. Praeterea cum in proseminario praeceptoribus usus essem Hansseno Lipsio Ribbeckio, per tria semestria regentibus Lipsio Ribbeckio Wachsmuthio seminarii philologi sodalis ordinarius audivi. Hi etiam ad societates aditum benigne mihi concesserunt: Ribbeckii societati per quinque semestria adscribebar, Wachsmuthii per ter senos menses, Lipsii per annum. Per idem tempus interfui exercitationibus historicis Cichorii, eiusdem seminario historico per anni dimidium. Paedagico autem seminario Richteri etiam nunc adnumeror, item romanensi quod Birch-Hirschfeld moderatur et theodisco quod regit de Bahder.

Hos omnes praeceptores meos grato animo prosequi nunquam desinam, imprimis Cichorium Lipsium Wachsmuthium, quique in hac dissertatione scribenda egregius fautor mihi exstitit, Ribbeckium.

Denique, ut absolvam hanc studiorum enarrationem, lubens semper recordabor quantum fructum ex amicorum in sodalicio philologo consuetudine perceperim.

DE VARRONIANA VERBORUM FORMATIONE

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM ARGENTORATENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS STUENKEL

HUXARIENSIS.

ARGENTORATI.

APUD CAROLUM J. TRUEBNER.

1875.

Opusculi huius inscriptio ne prave intellegatur, lectores id velim animo tenere, me non ea vocabula sola ex Varronis libris enotasse, quae huius scriptoris ingenio debeantur, verum etiam ea addidisse, quae cum apud scriptores antiquos et Varroni aequales nondum extent, primum apud Varronem inveniantur. Hoc enim modo aliqua ex parte perspicietur, quae incrementa verborum copia a priscis scriptoribus tradita ceperit ineunte aetate quae dicitur Ciceroniana. Sed priusquam ad ipsum propositum accedamus, a re haud alienum videtur primum quaerere, quae ratio interfuerit inter Varronem et eos scriptores, qui cum eodem fere tempore florerent, genere dicendi a Varroniano prorsus discrepante usi sint. Id autem dilucide apparebit, si Varronis orationem comparaveris cum ea, qua utebantur Cicero et Caesar. Hi enim primi inter Romanorum scriptores id studebant, ut linguam latinam ad Graecorum exemplum quam elegantissimam et purissimam redderent. Quodsi Varronem, qui studiis Graecorum penitus erat imbutus, horum praecepta et rationes in scribendi arte non sequi videbimus, non sine causa admiratione quadam afficiemur. Nam nemo erit qui neget futurum fuisse ut Varro, si animum ad hoc consilium intendisset, polite et eleganter dicendo adaequare potuisset Ciceronem et ceteros illius temporis scriptores, quorum nullo doctrina et litterarum cognitione inferior, plurimis superior erat. Itaque orationis eius inaequalitas atque asperitas alia ratione explicanda est. Quaerenti enim, quas res Varro in libris suis pertractaverit, id ei consilium fuisse apparet, ut doctrinae suae, quae omnia fere litterarum genera complectebatur, specimina ederet et flosculos rerum undique decerptos colligeret atque cum civibus suis communicaret; qua re factum est, ut magis in materia conferenda et comparanda quam in stilo expoliendo operam navaret. Hoc tamen ex genere eximenda sunt poetica, in quibus cum multo potius antiquos quam recentiorum rationem ad exemplum Alexandrinorum conformatam secutus sit, et

vulgaris cotidianique sermonis color qui idem in Plauti et Terentii fabulis apparet, multis locis lectori occurrit (cf. *Mommsen* H. R. III[5] 561; 566; 592) et aliquotiens adeo sermo tragicus cognoscitur (*Riese* Varronis Saturarum Menippearum reliquiae pg. 59 sqq.).

Sed ut Varro ipse toto ut dicitur pectore Romanam severitatem suo exemplo prodebat, ita in omnibus ceteris orationis generibus, in quibus verba numeris non sunt adstricta, cum omnino id quod nimium et effusius esset vitabat tum a vocabulis poeticis se abstinuisse ipse testatur LL. V, 9 'quom poeticis multis verbis magis delecter quam utar, antiquis magis utar quam delecter'.

Porro quod multa in Varronis dictione a sententiarum conexu [1]) et a singulorum verborum usu et formatione, quam recentioris temporis scriptores sequuntur, aliena insunt, id aliqua ex parte eo explicatur, quod Varro praecipue in priscorum scriptorum operibus perlegendis et antiquis populi Romani temporibus inquirendis occupatus potius priscorum dicendi morem imitabatur quam aequalium exemplo ad novas linguae leges se applicabat.

Quin etiam studium illud, quo linguam a patribus traditam commutare conentur recentiores, non sine acerbitate castigat Varro R.

---

[1]) Moneo interdum viros doctos, sive misera contextus Varroniani condicio sive falsa verborum interpretatio causa erat, Varroni nimis vastum et inconditum dicendi genus meulcasse. Ut unum et praeclarum seligam exemplum, ex quo intellegatur, quanta cautio adhibenda sit in diiudicandis quaestionibus, quae ad Varronis dicendi genus spectant, modorum illam inaequalitatem, quam *O. Mueller* ad L. L. VI, 82 a Varrone ita admissam esse contendit, ut in una eademque enuntiatione duorum verborum ab eadem particula pendentium alterum indicativi alterum coniunctivi formam indueret, velut L. L. VI, 95 'Cum non adesset et nihil intererat' et IX, 10 'quod nondum est et perperam dicatur' cet. aut recta verborum interpretatione aut emendata codicum lectione tollendam esse recte atque evidenter ostendit *C. F. W. Mueller* Z. f. d. Gymn. XIX 1865 p. 868. Hanc inaequalitatem cum in temporum usum transtulerit *A. Riese* in Rh. Mus. XXI p. 111 et Satir. apparatu critico p. 196, iusta causa *Kettner* Kritische Bemerkungen zu Varro p. 2 mihi videtur suspicari Varronem in temporum usu non minus quam in modorum usu ab hac inaequalitate vindicandum esse. Ipse *Riese* in loco, quem attulerat in app. crit p. 196 ex Epist. ad Marullum p. 260, 1 'Utrum meridie an vesperi libentius . . . . accedas, locus, actus, adventus *declaravit*', scribendum esse '*declarabit*' concessit Rh. Mus. XXI p. 111 adnot. 5. De aliis eiusmodi locis corrigendis vide Kettnerum l. c.

R. I, 2, 1 'ab aeditimo, ut dicere didicimus a patribus nostris; ut corrigimur a recentibus urbanis, ab aedituo'.

Omnino Varro et qui antiquam Romanorum disciplinam et mores venerabantur et colebant, cum ex Graecia non solum litteras et artes sed etiam mollitiem et luxum in civitatem Romanam irrepsisse sentirent, una cum maiorum vivendi ratione etiam antiquum dicendi morem magis magisque evanescere aegerrime ferebant et, quantum per se ipsos licebat, maiorum consuetudinem retinere studebant. Qua in re illud Catonis de graecis litteris iudicium extat, quod memoriae tradidit Plin. H. N. 29. (7), 14 'quandocunque ista gens suas litteras dabit, omnia corrumpet', ut omittam, quod ipse Lucilius de nimiis graecae elegantiae imitatoribus protulit (cf. *Bonterweck* Philolog. XXXII 1872 p. 691). Quare cum aequalium nimium novandi studium fastidiret neque tamen prae doctrina sua et grammaticae cognitione plane neglegere posset, [1]) contigit Varroni, ut oratio varia et inconstans videretur et permulta contineret propria linguae priscae et sermonis cotidiani, ex quo paullatim certis legibus syntacticis constitutis et vocabulis diligentius electis sermo urbanus emergebat.

[1]) Mirum videtur Varronem, qui quantum fieri potuit priscorum dicendi morem sequitur, in graecorum vocabulorum declinatione ita versari, ut graecas terminationes velut ornithon*a*, Helicon*a*, lampad*a*, schemas*in* latinis longe praeferret, cum ipse Cicero inclinatione voluntatis in priscorum genus dicendi i. e. in usum terminationum latinarum graecis vocabulis adiunctarum propenderet; qua de re conferatur *Corssen* Ausspr. II^2 p. 816, qui affert Plinii verba apud Charisium p. 53 K tradita: 'Quam maxime vicina Graeco Graeca dixit, ut nec schemat*is* quidem dicat sed schemas*in*'. Idem l. c. recte iudicare videtur, cum dicat: 'Somit ist es glaublich, dass er (Varro) durch seine Autoritaet nicht wenig zur Foerderung des Gebrauches griechischer Wortformen beigetragen haben mag'. Adde quod de hac re disserit *O. Müller* L. L. p. XXXIX et ad L. L. V, 122; VI, 33; VII, 16.

Fortasse hic terminationum graecarum usus eo explicatur quod, ut non raro ipsi solemus, ubi latine scribimus, elegantis sermonis leges accuratissime servare, contra ubi lingua utimur vernacula, varias saepe admittere formas neque eadem religione omnia ea evitare, quae a cultiore stilo aliena sunt, ita videtur Varro, quo magis Italica secernerentur a Graecis et peregrinis, quam religiosissime graecae linguae leges observare voluisse, ubi graeca vocabula orationi inserenda essent; ac fortasse graecis adeo litteris usus est in scribendo; hoc tamen quod ultimo loco posui nova indiget perquisitione.

Similis igitur inconstantia in verborum singulorum forma vel scriptura cognoscitur. Ac primum quidem vocalis *o* pro *au* multis in vocabulis ponitur, quam vulgaris sermonis propriam esse docuerunt *Schuchardt* Vulgaerlatein. II, 302 sqq. et *Corssen* Ausspr. I², 655, quibus addantur *O. Mueller* ad L. L. V, 95; IX, 75 et *Kettner* Krit. Bemerkungen zu Varro p. 21. Eadem inaequalitas inde a Catonis libris apud scriptores rei rusticae potissimum invenitur, quos eas vocabulorum formas, quales rustici adhiberent, in libris suis retinuisse consentaneum est. Itaque ex Catone et Varrone, adsumptis ex ceteris eorum scriptis eiusmodi formis, haec vocabula enumeranda putavi, quorum tamen partem incerta codicum passim corruptorum fide niti concedo:

*au*riga R. R. I, 52, 1; *au*rigatur sat. fr. 316 ed. Buecheler (Riese p. 171, 2) || origa R. R. II, 7, 8; II, 8, 4; peroriga R. R. II, 7, 9 (??, cf. De-Vit in lexico Forcelliniano s. h. v.).

*cau*da R. R. II, 2, 3; II, 2, 4; II, 5, 14; II, 9, 4 || coda R. R. II, 5, 8; II, 7, 5; sat. fr. 518 (R. 223, 3).

*cau*lis Cato R. R. 157, 2, Varro L. L. V, 103, ubi haec forma extat, ut vocabulum 'caulis' ex graeco *καυλός* ortum esse doceatur. Ceteris Catonis et Varronis locis forma 'colis' legitur velut Cat. R. R. 35, 2; Varr. R. R. I, 31, 2. (ter); I, 41, 6; L. L. IX, 75 et 76. (ci. Mueller pro 'rolis'); coliculus Cato R. R. 158, 1, Varr. R. R. I, 31, 4; I, 41, 4.

cla*u*strum sat. fr. 263 (R. 160, 2) || clostrum Cato R. R. 13, 3; 135, 2.

copo sat. fr. 329 (R. 174, 2 *cau*po).

pa*u*llo L. L. V, 92, pa*u*llulum Cato R. R. 14, 2: 103 || pollulum Varro L. L. V, 167, Cato R. R. 10, 2; polulas idem 21, 3.

pla*u*des sat. fr. 206 (R. 146, 6) || plodere sat. fr. 166 (R. 136, 1).

pla*u*strum Cato ed. Jord. 28, 9; 11, 4 (?), Varro R. R. I, 13, 2; I, 16, 6; I, 17, 1; I, 20, 3; L. L. V, 136 || plostrum Cato R. R. 2, 7; 5, 6; 10, 2; 11, 2; 62 bis; 135, 2; 135, 5. Varro R. R. I, 22, 3; II, 4, 11; plostellum id. R. R. I, 52, 1; plostrarius Cato R. R. 11, 1 et 2.

p*au*sea (genus olivarum) Varro R. R. I, 60 (nisi codicis P 'pusea' formam 'posea' indicat), quem locum Varro exscripsit ex Caton. R. R. 7, 4, ubi re vera 'posia' invenitur. || Forma 'posea' prae-

terea extat Varr. R. R. I, 24, 1, qui locus ex Catone R. R. 6, 1 fluxit, ubi eadem forma 'posea' legitur. —

Eodem modo etiam *oe* et *u* variant apud Varronem in 'Poenicus' R. R. I, 1, 10; I, 2, 13; I, 52, 1; de vit. P. R. IV, 12 (ed. *Kettner*) || 'Punicus' R. R. I, 10, 2; I. 41, 3 et 4; I, 59, 3 et 4. —

u et *o* in 'ruundus', quae forma legitur sat. fr. 21 (R. 100, 5); fr. 88 (R. 116, 5) et in R. R. I, 51, 1; III, 5, 12; III, 16, 19 ex auctoritate cod. P restituenda est pro 'rotundus' (cf. *Lachmann* ' Lucr. p. 96); || 'rotundus' sat. fr. 583 (R. 239, 11). —

Tum apud Varronem in nonnullis vocabulis praeter formas usitatas extant eae, in quibus per syncopam vocalis eliditur, quo spectant:

caldus: R. R. I, 13, 1 et 7; III, 2, 1; III, 16, 37; L. L. V, 156. VIII, 75; IX. 68 et 69: X, 73; || sed *calidus* R. R. I, 4, 4; I, 6, 2 et 3; I, 24, 1; I, 32; I, 38, 1; I, 51, 2; II, 1, 22; III, 5, 16.

caldor pro calore ut forma Varronis propria invenitur R. R. I, 41, 1: I, 55, 6: III, 9, 15, quamquam negari non potest *calorem* quoque apud eundem extare, idque iam *Buecheler* Rh. Mus. XX 1865 p. 405 adnot. 3 recte coniecit, cum sat. fr. 33 (R 102, 3) auctoritate codicum Nonii H L W nixus 'a calendo *calorem*' legi iuberet. Addere possum formae *caloris* exempla tria R. R. I, 13, 1; II, 2, 18; III, 16, 17. Ceterum forma *caldoris* praeter Varronem legitur ap. Gell. 17, 8, 10; 19, 4, 4; Arnob. adv. nationes 2, 21; 7, 34. Origo autem formae *caldoris* videtur fuisse haec: *calêre* — *calidus* (caldus) — † *calidere* (caldêre) — *caldor* sicut *frigêre* — *frigidus* — † *frigidere* (*frigduit* Gloss. ap. Mai. cl. auct. VI, 506 a) — *frigdor* (ibid. VII, 562 a); cf. *Schuchardt* Vocalism. des Vulgaerlat. II, 415 et *Deecke* Facere u. fieri in ihrer Composition mit andern verben p. 24.

soldus: R. R. I, 51, 2 (cod. P); I, 48, 1 (cod. P et codices Nonii, qui p. 118, 4 hunc Varronis locum citat); || sed *solidus* R. R. I, 51, 1; I, 57, 1. —

In nonnullis quibusdam vocabulis, quae leguntur in libris de Re Rustica scriptis, codex P vocalem intercalarem servavit, velut in graeco 'gymnasium' R. R. I, 55, 4; de forma 'Menaechmis' R. R. II, 4, 16 cf. *Ritschl* opusc. II, 506; 'tricliinio' R. R. III,

13, 2 (Ritschl ibid. p. 507). Vocalis *u* intercalaris apparet in vocabulo latino 'iug*u*landes' R. R. I, 16, 6, quae forma addenda est indici similium verborum, quem congessit *Schuchardt* II. p. 424. cf. *Corssen* Ausspr. II², 264: 386. C. I. L. I p. 607: III. 2 p. 1187. ubi alia eiusmodi nomina enumerantur, in quibus vocalis inter consonantes duas inserta est. —

Deinde huc referenda sunt ea substantiva, quorum genus aliud est in Varronis libris aliud apud optimos scriptores. Nam haud raro Varro cum in ceteris libris tum in satiris in eligendis vocabulorum terminationibus discedit ab optimorum scriptorum usu et sequitur priscorum rationem vel potius rusticorum loquendi morem. Omnino huc spectat, quod *Dietz* Gramm. der roman. Sprachen II, 4 docet, genus masculinum in infima latinitatis aetate saepe, in linguis Romanicis ubique in neutrius locum successisse. Ex Varronis scriptis ad hoc verborum genus pertinent: *absinthius* sat. fr. 440 (R. 204, 4) 'absinthium gravem': *collus* sat. fr. 500 (R. 219, 3); *corius* sat. fr. 135 (R. 125, 2); *cornus* sat. fr. 131 (R. 132, 7. cf. Rh. Mus. XX. p. 425: XXI, 120); *frenos* sat. fr. 177 (R. 139, 6); *fretus* Gall. Fundan. fr. V ed. Riese p. 254; 'guttur capacior' sat. fr. 237. (R. 154, 6); 'murmur ferus' sat. fr. 493 (R. 218, 3); *papaverem* Gall. Fund. fr. X ed. Ries. p. 254; 'tenues *porri*' sat. fr. 580 (R. 240, 15); 'reticuli e nervis sunt' R. R. III, 5, 13 || *reticulum* nom. sg. L. L. V, 130; *sagus* sat. fr. 569 (R. 236, 9).

Alia, in quibus ab usitato verborum genere item recedit, haec sunt: *altera amnis* R. R. III, 5, 9: sat. fr. 415 (R. 197, 6): *balteum* nom. sg. L. L. V. 116: *hunc calamistrum* Varro ap. Charis. 80, 11 || *plura calamistra* sat. fr. 563 (R. 234, 8) cf. L. L. V, 129; *calles longinquos* R. R. II, 9, 16 || *calles publicae* R. R. II, 2, 10; *calx candidus* sat. fr. 288 (R. 165, 9) cf. Buecheler Rh. Mus. XX, 419: *hoc cuniculum* Varr. ap. Capr. de verb. dub. p. 2248 P; 'auctumnum ventosum fuerat'. Varr. Ephem. naval. ap. Non. 71, 15; *gladium* (nom. sing.) R. R. I, 48, 3 (cf. Quint. 1, 5. 16 'gladia qui dixerunt, genere exciderunt'); *tria pala* sat. fr. 179 (R. 138, 4); *pampinus* fem. gen. teste Servio ad Verg. eclog. 7, 58; *luci claro* sat. fr. 67 (R. 108, 5): fr. 238 (R. 153, 7): fr. 512 (R. 221, 9); *puteos* R. R. I, 57, 2; *puteus* L. L. V, 25; VI, 84 || *putea* (plur.) Gall. Fund. fr. III, ed. Ries. p. 254; *rete cannabina* R. R. III, 5, 11: *retem* III, 5, 11

et 14; *sanguen* sat. fr. 225 (R. 151, 4); *scrobe fodiendo* sat. fr. 255, 1 (R. 157, 4); *spicum* (nom. sing.) sat. fr. 241 (R. 155, 1) 'sed saepius *spica* R. R. I, 48, 1; L. L. V, 37; *torques aureae* sat. fr. 170 (R. 137, 3); *phalera* (nom. plur.) sat. fr. 97 (R. 119, 1); *torum* de vit. P. R. I, 53 (nom. sg. pro 'torus'). —

Neque minus antiquitatem obsoletam vel rusticitatem redolent ea verba, quae apud Varronem et eos plerumque, qui ante hunc scripserunt, formam activam, apud posteriores Ciceronis exemplum secutos formam deponentis induere solent, e quibus haec enumerando putavi: [1])

adminiculare: Varro ap. Prisc II, 380, 3 K.: 'tribunicio auxilio *adminiculati*'; sat. fr. 105 (R. 120, 8) '*adminiculatem*'; Catus. fr. I ed. Riese p. 248, 2 *adminiculavi*, quam eandem formam adhibent Col. Plin. Gell. || forma deponentialis extat Cic. fin. 5, 14, 39.

consolare: sat. fr. 347 (R. 178, 4) *consolaret* cf. Gell. 15, 13, 6 in epistula Q. Metelli; Asin. Pollio ap. Prisc.; Iustin. 22, 6, 4; Augustin. conf. 6, 1.

demolire: sat. fr. 591 *demolio* et idem Varro in epist. quaest. *demolivit* ap. Diomed. p. 400, 29 K. Eadem forma usi sunt Naevius, Lactant., Ulp. Dig. alii postt. || Forma *demoliri* extat ap. Cic. Hor. Verg. Plin.

luctare: L. L. V, 61 '*luctare* non vult' et apud Plaut. Ter. Enn. || *luctari*: Cic. Hor. Verg. Plin.

mirare: sat. fr. 128 (R. 130, 3) *miras*: sat. fr. 129 (R. 130, 5) 'aut ambos *mira*, aut noli *mirare*' et Pompon. ap. Non. 474, 25 *mirabis*; cui addas verba '*miravi* locum', quae enotavit De Vit ex inscr. ap. *Letronne* Recueil T. 2 p. 294. *Roeperi* quam profert (Varr. Eumenid. reliqu. II, 21) sententiam non probo, cum dicat '(mirare pro mirari) Graeculi est non satis latine scientis'; nam ex eo, quod et Pomponius l. c. hanc formam admisit et huiusmodi formae ab usu elegantiorum scriptorum alienae apud Varronem saepe inveniuntur, liquet activam quoque verbi mirandi formam antiqui vel plebeii sermonis propriam fuisse.

imitare: Varro ap. Non. 473, 17 'Tuum opus nemo *imitare* potest' et ibid. Liv. Andron. *imitabo*. Participium *imitatus* passive usurpatum est aliquotiens ap. Cic. Ov. Quint.

---

[1]) Cf. *Neue* Formenlehre der latein. Sprache II, p. 188 sqq. *G. Koffmane* Lexicon latein. Wortformen Gottingae 1874.

nutricare: Verbi nutricandi Varro formam et activam et deponentialem adhibuit. Illa enim quater certo tradita est R. R. II, 4, 14 *nutricat;* I, 23, 5 'quod ea sole *nutricantur*'; II, 2, 17 'Et sic *nutricantur,* quoad facti sunt quadrimestres'; Varr. ap. Prisc. II, 384, 1 K 'Paupertas enim haec tum non ita *nutricata*, ut nunc conspicatur'. Item forma activa extat ap. Plaut. Afran. Petron. Apul. || Contra eiusdem verbi forma deponentialis invenitur apud Varron. sat. fr. 542 (R. 228, 5) 'quos Menippea haeresis *nutricata* est'; R. R. II, 4. 19 codicis P auctoritate nixus *Schneider* restituit formam deponentialem in verbis '*Nutricari* octonos porcos possunt' pro vulg. 'nutricare'. Restat unus locus R. R. III, 3, 4 'Et nata *nutricare* saginesque', ubi *Scaliger* levissima mutatione effecit '*nutricere* saginesque'. Eadem forma deponentialis extat ap. Cic. N. D. 2, 34, 86 in verbis 'mundus . . . . *nutricatur* et continet'.

pollicere: sat. fr. 41 (R. 104, 2) *polliceres;* cf. *polliceor* passiva notione Metell. Numidic. ap. Prisc. II, 382, 8 K; Ulp. Dig. 14, 1, 1 § 18; Ambros.; item *pollicitus* passive usurpatum ap. Ovid. Hygin. etc.

recordare: L. L. VI. 46 '*recordare* rursus in cor revocare', quod idem apud Quadrig. et *recordatus* passive ap. Sidon. ep. 9, 3.

rixare: sat. fr. 43 (R. 104, 5). '*rixarent*'; fr. 454 (R. 208, 8) '*rixant*'; R. R. I. 15 omnes codices exhibent 'ne familiae *rixentur* cum vicinis', sed idem locus citatur una cum satirarum fragmentis, quae modo attuli, a Nonio 477, 21 sub lemmate 'Rixat pro rixatur' his verbis: 'Ne familiae *rixent* cum vicinis', nisi quod cod. Paris. n. 7667 *rixentur* (sed *ur* per superpositam notulam scriptum teste Quicheratio, qui primus recentiorum Nonii editorum formam '*rixent*' in contextum recepit). Fortasse igitur in Varronis ipsius verba (R. R. I, 15) forma '*rixent*' ut genuina et vere Varroniana ex Nonii auctoritate inserenda est. Forma deponentialis extat ap. Cic. Quint.

sortire: Varro Rer. hum. XX ap. Non. 471, 1 *sortiant*, quod idem extat ap. Plaut. Ennium etc. (cf. Koffmane pg. 183).

vagare: sat. fr. 215 (R. 148, 8) *vagat.* fr. 438 (R. 203, 10) *vagarunt* (cf. *Riese* p. 67; *Lachmann* in Lucret. 178); eandem formam activam adhibuerunt Plaut. Pacuv. Acc. Catull.

vociferare: R. R. III, 9, 5 *vociferant*; cf. *vociferatum* passive apud Liv. 24, 21, 2. || *vociferari* Lucret. Cic.

urinare: L. L. V, 126 *urinant* et infra *ürinare*; || *urinari* Cic. Plin.

Notio passiva inest verbis deponentibus his:

abuti: Varro ap. Prisc. II, 381, 11 'ab rege *abutamur*', quod item usurpatur a Plaut. Hortens.

conspicari: Varro apud Prisc. II, 384, 1 K 'Paupertas enim haec tum non ita nutricata, ut nunc *conspicatur*', quod item usurpatur a Plaut. Sallust. (?), Apul.

hortari: Varro ap. Prisc. II, 387, 2 K. 'ab amicis *hortaretur*' (cf. Neue II, p. 215 et Koffmane 87).

revereri: sat. fr. 449 (R. 206, 8) 'si nihil mei *revereatur*'.

sectari: R. R. II, 9, 6 'qui vellet se a cane *sectari*'.

tueri: R. R. III, 1, 4 'et in bello ab his *tuebantur*' (vide *Schneideri* adnot. ad h. l.) et fortasse L. L. VII, 11 'ubi mysteria fiunt aut *tuentur*' (cf. infra § 29 et Koffmane 197).

Contra alia quaedam deponentia apud Varronem inveniuntur, quae apud omnes fere ceteros scriptores formam solam activam induunt; nec absurde iudicabimus Varronem in his formationibus usum vulgarem servavisse, in quo utraque forma aeque valuerit.

affectari: Varro apud Diom. 382, 4 K '*affectatus est* regnum' et Apul. de herb. 15 *affectari* et *affectaberis*.

aurigari: sat. fr. 316 (R. 171, 2) 'natura *aurigatur*' || *aurigare* ap. Plin. Suet. Gell.

fatisci: Varro Antiquitat. rer. hum. XIV. apud Non. 479, 13 *fatiscuntur*: cf. Pacuv. ibid; Acc. Lucret. 5, 308; 3, 458; Fronto princ. hist. p. 207, 7; bell. Parth. 217, 2 (ed. Naber) || *fatiscere* ap. Verg. Tibull. Col. Tac. (cf. *Jahnsson* De verbis deponentibus p. 50).

excalceari: sat. fr. 439 (R. 204, 3) 'nemo *se excalceatur*' || *excalceare* Vellei. Suet. Gell.

labasci: Varr. Rer. divin. VII. ap. Non. 473, 10 et ibid. Accius. || *labascere*: Plaut. Ter. Lucret. Verg.

murmurari: sat. fr. 166 (R. 136, 2); fr. 572 (R. 236, 7); Quadrigar. ap. Non. 478, 5; Apul. Florid. n. 16. pg. 67 ed. Hild.

commurmurari: sat. fr. 380 (R. 185, 4) '*commurmurantur αὐτοί*'. Cf. Cic. in Pis. 25, 61 'ut scriba *commurmuratus sit*', Fronto ad. Caes. p. 21, 6 ed. Naber 'pauculi *admurmurati* sunt'.

quiritari: Varro ap. Diom. 381, 22 K. (*Wilmanns* de Var-

conis libris grammaticis p. 170, 40). || *quiritare* L. L. VI, 68, item Cic. Liv. alii (cf. *Jahnsson* de verb. depon. p. 90).

ruminari: sat. fr. 60 (R. 106, 4); Varr. de pudicitia Riese p. 258 'ruminabitur humanitatem'; sat. fr. 505 (R. 218, 1) ex Non. p. 480, 17, cuius codices praebent 'Erras', inquit, 'Marce, accusare nos criminaris antiquitates', quibus in verbis pro 'criminaris' formam aliquam verbi ruminandi ponendam esse viri docti dudum perspexerunt. Sed cum hoc fragmentum una cum altero (fr. 60) a Nonio sub lemmate 'ruminatur' propositum sit in capite quod inscribitur 'De contrariis generibus verborum', apparet verbum ruminandi etiam exteriorem formam deponentialem prae se ferat oportere. Quare *Buecheleri* emendatio, quae est: 'Erras, inquit, Marce: accusare nos ruminans antiquitates' minus placet quam *Quicherati* 'accusans nos *ruminari* antiquitates' vel *Riesii* 'Pergis (Parcas' vel comperces' *Vahlen* coniectanea p. 110), inquit, Marce, accusare nos: *ruminaris* antiquitates'.

rurari: sat. fr. 457 (R. 208, 1) 'in agro *ruror*'. || *rurare* ap. Plaut. Capt. 1, 1, 16 (84) 'dum rúri *rurant* hómines'.

ructari: R. R. III, 2, 3 'aves .... *ructor*' cf. Hor. A. P. 457, Tert. Sidon. Quam non usitatam formam fuisse testatur Paul. ex Festo p. 263 'ructare non *ructari* dicendum est ..... Cicero tamen *ructaretur* dixit'. Sed in Ciceronis scriptis, quae nunc extant, verbi ructandi nisi forma activa non invenitur (Phil. 2, 25, 63 'cui *ructare* turpe esset' et aliquotiens part. praes. 'ructans' Tusc. disp. 5, 34, 100; ad fam. 12, 25). || Praeterea *ructare* legitur ap. Plaut. Plin. Iuv. cet.

sacrificari: L. L. VI, 18 'mulieres *sacrificantur*': R. R. II, 8, 1 'et ipsi pro se *sacrificarentur*': II, 11, 5 'sacrificari lacte pro vino': adde sat. fr. 266 (R. 158, 3): Catus fr. X ed. Riese p. 249, 1 et L. L. IX, 105, ubi Varro comprobat *sacrifico* et *sacrificor*. (cf. *Jahnsson* p. 76). Forma deponentialis praeterea extat ap. Gell. 18, 12, 10 et ap. Cyprian. ep. 52 *sacrificati* h. e. christiani, qui ut persecutionem effugerent, diis Romanis sacrificabant.

Huc spectant denique duo participia perf. pass., quae notione activa usurpantur:

exparta: R. R. II, 5, 7 'pecudes iam *expartae*'. Cf. *parta* i. e. quae peperit Col. 7, 4, 3. Apnl. de mag. II pg. 548 e coni. Hildebrand.

mussatus: sat. fr. 102 (R. 121, 4) 'discumbimus *mussati*'.

cf. *Buecheler* Rh. Mus. XX. p. 414 adnot. 9, qui codicum lectionem 'mussati' pro 'invitati', quam *Riese* coniecerat, Varroni recte vindicavit.

Sed ut iam accedamus ad ipsam quaestionem, quam proposuimus: exploratum est veteres cum Varronis doctrinam et antiquitatis cognitionem permagni aestimarent (Cic. Brut. 15, 60; acad. post. 1, 3, 9), eiusdem dicendi genus imitandum esse numquam iudicasse (cf. Quint. 10, 1, 95; Augustin. C. D. 6, 2). Quod cum ita sit, negari tamen nequit singulis verbis aut recte et constanter novatis aut ex graeca lingua translatis copiam linguae latinae a Varrone auctam esse. Multae quidem Varronianae formationes, quae nimiam vetustatis speciem prae se ferunt (de quibus conferas Gell. 20, 11, ubi exponit de verbis sordidis; *Gerlach* prolegg. ad Lucil. p. 105) a posterioribus spernebantur et oblivione obruebantur aut a scriptoribus infimae demum latinitatis in aspectum lucemque proferebantur.

Quae res clarius perspicietur ex ea quae sequitur opusculi parte. In hac enim singulis verbis ad speciem terminationum, quibus formata sunt, enumeratis adnotavi, apud quos quodque vocabulum scriptores posteriores praeter Varronem extaret. Ac primo loco pertractentur:

NOMINA

SUBSTANTIVA a) MASCULINA.

§ 1.

Inter substantiva masculina suffixo *-tu-* a verbis derivata nonnulla apud Varronem occurrunt, quae cum apud hunc unum inveniantur neque praeter ablativi singularis terminationem ullam aliam accepisse videantur, maxima ex parte a Varrone veriloquii causa efficta esse neque unquam in usum communem transiisse suspicor. Sed hoc ideo potius divinari quam certo affirmari potest, quod in tanta quam nos fecimus librorum iactura facile fieri potuit, ut casu quodam in iis solis qui nobis servati sunt libris hoc vel illud verbum semel tantum traderetur. Si vero praeter ablativum singularis numeri alios casus re vera non extitisse iudicamus, ille sine dubio ad analogiam formae supini II in *u* exeuntis conformatus est.

Neque alienum a re videbitur hoc loco leviter attingere, quomodo omnino Varro in veriloquiis verborum afferendis infinitivi notionem expresserit. Ac primum quidem in eo aliquid offendimus, quod Varronem aliquotiens infinitivum ipsum cum praepositione *a* coniunctum ad verborum origines explicandas admisisse certo constat, velut L. L. VI, 75 'omnium enim horum quid *a canere*', L. L. VI, 79 'acquirere est *ab ad* et *quaerere*', L. L. VII, 108 'sarrare *ab serare* dictum', L. L. VI, 79 'Dicitur lucere *ab luere*: ab luce dissolvuntur tenebrae'. (Varroni verbis luendi et solvendi idem significari videri apparet ex sat. fr. 100 (R. 120, 4) 'quoniam est luere solvere').

Tum alii nonnulli loci huc spectant, in quibus quamquam formam infinitivi eodem modo quo in iis quae modo attuli exemplis, cum praepositione coniungi potuisse facile concedo, fortasse tamen librariorum culpa Varroni hanc insolitam verborum constructionem inculcatam esse suspicari licet, velut L. L. VI, 50 'maerere *a marcere*', ubi pro 'marcere' levissima mutatione *marcore* scribitur: L. L. VII, 80 '*ab recipere* reciprocare fictum', ubi pro 'recipere' fortasse 'reciproca' restituendum esse, verba quae praecedunt "Reciproca tendens nervo equino concita Tela" 'reciproca est quom unde quid profectum, redit eo. *Ab recipere* etc.' videntur probare.

Alius qui legitur locus L. L. V, 83 'Pontifices, ut Scaevola Quintus dicebat, *a posse* et *facere* ut potifices' nostra quaestione non continetur, cum Varro ipsius Scaevolae verbis uti videatur.

Contra in ceteris qui huc spectant locis Varro infinitivum aut gerundio aut substantivis verbalibus circuire solet, ita tamen, ut illud multo saepius adhibeat velut L. L. V, 18 *caelum a caelando*; V, 36 *a colendo collis*; VI, 43 *cogitare a cogendo* etc., qua ratione fere centiens viciens quinquiens infinitivi notionem expressit.

Tum inter substantiva verbalia pro infinitivo posita primum locum obtinent ea, quae in *-tus* exeunt, velut L. L. V, 37 *seges ab satu*; V, 138 *vallum a volatu* etc., quorum omnino XL mihi enotavi.

Deinde substantiva feminina in *-tion-* cadentia duodeciens fere in infinitivi locum successerunt, velut L. L. V, 20 *caelum a cavatione*, VII, 52 *a stipatione stipatores* etc.

Sexiens Varro ita posuit substantiva in *-or* desinentia pro infinitivis verborum secundae quam dicimus coniugationis, velut L. L. V,

104 *uvae ab uvore*; ibid. *cucumeres a curvore*, sat. fr. 33 (R. 102, 4) *a fervore febrim*, L. L. V, 109 'elixum *e* liquore aquae dictum', ubi Varro ut formarum similitudinem indicaret (e liquore = elixum) praepositione *e* pro *a* usus est, id quod rarissime eum fecisse constat (cf. *Wilmanns* de Varronis libris gramm. p. 42: 'Varro semper fere in derivationibus *a* praepositione utitur'.).

Postremo Varro quater substantivis in *-tura* usus est ad verborum origines aperiendas, velut sat. fr. 420 (R. 199, 3) *a caelatura — caelum*, L. L. V, 62 *a vinctura dicitur vieri*.

Sed ut iam ad propositum redeamus, primo loco enumerabo ea substantiva in *-tus* cadentia, quae veriloquii causa a Varrone videntur novata esse. Quo ex genere afferenda putavi haec: [1])

**ambecisus*: [2]) L. L. VII, 43 'ancilia dicta ab ambecisu'. (cf. L. L. VII, 30: '[ambages] profectum a verbo ambe, quod est in ambitu' etc.).

**detritus*: L. L. V, 176 'detrimentum a detritu'.

**iunctus*: L. L. V, 135 'iugum et iumentum a iunctu', cf. L. L. V, 47 'Ceroliensis a carinarum iunctu dictus Carinae' et L. L. X, 24 'quadrigae a coniunctu dictae', quod vocabulum reperitur Papinian. Dig. 32, 91, 4 'communi coniunctu'.

**pipatus*: L. L. VII, 103 'pipulus a pipatu pullorum'. cf. Paul. ex Fest. p. 212 'pipatio clamor'. Verbum pipandi sat. fr. 3 (R. 93, 2) de gallinarum voce, et a Varrone ap. Non. 450, 6 de pullorum quorumlibet voce dicitur.

**rasus*: L. L. V, 136 'quo ab rasu rastelli dicti'.

**rutus*: L. L. V, 136 (coni. Scal.) 'rastri, quibus dentatis . . . . eradunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti'.

ventus: L. L. V, 94 'venator a ventu, quod sequitur verbum adventum et inventum', quae verba Scaliger ingeniose quidem sed vix recte sic emendavit: 'a vento, quod sequitur cervum ad

---

[1]) Huic indici ea tantum vocabula in *-tus* cadentia inserui, quae suam nominis naturam luculenter prae se ferunt; qua re omittendum putavi vocabulum *attactus* R. R. II, 5, 8 'corium attactu non asperum et durum', quod sine dubio ad supinum II referendum est. Eiusdem vocabuli ablativus extat Verg. Aen. 7, 349 'volvitur attactu nullo' et Pallad. 1, 35, 11 'attactu frequenti' et Iuvenc. 1, 776 'attactu solo'.

[2]) Asteriscis distinxi ea vocabula, quorum nullum praeter Varronem novi auctorem.

ventum'. Sed videtur subst. *ventus* iam apud Plautum extare: vide Cist. I, 1, 15; Curc. II. 3, 35—37.

Tum extant alia eiusmodi substantiva, quae praeter Varronem posteriores scriptores in usum receperunt: quo spectant haec:

advectus: L. L. V. 43 'ego maxime puto, quod ab advectu hominum' (verba facit de origine verbi Aventini): quod idem ap. Tac. hist. 4, 84 'haec de origine et advectu dei'.

commotus: L. L. V. 71 'Commotiae ad lacum Cutiliensem a commotu'; idem iterum ap. Cael. Aurel. chron. 5, 10, 95.

foratus: Lactant. de opif. Dei c. 8, 6 'a quo foratu oculorum frontem nominatam Varro existimat': idem Tert. Pall. 4 et Gloss. Labb. 'foratus τρῆμα'.

nuptus: L. L. V, 72 'Neptunus . . . . . ab nuptu id est opertione ut antiqui': sic hoc vocabulum nusquam alibi adhibetur. Apud posteriores enim scriptores idem significat quod nuptiae, velut ap. Stat., Aurel. Vict., Hygin.

stratus: R. R. I. 53, 3 'stramentum . . . . . ab stratu', quod idem ap. Ulp. Dig. 50. 16. 45 (bis), Solin. 46 (ed. Agnant) recurrit.

Alia in *-tus* substantiva, quae apud Varronem etiam alias casuum formas praeter ablativum induerunt, memorabilia extant haec:

agitatus: L. L. V. 11 'quod est in agitatu actio': L. L. VI, 41 'actio ab agitatu facta': L. L. VI, 42 'Actionum trium primus agitatus mentis', quod idem vocabulum reperimus non ante Macrob. Sat. 7. 8 § 12 'agitatu suo': id. Somn. Scipion. 2. 12 § 16 'quae ipsa corpori praestat agitatum'.

**declinatus*: L. L. VI. 36 'quom verborum declinatuum genera sint quattuor', et idem vocabulum extat L. L. VIII. 6: IX. 34: 51: 53 cet. Pro eodem substantivo ipse Varro saepissime voc. 'declinatio' utitur, velut L. L. VIII, 3: 21: 22; 23; 24: IX. 35; 62: X. 11, cet. Illa autem forma a solo Varrone usurpatur: nam quod apud Cic. fin. 5. 7 § 17 legitur 'et primum declinatum dolorem' neutrum perf. pass. esse *Madvigius* ad l. c. demonstravit. Significationem autem vocabuli 'declinatus' vel 'declinatio' apud Varronem multo latius patere quam qua nos uti soleamus, locis quos enumeravi comparatis facile cognosces. Complectitur enim Varro hoc nomine omnes verborum mutationes, quas grammatici graeci dicunt *πάθη λέξεως*. Conferri potest v. 'inclinatus' apud Gell. 3, 12, 2 eodem sensu usurpatum.

**delapsus*: R. R. I. 6, 6 'Campester locus cum aquae non habet delapsum'.

descensus: R. R. II. 5. 13 'Mas an femina sit concepta, significat descensu taurus cum iniit'. Hoc vocabulum, cuius haud ita frequens est usus, extat apud Sallust. Cat. 57, 3 'qua illi descensus erat in Galliam properanti', et notione quae dicitur concreta, idem significans quod via, qua descenditur, ap. Hirt. b. g. 8, 40: Verg. Plin. (H. N.).

esus: sat. fr. 262 (R. 160, 4) 'ceteras res esui usuique prae se portant' et R. R. I, 60 (id. ap. Non. 148, 3) 'oleas esui optime condi scribit Cato, orchites cet.'; sed in Catonis verbis (R. R. cap. 7, 4), qualia nobis servata sunt, illud v. *esus* non legitur, sive Varro Catonis locum non ad verbum citavit sive, ut multis viris doctis placet, Catonis libri forma genuina non extat. Videtur autem ante Tert. anim. 43, qui accusativo sing. et Isid. Orig. 20, 1, 1, qui ablativo sing. utitur, nihil inveniri nisi dativus sing. 'esui', velut apud Gell. 4, 1, 20 'esui et potui'.

**fusus*: L. L. V. 123 'Fons unde funditur e terra aqua viva ut fistula, a qua fusus aquae'.

indutus: L. L. V, 131 'Prius dein indutui tum amictui quae sunt tangam': paulo post iterum legitur 'indutui' et L. L. X, 27 'quo indutui mulieres ut uterentur est institutum'; cuius vocabuli fortasse nihil invenitur nisi forma dativi sing. et ablativ. plur. velut 'indutui' Tac. ann. 16, 4: Apul. flor. 1 no. 9, 32; 'indutibus' Ammian. 30, 7, 4; 24, 2, 5.

latratus: R. R. II. 9, 4; L. L. VII, 32 praeter Varronem non ante poetas Augusto aequales (Ovidium et Vergilium) extat.

**nominatus*: L. L. VIII, 45; 52; 63; IX, 95; X, 18, quo substantivo apud Varronem significantur et 'vocabula' (i. e. nomina subst. et adiect.) et nomina propria. Idem vocabulum cum apud alios praeter Varronem scriptores nusquam legerim, effici videtur Varronem cum aliorum verborum, quae ad rationem grammaticam spectant, novatorem extitisse tum hoc suo ingenio novasse.

**observatus*: R. R. II, 7, 3 'ex observatu dicunt, eum equum habere annos XVI'.

profectus: R. R. I, 2, 23 'si quis propter agrum aut etiam in agro profectus domino', quod vocabulum post Varronem invenitur in libris Ovid. Liv. Quint. Plin. I et II, non Ciceronis et Caesaris.

suctus: sat. fr. 199 (R. 145, 4) 'suctu candidi lactis', quae vox praeter hunc locum non legitur nisi apud Plinium, qui eam admisit H. N. 8 (54) 127 'pedum suctu'; 9 (48) 91 'numeroso suctu'; 10 (63) 129 'bibunt aves suctu': 10 (98) 211 'suctum imitatur'.

**vinctus*: R. R. I, 8, 6 'pendere in palma aut funiculo aut vinctu', quod v. nusquam alibi inveni; cf. apud eundem Varronem L. L. V, 62, *vinctio*; ibid. *vinctura*.

Ex iis in *-atus* substantivis, quae ad similitudinem verbalium a verbis denominativis in -are derivatorum a nominibus videntur profecta esse, velut tribunatus (tribuno-), pontificatus (pontifec-), consulatus (consul-), ex Varrone affero:

primatus: R. R. I, 7, 10 'quod alii dant primatum bonis pratis', quod idem ap. Plin. Tert. saep. cf. 'summatus', quod semel extat Lucret. 5, 1142; 'secundatus' Tert. anim. 27.

Quod legitur R. R. II, 5, 17 'castrare non debet ante *bimatum*', *Keil* observat. crit. in Cat. et Varr. p. 37 codicum auctoritate nixus emendavit in 'ante bimum' h. e. antequam bimus sit.

§ 2.

Sequitur ut agamus de nominibus substantivis in *-tor* vel *-sor* desinentibus, quae cum maxima ex parte a verbis re vera extantibus derivata sint, aliquotiens tamen ad horum analogiam a nominibus originem ducunt, velut *olitor* (olus), *vinitor* (vinum) cet.

In Varronis libris ad verba referenda videntur haec:

cantator: L. L. VIII, 57 'ab cantando cantator', quod vocabulum num ante Augusti aetatem praeter hunc Varronis locum pro usitato *cantor* inveniatur, dubito; primus enim in continua oratione h. v. adhibet Mart. 13, 77; Gell. 16, 19, 2; cf. 'incantator' ap. Tert. et Isid.; 'praecantator' Augustin.

**desponsor*: L. L. VI, 69 'Ab eadem sponte . . . . declinatum spondet et respondet et desponsor et sponsa', quod vocabulum quamquam tota in latinitate non iam invenitur, tamen usitatum fuisse Varronis temporibus eo efficitur, quod ab hoc una cum iis verbis enumeratur, quae in omnium usu erant.

impositor: L. L. VII, 2 'quom haec adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris'; cf. *ὀνοματοθέτης* Plat. Charm. 175 b. Alia notione hoc vocabulum extat Ulp. Dig. 21, 1, 4, 2 et 50, 13, 1, 3, ubi idem significat quod graece *ἐπιθέτης* i. e. eum, qui decipit. Moneo in locis Digestorum quos attuli formam in-

veniri 'impostor' (cf. 'impostura' Ulp. Dig. 47, 20, 3, 1), quae deinceps ad linguas Romanicas adscita est.

mensor: R. R. I, 10, 2 et apud Hor. Ovid. Plin. alios.

**obstrigillator*: sat. fr. 436 (R. 202, 5) 'aemulum illius artis atque obstrigillatorem' a verbo obstrigillandi, quod legitur ap. Varr. R. R. I, 2, 24 et sat. fr. 264 (R. 157, 9).

putator: L. L. VI, 63 'ideo putator, quod arbores puras fecit', vocabulum scilicet in lingua rusticorum usitatum, velut Col. poet. 10, 228; Plin. H. N. 27, (45) 69.

repertor: R. R. I, 2, 19 'Libero patri, repertori vini', quod vocabulum plane abhorret ab usu prosae orationis optimae. Admittitur autem a poetis Augusto aequalibus Hor. Ov. Verg. et a posterioribus velut a Tacito eadem qua Varro usus est notione. Cicero et qui elegantiore oratione utuntur v. 'auctor' vel 'inventor' pro Varroniano v. 'repertor' ponunt.

tector: R. R. III, 2, 9 'villam, quam neque pictor neque tector vidit umquam' et id. ap. Vitr. Frontin. Tert.

vestigiator: L. L. V, 94 'vestigiator a vestigiis ferarum, quas indagatur', quod vocabulum si scribitur *i* littera inter *g* et *a* inserta, a vestigio declinatum esse apparet; quamquam forma *vestigator* a verbo vestigandi ducta apud posteriores in usum magis magisque videtur recepta esse, velut ap. Col. Sen. Serv.

Eodem modo ut 'vestigiator' ad alteram classem horum vocabulorum, quae cum ad verba referri non possint, a nominibus ipsis profecta videntur esse, pertinent haec:

porculator: R. R. II, 4, 1 'Sed quis e porculatoribus Italicis prodit?', quo in loco verba 'porculatoribus Italicis' pro vulg. 'quis e portu post Italico' restituit *Gessner* audacter quidem, sed ut, donec certius aliquid proferatur, in eo perstandum esse videatur. Idem vocabulum praeterea invenitur apud Col. 1 praef. § 26; 7, 9, 12.

**rapinator*: sat. fr. 65 (R. 107, 5) 'in invidiam veniant in hoc ipso rapinatores'. Nonii 167, 20 auctoritatem secuti hoc vocabulum etiam Lucilii fragmento vindicant, quod *Lucianus Mueller* attribuit lib. II fr. 1, sed v. 'rapinator mutato in 'rapister', qua de re cf. Muell. adnotationem p. 199: 'quod legitur Non. p. 167 *rapinator*, librariorum non Nonii culpa evenisse existimo; qui postquam id quod est *rapinator* Varronis exemplo

adstruxerat recordatus etiam inusitatum vocabulum *rapister* haberi apud Lucilium id statim non monito lectore subiunxit.

§ 3.

Pauca addo de substantivis in *-or* (*-os*) exeuntibus, in quibus Varro ab usu Ciceroniano haud ita longe discedit, cum plurima horum substantivorum, quibus utitur, etiam in Ciceronis libris inveniantur, ut *calor*, *fervor*, *sapor*, *sudor*, *tenor*, *tremor*, *vapor*. Nonnulla tamen huiusmodi substantiva a Varrone novata esse suspicor, velut:

**uvor*: L. L. V. 104 'uvae ab uvore', quod vocabulum sibi finxit a verbo †*uvendi*, quod in usu fuisse effici videtur formis participii 'uvens' et incohativi 'uvescere' Lucret. 1, 306. Quamquam haud ignoro has ipsas formas ipso verbo †*uvendi* non adhibito a stirpe nominali fingi potuisse.

'*curvor*': L. L. V. 104 'cucumeres dicuntur a curvore' et L. L. VII, 25 'cornua a curvore dicta, quod substantivum, cum verbi †*curvendi* nulla iam vestigia extent, derivatum est ab adiectivo *curvus* ad similitudinem eorum, quae re vera a stirpibus verbalibus profecta sunt. Pro *curvore* extat 'curvatura' ap. Ov. Verg. Plin., 'curvamen' ap. Ovid. et Plin. ep., 'curvitas' ap. Macrob. (Somn. Scipion. 1, 15, 7.) Videntur verba *uvor* et *curvor* a Varrone veriloquii causa novata esse aeque atque illa in *-tus* exeuntia, quae supra attuli.

**tardor*: sat. fr. 57 (R. 110, 4) 'Ne mé pedatus ' – versuúm tardor Refrénet.' i. e. per hypallagen dictum pro 'pedatorum versuum tardor' (cf. *Vahlen* coniect. p. 138). Hoc substantivum, quamquam frequentativum 'tardescere' ap. Lucret. 3, 479 invenitur, tamen ad adiectivum *tardus* referre maluerim quam ad verbum †*tardendi*, cum ipsum verbum *tardescendi* aeque atque multa alia frequentativa a nomine profectum esse verisimile sit. Praeter Varronem nemo *tardorem* dixit pro usitata *tarditate*: poetae prisci pro eodem ponere solebant 'tarditudo' (Acc. tr. 69. Plaut. Poen. III. 1. 29) vel 'tardities' (Acc. tr. 278).

§ 4.

Transeo ad ea substantiva masculina, quae *-on-* suffixi vel primarii vel secundarii ope a stirpibus derivata sunt. Primarium enim appellamus quod ad stirpes verbales, secundarium quod ad stirpes nominum additur. Omissis igitur iis, quae Varroni commu-

nia sunt cum priscis, velut *comedo, mando, calcitro, silo*, referam primum ea, quae a stirpibus verbalibus orta sunt:

**edo*: sat. fr. 529 (R. 224, 7) 'φιλαναλῶται edones Romam, ut turba incendant annonam, et propter phagones ficedulam pinguem aut turdum nisi volantem non video'. In hoc fragmento vv. 'edones' et 'phagones' more nominum propriorum (quasi Fresservolk) usurpata esse *Oehler* et *Riese* volunt; sed sive recte iudicaverunt hi viri docti sive erraverunt, nihil obstat quominus Varronem vocabulum 'edones' novasse existimemus. Fortasse v. *phago* iam ante Varronem in lingua latina extitit in titulo fabulae Plautinae, quem ipse Varro tradidit L. L. VII, 61 'In pagone', quod *Ribbeck* Com. coroll. p. 103 Pium secutus in 'Phagone' commutari vult: *Ritschl* parerg. 151 et opusc. II, 731 hanc coniecturam minus probat. Idem vocabulum profert Zonaras p. 1791 *φαγῶνα φίλαυτον καὶ ἄπληστον*; sed ipse verbum *φαγών* atticum esse negat, cum addat: *ἔστι δὲ Συρων ἡ λέξις*, quae quidem verba quid sibi velint vix liquet, nisi forte de Syracusanis (*Συρακοσίων*) cogitaveris. Extat autem v. 'phago' praeterea ap. Vopisc. Aurel. 50.

**rapo*: sat. fr. 378 (R. 187, 3): 'cum hic rapo umbram quoque spei devorasset' pro usitato *raptor* (cf. *rapinator*, de quo supra dixi).

balatro: R. R. II, 5, 1 'videbo iam vos, inquit, balatrones'; sic Varro qua est hilaritate non prorsus urbana appellat amicos, quibuscum colloquitur. Idem vocabulum invenitur apud Hor. sat. 1, 2, 2 (cf. Heindorf ad h. l.): 2, 8, 21 (Servilius Balatro), et Gell. 1, 15, 20, qui de eius significatione haec profert: 'veteres quoque nostri hoc genus homines in verba proiectos locutuleios et balatrones et loquaces dixerunt'. cf. Paul. ex Fest. 34, 4 cum Muelleri adnotatione. De origine eiusdem disputat *Corssen* Ausspr. II², 384. —

A nominibus suffixo *-on-* derivata sunt substantiva haec:

popino: sat. fr. 308 (R. 170, 6) 'Quis póculis marcéntium chorum íntro ibit popíno?' et idem ap. Hor. sat. 2, 7, 39; Suet.

**longurio*: sat. fr. 562 (R. 234, 12) 'ego nihil, Varro, video; ita hic obscurat, qui ante me est nescio qui longurio' h. e. homo, cuius eximia corporis longitudine Varronis amico in theatro vel alio loco prospectus ad scaenam adimebatur. Est autem v. 'longurio' derivatum a 'longurius', quod vocabulum legitur apud Varro-

nem R. R. 1, 14, 2; Caes. b. g. 3, 14, 5, nisi potius formam 'longurio' suffixo *-ion-* a *longulus* ita profectam esse iudicas, ut 'longulio' per dissimilationem mutaretur in 'longurio'.

Suffixum *-ion-* certo cognoscitur in vocabulo:

libellio: sat. fr. 256 (R. 157, 6) 'tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant', quod idem extat ap. Stat. Silv. 4, 9, 21. 'miser libellio'. Quodsi hoc fragmentum cum proxime antecedente, quod est 'quod dum ministrant, in scrobe fodiendo inveniunt arcam' coniunxeris, verisimile fit Varronem vocabulo libellionis suam ipsius actionem lepide et iocose indicare voluisse. Haud inepte enim *Vahlen* (Coniectanea p. 110) suspicatur arcam illam, de qua verba fecerit fr. 255, fortasse Numae Pompilii libros e terra erutos continuisse, quos ad se ut libellionem i. e. librorum peritum et confectorem (Buecherling ut adnotat *Buecheler* Rh. Mus. XX p. 438) adlatos esse Varro finxerit.

Addo huic vocabulorum classi substantivum:

equiso: quod nove et inusitate formatum est et praeter Varronem, qui eo libentissime videtur usus esse, apud melioris notae scriptores nusquam legitur. Extat enim ap. Val. Max. 7, 3 ext. 1, ubi latiorem ita induit notionem, ut asinarius qui paullo ante commemoratus est 'equiso' appelletur; ibid. ext. 2; tum ap. Apul. de deo Socrat. 5 p. 129; Apul. Met. 7, 15 p. 473 'equiso armentarius'; ibid. 8, 1, p. 505. Adde Gloss. Labb. '*ἱπποκόμος* agaso, equilio; equisio *ἱπποκόμος*', in quibus nihil aliud latere quam vocabulum 'equiso' recte coniecit Quicherat Add. lex. lat. Varro igitur, ut omittam duos locos (L. L. VIII, 14; X, 28), ubi v. 'equiso' ut ab equo derivatum affert, eodem ter in satirarum fragmentis ita utitur, ut bis sat. fr. 118 (R 128, 1) et 559 (R. 233, 11) de iis dicatur, qui equos domant et condocefaciunt, sat. fr. 276 (R. 161, 2) 'nautici equisones' appellentur ii, qui naves funibus per flumen trahunt. Formationem quidem huius vocabuli, quae, quantum video, tota in latinitate singulariter extat, ad sermonem plebeium, quippe qui haud paucas insolitas formas procreet, referendam esse suspicor. De quantitate *i* litterae, de qua inter '*Buechelerum* (Rh. Mus XX p. 402) et *Riesium* (Rh. Mus. XXI p. 120) magna est dissensio, certi quidquam proferre non audeo.

b. FEMININA

§ 5.

Ut in proximo verborum genere Varronem nomina in *-tus* desinentia praeter ceteros amavisse docuimus, sic femininis formationibus iis potissimum linguae copiam ditare studebat, quae in *-tion* - (*-sion*) cadentia a verbis originem ducunt eorumque vi primitiva ita induuntur, ut notionem agendi prae se ferant. Quibus simillima sunt substantiva in *-tura* exeuntia, quae quantum primitus ab illis distulerint, ita ex hominum memoria videtur excidisse, ut saepe ab eadem stirpe utriusque generis nomina sine ullo fere significationis discrimine derivarentur, velut *admissio — admissura; cultio — cultura; curvatio — curvatura : cursio — cursura* etc. Est autem nativa inter haec duo differentia haec, ut, cum formae in *-tion* desinentes verbi actionem semel factam indicent, suffixo *-tura* eam iterum vel constanter fieri exprimatur. Atque ex hac iterandi significatione haud raro oritur notio muneris vel officii ita, ut *censura* sit munus censentis i. e. censoris; *pictura* munus pingentis i. e. pictoris. Suffixum autem *-tura* a *-tor* proficisci solere quamquam satis inter omnes constat, tamen iam antiquissimis linguae latinae temporibus illud per se ipsum ex stirpibus verbalibus substantiva finxisse inde efficitur, quod haud pauca vocabula in *-tura* exeuntia extant, quibus eiusdem stirpis formae in *-tor* in linguae latinae copia, quam nos quidem novimus, non respondeant, velut *armatura, caesura, mistura, usura* et alia, quae enotavit *L. Meyer* Vergl. Gramm. II p. 352. Interdum fit, ut ubi utraque forma invenitur, altera in *-tor* desinens cum fortasse in lingua vulgari extiterit, in litterarum monumentis non ante infimam linguae latinae aetatem occurrat, altera quae in *-tura* exit rei publicae temporibus communi in usu fuerit, velut *admissor* (Lactant.) — *admissura* (Varr.); *vinctor* (Arnob.) — *vinctura* (Varr.); *pensor* (Augustin.) — *pensura* (Varr.). Sed ne longius a proposito aberremus, ad Varronem redeamus et quae in eius libris substantiva suffixo *-tion (-sion)* conformata legantur memorabilia persequamur. Ac primum quidem moneo nonnulla huius quoque classis vocabula in libris de L. L. scriptis legi, quae cum ita ut substantiva in *-tus* veriloquii causa a Varrone adhibeantur neque apud alium scriptorem ullum occurrant, novata esse a nostro iudicemus. Huc spectant:

**cubatio:* L. L. VIII, 54 'a cubatione cubiculum'.

**praefectio*: L. L. VII, 70 'a praefectione praefica dicta' apud Varronem unum extat. cum in loco Mart. Cap. 7 § 733 nunc recte legatur 'perfectio'.

**calatio*: L. L. V. 13 'Multa societas verborum, nec Vinalia sine vino expediri nec curia Calabra sine calatione potest aperiri'. i. e. origo vocabuli curiae Calabrae sine calatione explicari non potest: hoc tamen vocabulum fortasse linguae sacrae proprium fuisse et casu quodam alibi non inveniri concedo. Ceterum v. *Calabra* ita a verbo calandi profectum est ut *vela-brum* a velando (cf. *Corssen* K. B. 355). Magis in verborum copiam recepta esse videntur vocabula haec:

**cavatio*: L. L. V, 20 'caelum a cavatione' et paullo ante § 19 'et item Ennius ad cavationem'. L. L. V. 123 'sinum ab sinu. quod sinum maiorem cavationem quam pocula habebant': hanc igitur formam Varro in suam verborum copiam vere recepit.

demptio: L. L. V, 176 'damnum a demptione' et L. L. V, 6 'Litterarum demptio aut additio'. quod vocabulum non ante infimam latinitatis aetatem reperitur. Extat enim praeterea in Vulgat. Exod. 35, 21, (de qua cf. *Roensch* Itala u. Vulg. p. 72). Alia huius generis vocabula sunt haec:

**cursio*: L. L. V. 11 'Corpus est ut cursor: locus stadium qua currit: tempus hora qua currit; actio cursio' quod vocabulum, ut 'actioni' simile haberet. nescio an sibi finxerit.

**irrugatio*: Varr. ap. Serv. ad Aen. 1, 648 'Palla secundum Varronem dicta est ab irrugatione et mobilitate'. Editio Bipont. de L. L. p. 347 'irrigatione' exhibet. quod nescio an errore typographi in contextum irrepserit. Ceterum Varro ipse alium *pallae* veriloquium profert L. L. V. 131 'quod foris ac palam. palla', quod in eo quo utitur interpretandi more non offendit. Verbum irrugandi extat Gell. 12, 1 § 8; Stat. Theb. 4, 266.

**opertio*: L. L. V. 72 'Neptunus ... ab nuptu id est opertione'.

Tum haud pauca in libris de Re Rustica scriptis inveniuntur. quae ad rem rusticam pertinentia a Varrone primum in litterarum usum introducta sunt, quorum haec enotanda putavi:

admissio: R. R. II. 1, 18 de equis saliendis dicta hoc tantum loco extat. Apud scriptores argenteae aetatis usurpatur de aditu sollemni, qui legatis aliisve petentibus ad Caesarem vel senatum

vel populi contionem datur, velut apud Plin. Paneg. 47, 3; Suet. Vesp. 14.

**hiematio*: R. R. III, 16, 34 'reliquum (mellis) hiemationi relinquatur'.

**porculatio*: R. R. II, 4, 13 'in nutricatu (sc. suum) quam porculationem appellabant', quod vocabulum eodem modo quo *porculator* a *porculo* derivatum est, verbo †*porculandi*, quantum nos quidem scimus, non adhibito.

messio: R. R. I, 50, 1, quod vocabulum praeterea ex Vulgata enotavit *Roensch* p. 75.

nutricatio: R. R. I, 44, 3, quod v. praeterea legitur apud Gell. 12, 1, 5; Apul. dogm. Plat. 2 p. 26 § 259 ed. Hild.

praegnatio: R. R. I, 44, 4 'praegnationis dies' et R. R. II, 1, 18 'praegnationis primi et extremi fines', quod idem extat ap. Apuleium.

exemptio: R. R. III, 16, 34 sc. favorum; et idem ap. Col. et Pompon. (Dig.).

seminatio: R. R. II, 6, 3 'ad seminationem onagrus idoneus'; id. ap. Ambros. de Noë 29 § 107.

stercoratio: R. R. II, prooem. 5; et idem ap. Col. Plin.

Deinde nonnulla, quae ad grammaticam disciplinam spectant, apud Varronem primum apparent, velut haec:

additio: L. L. V, 6 'litterarum additione', quod vocabulum praeterea invenimus apud Quintilian. 9, 3, 18.

correptio: L. L. V, 6 'syllabarum productione aut correptione' et idem ap. Vitr. Quint. Gell.

**impositio*: L. L. X, 51 'voluntatem dico impositionem vocabulorum, naturam declinationem' et idem vocabulum L. L. V, 3; VII, 32. Est autem hoc femininum translatum ex graeco vocabulo ὀνοματοθεσία et dictum de ea hominum actione, qua primum rebus nomina imposita sunt (cf. *Lersch* Sprachphilosophie der Alten II p. 144 sqq.); quod cum nusquam alibi extare videatur, ad Varronis in grammatica novandi ingenium referre licebit.

litteratio: Varro ap. Augustin. de ord. II, 12, 35 'librariorum et calculonum professio, velut quaedam grammaticae infantia, quam Varro litterationem vocat'. Hoc vocabulum a Varrone ad primordia artis grammaticae significanda usurpatum esse praeter Augustinum alii infimae latinitatis scriptores testantur, de

quibus cf. *Wilmanns* De Varronis libris grammaticis p. 100 et 209 sq. et *Kettner* Varron. Studien p. 11 sq.

attractio: L. L. V, 6 'litterarum attractio', quocum conferas Pallad. Apr. 4, 3 'rugarum attractio'.

Item formata substantiva praeterea haec sunt:

apertio: R. R. I, 63. 1 'quod cum periculo introitur recenti apertione', quae vox et in prisca et in Ciceroniana latinitate inaudita reperitur ap. Apul., Cael. Aurel., Pallad.

**depolitio*: sat. fr. 589 (R. 238, 5) 'quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur', ad quae verba conferas Paul. ex Fest. p. 71. 20 'depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant'. Videntur igitur 'agri depolitiones' concreta, quae dicitur, notione positae esse pro agris diligentissime villis et hortis etc. perpolitis atque exornatis.

dormitio: sat. fr. 485 (R. 217, 3) 'o stulta nostri pectoris dormitio' et sat. fr. 588 (R. 238, 4) 'quo mihi somnos, si dormitio tollitur?' Idem vocabulum non reperitur nisi apud ecclesiasticos Tert. Augustin. Hieronym. et nonnullis Italae locis, quos enotavit *Roensch* p. 73. — cf. 'obdormitio' ap. Augustin. in ps. 75, 10. 'redormitio' Plin. 10, (98) 211.

passio: Varr. ap. Charis. p. 241, 33 (cf. *Wilmanns* p. 206, 81) 'animi passionem' et idem ap. Vellei. Apul. Augustin.

praebitio: sat. fr. 143 (R. 126, 3) 'quod ea die mea erat praebitio in ianuam 'cave canem' inscribi iubeo': quod vocabulum intellegi potest de conviviis, quae viri amicitia inter se coniuncti alternis parare solebant, cuius moris exemplum tradit Gell. 18, 2, 2. Omnem hanc quaestionem accurate persecutus est *Roeper* (Varronis Eumenid. reliquiae I p. 20). Praeter Varronem eodem vocabulo utuntur Iustin. 38, 10, 8 'praebitio copiarum': Aurel. Vict. Caes. 41, 19 'olei frumentique adventiciae praebitiones': Vulg. 2 Macc. 4, 14 'palaestrae et praebitionis (*χορηγίας*) eius iniustae' cf. *Roensch* p. 76.

scansio: L. L. V, 168 'simplici scansione in lectum scandebant', quod substantivum a posterioribus usurpatur translata notione, ut a Vitruv. 6, 1, 6 'sonorum scansiones' vel a Diomed. Serv. Beda 'versuum scansio'.

vinctio: L. L. V, 62 'Et horum (ignis et aquae) vinctionis vis Venus' et idem postea ap. Cels. Arnob. Tert.

Denique vocabulum addo, quod quamquam apud Varronem et primum et solum invenitur ex linguae antiquioris copia sumptum est:

**februatio:* L. L. VI. 13 'nam et Lupercalia februatio', quod v. ex lingua sacra depromptum est.

§ 6.

Substantiva in *-tura* exeuntia, quae nunc nobis pertractanda sunt, cum maximam partem in iis rebus inveniantur, quae ad agricolarum et rusticorum negotia pertinent, vulgari potissimum sermoni placuisse arbitror. Itaque apud Varronem quoque horum vocabulorum maiorem partem in libris de Re Rustica scriptis extare consentaneum est; ex quibus videntur afferenda esse haec:

admissura: R. R. II, 5, 12; II, 1, 26; II, 4, 8 eadem notione qua admissio, quam supra adnotavi, usurpatum. Praeterea idem extat ap. Col. Plin. Stat. (Silv.)

**carptura*: R. R. III, 16, 26 'nec non aliud discrimen sequuntur in carptura' h. e. dictum de apibus sucum e floribus exprementibus.

fartura: R. R. III, 8, 3; III, 9, 1 (cf. quae adnotat *Schneider*): L. L. V, 111 et idem apud Vitr. Col. Tert.

fetura: R. R. II, 5, 12 et idem ap. Verg. ecl. 7, 36: georg. 3, 62; Ovid. Plin.

**partura*: R. R. II, 1, 26 'deme duas res de mulis, admissuram et parturam'.

tonsura: R. R. II, 11, 9; II, 11, 6; L. L. V, 54 et id. ap. Ov. Plin.

**culsura*: R. R. II, 11, 9 sc. lanae, quae opponitur tonsurae.

volatura: R. R. III, 5, 7 'Ibi enim, in prima volatura cum veniunt (sc. aves), morantur dies paucos requiescendi causa', pro quo ceteri scriptores *volatus* exhibere solent. Columella, qui solus illo utitur, novam vim imposuit 8, 9, 1 'volatura ita ut capitur, farturae destinatur', et id. 8, 10, 5 'faciuntque avidiorem volaturam', quibus in locis v. *volatura* id ipsum quod alibi *aves* significat.

Ex ceteris Varronis libris memoranda sunt haec:

caelatura: sat. fr. 420 (R. 199, 3) 'appellatur a caelatura caelum', quod idem extat ap. Suet. Plin. Sen. (ep.). Ceterum de *caeli* derivatione conferas L. L. V, 18 et 19, ubi hanc Aelii Stilonis esse Varro tradit et ipse aliam veriloquii rationem probat, ex qua *caelum* ortum esse a *cavo* suspicatur.

**moderatura*: de vita P. R. I, 5 ed. *Kettner* (Non. p. 490, 26), ubi codicum lectio est haec: 'Mixtura et *moderatura*. Varro de Vita populi Rom. lib. I. 'Sed quod ea et propter talem mixtura immoderata exaquiscunt, itaque quod temperatura moderatur in Romuli triplicis civitates'. Quae verba in formam genuinam coniectando restituere temptaverunt *Roth* et *Quicherat* in Nonii, quas curaverunt, editionibus; quorum ille emendavit: 'Sed . . . . . mixturam moderata exaciscunt, ita quoque temperatur moderatura Romuli vita triplicis civitatis', hic: 'Sed quod . . . . . mixturam immoderatam exacescunt, ita quoque temperantur a moderatura in Romuli civitate triplices civitates'. Sed utra emendatio probabilior sit, quamquam hoc loco non diiudicatur, id constare videtur Varronem substantivum *moderatura* adhibuisse vel potius novasse ad similitudinem v. *moderatoris*, cuius notio subiunctis genetivis reipublicae (Cic.), exercitus (Tac.), iuventae (Mart.) manifesta in vocabulum *moderatura* optime quadrat. Itaque nihil videtur obstare, quominus haec vox lexicis addatur.

**pensura*: L. L. V, 183 'quod ea (aedes Saturni) etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam'.

temperatura: sat. fr. 23 (R.² 100, 1) 'caeli temperatura', quod idem extat ap. Vitr. Plin. Sed usitatior fuit v. *temperies*, velut 'temperies caeli' Ovid. Pont. 2, 7, 71, Plin. H. N. 3 (6) 41; 7 (2) 21; 14 (6) 55; etc.

**velatura*: R. R. I, 2, 14 'Item dicuntur qui vecturis vivunt, velaturam facere' et L. L. V, 44 'Velabrum a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt'. Quod vocabulum cum ab alio scriptore nullo usurpatum legerim, non dubito quin in sermone plebeio solo locum obtinuerit neque umquam in linguam elegantius dicentium transierit. Derivatum autem est a *velando* verbo denominativo substantivi *velum* (vehulum h. e. id, cuius ope aliquid vehitur). Videtur igitur vocabulo *velatura* *G. Curtii* (G. E. p. 181) iudicium firmari, qui censet ex radice *veh-* (sanscr. *vah-*, graec. *ἐχ-*) non solum verba *vehiculum*, *vehes*, *vectura* orta esse sed etiam *velum*, cuius genuina forma fuerit *veh-lum* vel *veg-lum*. Itaque substantivo *velatura* comprobatur, primitivae notionis (h. e. vehendi) vestigia vocis *velum* in verbo denominativo *velandi* tum etiam viguisse, cum substantivum *velatura* ab eo originem duxerit. Quantum nos

quidem scimus, verbum *velandi* alteram tantum notionem tegendi vel operiendi induit, quae eadem infima latinitatis aetate ap. S. Greg. Ep. 4, 18 apparet in verbis 'sacram vestem et velaturam (h. e. velamem sanctimoniale) deponere'.

vinctura: L. L. V, 62 'a vinctura dicitur vieri', quod vocabulum reperitur ap. Plin. H. N. 16, (68) 174; Cels. 7, 20; 8, 10.

§ 7.

Iam nobis tractanda sunt nomina in suffixum *-tat(itat-)* desinentia, quae derivantur a nominibus vel substantivis vel adiectivis, ita tamen, ut haec multo frequentiora quam illa inveniantur. Significationem illorum *Corssen* (K. Nachtr. p 275) eandem esse docet, quam nos germanice in iis compositis indicare solemus, quorum altera pars est '-schaft, -wesen'. Cuius vocabulorum generis a Varrone, qui illud in deliciis haberet, nonnulla novata eoque auctore in posteriorum usum recepta esse facile concedemus. Ab adiectivis igitur derivantur haec:

**arduitas*: R. R. II, 10, 3 'montium arduitas atque asperitas'.

ariditas: Varro ap. Serv. ad Verg. Aen. 1, 172 (cf. *Wilmanns* p. 184, 58 c) 'arena si ab ariditate dicitur' et idem vocabulum ap. Plin. Pallad. Arnob.

**continuitas*: L. L. VII, 107 'protinam a protinus, continuitatem significans', quod vocabulum Varroni soli vindicandum est, cum Plin. H. N. 8 (43) 105 nuper restitutum sit 'unitate spinae'.

disparilitas: L. L. X, 36 et Gell. 6, 3, 47; Macrob. Sat. 1. praef. 3.

inaequabilitas: L. L. VIII, 28; 30; L. L. IX, 1, quo substantivo idem intellegitur, quod Graece *ἀνωμαλία* appellatur; cf. *aequabilitas* L. L. IX, 1, quod v. idem significat ac graecum *ἀναλογία*. Eiusdem rei alia nomina praeter vocabula *analogia* et *anomalia* apud Varronem extant haec: natura—usus; ratio, ratio analogiae, ratio proportionis — consuetudo; proportio, de quibus cf. *Lersch* Sprachphilosophie I p. 94 — 97. Ceterum v. 'inaequabilitas' praeter Varronem adhibuit Arnob. 2, 55.

placiditas: R. R. II. 1, 4, quod idem legitur ap. Gell. 13, 23, 19. Lactant. 6, 15, 3.

puerilitas: Catus fr. IV ed. Riese p. 248, 6, quod idem extat Non. 532, 15 (Riese p. 249, 6): „Statilinum et Statanum et Fabulinum praesides deos Varro Cato vel de liberis educandis puerilitatis affirmat: 'Ab Statano etc.", ubi Nonium hoc voca-

bulum ex iis Varronis verbis, quae non addidit, sumpsisse censeo. Praeterea legitur ap. Sen. ep. 1, 4 § 2; Val. Max. 5, 4, 2.

strenuitas: L. L. VIII, 15 et Ovid. Met. 9, 320.

unitas: L. L. VIII, 3, quam vocem scriptores argenteae aetatis Plin. Cels. Col. receperunt.

A substantivo derivatum extat:

olivitas: quae vox proprie significat universam copiam vel genus olivarum, ex quo facile oriebatur notio messis olivarum, quae plurimis in locis, ubi legitur h. v., apparet. Apud Varronem R. R. I, 60 'De *olivitate*; oleas esui optime condi scribit Cato etc.' est inscriptio capitis, quo, quomodo olivae post messem curentur, explicatur. sat. fr. 219 (R. 144, 4) 'tum dénique omnis cúm lucerna cómbusta || in lúcubrando olívitasque cónsumpta est', significat omnem olivarum vel olei copiam. Apud Columellam quidem 12, 52, 15; 12, 52, 8; 12, 52, 1 id ipsum est quod olivarum messis; quibus locis adde Mamertin. Gratiar. act. Iulian. cap. 22; Minuc. Felix 17, 7; Gloss. Labb. olivitas ἐλαιοφορία. — Eiusdem vocabuli alia forma est *oleitas* ab olea legitime ducta, qua utitur Cato R. R. 68 et 144,5 quam, etsi priore loco codex Gronovii et editiones antiquae I. B. R. *oletas*, altero loco ipse cod. P *oleatate* exhibent, commutare non audeo haud ignarus vocalium coniunctionem *ei* media in voce in huiusmodi formationibus nusquam inveniri. Addo Festo p. 202 auctore tempus, quo oleae cogerentur, sollemniter 'olivita' (Paul. ex Fest. p. 192 'oliveta') dictum esse ab antiquis, 'quamvis quidam olivitatem meam dicant'.

Restat, ut his vocibus addam formam:

iuvenitas: sat. fr. 545 (R. 229, 6), quod vocabulum restituit Buecheler ex codicis Leidensis m. p. pro 'iuvenilitas', quod ceteri omnes Nonii codices exhibent. Illa quidem forma pro usitata *iuventas* nusquam alibi inveniri videtur.

Cetera permulta eiusdem formae substantiva, quibus Varro utitur, cum apud aequales scriptores haud raro inveniantur, nihil habent cur hic referantur.

§ 8.

His formis notionem simillimam induunt eae, quae exeunt in suffixum *-tudo(n)*, ita ut saepe ab eadem stirpe substantiva feminina et in *-tas* et in *-tudo* desinentia deriventur, velut *necessitas — necessitudo*; *claritas — claritudo*; *castitas — castitudo*;

et id genus alia. Feminina nomina illa quae in *-tudo(n)*-exeunt, praecipue poetas scaenicos in deliciis habuisse recte iudicat *Corssen* (K. B. p. 524). Sed in infima quoque linguae aetate haud pauca eorum orta esse apparet ex indice, quem *Paucker* (Subrelicta p. 12) proposuit, ubi huiusmodi recentiora nomina enumerantur XXXII. In elegantiore lingua, qua scriptores posteriores usi sunt, multae ex his formationibus obsoleverunt et iis, quae in *-tas* exeunt, cesserunt, velut *caritudo*, *firmitudo*, *gracilitudo* et aliae quaedam, quas Corssen p. 527 collegit. Significationis discrimen inter has duas formationes nullum intercedere affirmat Gell. 13, 3. Horum vocabulorum nonnulla in Varronis libris extant, quae cum a latinitate urbana abhorreant, vulgaris et rustici sermonis videntur propria fuisse, velut:

amaritudo: R. R. I., 66 et idem ap. Plin., Quint., Val. Max.

pinguitudo: R. R. II, 4, 6 et 12 et ap. Col. Pallad.

raritudo: L. L. V, 130 et Col. (Arb. 3, 7).

teneritudo: R. R. I, 36 et idem ap. Suet. Tib. 44; Pallad. 2, 15; 6, 9.

assuetudo: L. L. IX, 20, quod vocabulum ab oratione pedestri Ciceroniani temporis alienum occurrit ap. Ovid. Liv. Tac.

Substantivis in *-êdo* exeuntibus, quae derivantur a verbis in *-ēre* desinentibus, Varro utitur his:

**frigedo*: sat. fr. 77 (R. 114, 2) 'aquilonia frigedo'.

pinguedo: L. L. XXIII ed. Wilm. p. 167, 35. Gall. Fundan. fr. VI ed. Riese p. 254; idemque vocabulum extat ap. Plin. Pallad. Sidon.; cf. Serv. ad Verg. Georg. 3, 125 de huius vocabuli usu. Addo his substantivum femininum ex classe eorum, quae cum in *-gon* exeant, ante suffixum vocalem longam (*ô*, *î*, *û*) exhibent (cf. L. Meyer Vergl. Gramm. II, 413):

**esurigo*: sat. fr. 521 (R. 223, 9) 'quod esurigo findebat costas.

§ 9.

Tum suffixo *-ĭtĭa* conformatum memorabile et Varroni peculiare videtur substantivum:

**puritia*: sat. fr. 420 (R. 199, 4) 'a puritia mundus' et Rer. div. lib. I ap. Non. 156, 6 'quae puritia est infrequens polluta', ubi codices quidem omnes exhibent 'pueritia', sed cum Nonii lemma sit 'pueritia puritas', iam olim scripserunt recte v. v. dd. Passerat et Schott et Quicherat *puritia*. Alium Varronis locum inveni in lexico *de Vitii*, qui unde sumptus sit non indicatur neque ipse adhuc co-

gnovi, a quo scriptore hoc Varronis fragmentum servatum sit. Verba eius sunt haec: 'Ea erat matronae simplicitas et pueritia et honestas'. ubi pro 'matronae pueritia' legendum esse: 'puritiam' nemo semel monitus negabit. Lexicographi, qui omnino haesitare videntur, num hoc vocabulum latinae linguae copiae vere vindicandum sit, adhuc illud sat. fr. 420. quo omnis dubitatio expellitur, omiserunt. Ceterum moneo v. *impuritia* ab impuro derivatum iam ante Varronem inveniri ap. Plaut. Pers. III, 3, 7. Alia substantiva feminina quae et in *-tas* et in *-tia* (vel *-ties*) exeunt, enumerat *Paucker* Addend. lex. lat. p. 81 adnot. 65.

Denique addo suffixo *-ia* formatum substantivum:

nervia: sat. fr. 366 (R. 181, 5); sat. fr. 368 (R. 181, 2). quae fragmenta tradita a Nonio p. 215, 11 exhibent vocabuli 'nervia' accusativum plur. et in *as* et in *a* exeuntem, si Nonium et eo auctore *Riesium* et *Buechelerum* sequeris. Hunc locum Nonii emendare conatus est *Quicherat*, qui putat in verbis Nonii: 'Nervi masculini sunt, sicuti plerumque. Verum nervia feminini apud doctos lectum est saepe. Varro *Ὄνος λύρας*: 'Scientia doceat, quemadmodum in psalterio extendamus nervias'. neutri Varro *Ὄν. λύρ.* 'Et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius nervia tractare solebat' vocabulum 'neutri' dittographiam esse, quam mox v. nervias coarguat. Equidem Quicheratio, cuius sententia eo comprobatur, quod omnes Nonii codices in utroque fragmento exhibent formam 'nervias', adsentiri non dubitarem, nisi titulus soloece repetitus a citandi more, quem ubique sequitur Nonius, prorsus abhorreret.

c) NEUTRA.

Neutrius generis nomina substantiva ex Varrone colligam ea, quae conformata sunt suffixis *-men -mentum*; *-etum*; *-bulum -brum*; *-culum -crum*; *ium*. — (Neutra in *-arium* exeuntia eo loco tractare malo, ubi adiectiva in *-arius* locum suum habent.)

§ 10.

De origine suffixi *-men* et *-mentum* dissensionem, quae est inter vv. dd., [quorum *Aufrecht* (K. Z. VI, 177), quem sequitur *L. Meyer* (Vergl. Gramm. II, 261), duo illa pariter orta esse ex sanscritico suffixo *-mant*, *Corssen* autem (K. N. 124) nixus *Boppii*, *Pottii*, *Schleicheri* auctoritate *-men* eandem originem habere quam sanscr. *-man*, graec. *-μον -μιν* vult,] hoc loco commemoravisse satis erit, cum, utra harum opinionum recte se

habeat, certo diiudicari vix possit. Id tamen moneo *Corssenum* ad demonstrandum suffixum *-mentum* tum demum ex suffixo *-men* amplificatione effectum esse, cum latina lingua a cognatis seiuncta esset, recte docere in iis verbis, quorum formae et in *-men* et in *-mentum* inveniantur, altero tanto maiorem extare numerum eorum, in quibus forma in -men desinens aetate alteram antecedere videatur. Quam Corsseni opinionem *Paucker*, qui eandem rem in libello qui inscribitur: De latinitate scriptorum historiae Augustae p. 12*—14* retractavit, collectaneis accuratis nixus ita restringit, ut doceat posteriore linguae latinae aetate non solum formas in *-mentum* sed, quod ille v. d. negaverit, etiam in *-men* exeuntes largissime ortas esse. Integre igitur et tranquille iudicanti id constare videbitur harum formarum breviores cum in plebei sermone omnibus temporibus usitatae essent, a scriptoribus, qui elegantiore et puriore stilo uterentur, aliqua ex parte constrictas vel oppressas esse earumque in locum longiores in *-mentum* successisse, infima autem linguae latinae aetate denuo suffixum *-men* largius in litterarum usum influxisse et una cum *-mentum* in linguas Romanicas transiisse (*Diez* Gramm. II, 332; 382). Varro quidem sui temporis usum secutus in iis verbis, quorum utraque extabat forma, longiorem et tunc usitatiorem praeferre solet, velut *fundamentum, documentum, ornamentum, pedamentum, salsamentum, sarmentum, stramentum, velamentum*. Contra perpaucae in *-men* formationes apud Varronem extant, pro quibus ab aliis scriptoribus etiam formae in *-mentum* adhibentur:

substramen: R. R. III, 6, 5; 9, 8; 10, 4 (et id. ap. Sil. 12, 444) || 'substramentum' Cato 161, 2.

vimen R. R. III, 9, 6; || 'vimentum' Tac. ann. 12, 16, 2.

**aequamen*: Varro Quaest. Plaut. II ap. Non. 9, 12 || 'aequamentum' apud ipsum Nonium 3, 27 in lemmate: 'Hostimentum est aequamentum'. Ex iis, quorum una forma sola extat, enumero:

crementum: sat. fr. 199 (R. 145, 3) 'ut cremento córpora || fierént maiora párvo', quod idem extat apud Isid. or. 9, 5, 5; apud Plin. H. N. 11 (55) 149 Detlefsen cum cod. R^2 scripsit 'incrementa'.

**equîmentum*: sat. fr. 502 (R. 218, 7) 'quantum poposcissem dedisses equimenti?' h. e. pecuniae, quae pro equi admissura datur. Derivatum autem est h. v. a verbo equiendi.

**laevamentum*: Varro Quaest. Plaut. II ap. Non. 9, 18 'Amussis est aequamen, laevamentum, id est apud fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata'.

retrimentum: R. R. I. 64, 1; sat. fr. 430 (R. 202, 4) et ap. Cels. Macrob. — Ut Varro longioribus formis crebrius usus est. ita ex eiusdem aetatis scriptoribus Lucretius breviores in deliciis habebat. ut *augmen, duramen, momen, clinamen, frustramen,* alia, quae enumerat *Schubert* (De Lucret. verb. formatione p. 24).

§ 11.

Substantivorum in *-êtum* desinentium nonnulla Varro et primus et solus videtur adhibuisse nec tamen ipse novasse, velut: **iuncetum*: R. R. I, 8, 3 et **viminetum*: L. L. V, 51.

Alia huius classis substantiva, quae praeter Varronem posteriores scriptores adhibent, haec sunt:

ficetum: R. R. I, 41, 1, quod praeterea legitur ap. Plin. Mart.

querquetum: R. R. 1, 16, 6; sat. fr. 424 (R. 200. 8) et idem Fest. 261; Hor. carm. 2, 9, 7.

rosetum: R. R. I, 35, 1 coni. Schneider, qui quae adnotavit ad h. l. conferantur. In codicibus enim haec verba leguntur: 'Serere lilium et crocum; quod iam egit radicem, *rosa mea conditur* P_1, *rosata conditur* P_2, *rosa et conciditur* Caesen., quae verba Schneider sic emendavit: *rosetum conciditur.* Idem vocabulum adhibuerunt Vergilius ecl. 5, 17 et Claudianus Nupt. Hon. 8.

aesculetum: quod est L. L. V, 152 nomen vici Romani, a Muellero L. L. V. 49 ut nomen appellativum audacius in contextum receptum est, quam quod Varroni hoc loco certo vindicemus. Primus videtur Horatius carm. I, 22, 14 hoc vocabulum notione nominis appellativi usurpavisse. Cf. Plin. H. N. 16, 37.

§ 12.

Ex numero vocabulorum in *-bulum* et *-brum*, quae suffixa cum eadem sint et origine et significatione, ita stirpibus adiunguntur, ut *l* littera praecedente *-brum* pro *-bulum* poni soleat, commemoratu digna sunt haec:

**suscitabulum*: sat. fr. 348 (R. 179, 1) '*Φανασία* sum vócis suscitábulum' h. e. quasi instrumentum, quo quis suscitatur.

tribulum: (*tribolum* scribitur L. L. V, 21) R. R. I. 22, 1; I. 52, 1, quod idem ap. Verg. Plin. Alia eiusdem vocabuli forma est 'tribula' ap. Col. 1, 6, 23; 2, 20, 4; 12, 52, 7.

**digitabulum*: R. R. I, 55, 1 'melior ea (olea), quae digitis nudis legitur, quam illa quae cum digitalibus', ubi vocabulum *digitabulum* in contextum recipere *Schneider* non ausus est, quam-

quam Politianus et eum secuti Scaliger et Popma laudant hanc formam pro vulg. 'digitale'. Sine dubio lectio cod. P probanda est, etsi hoc tantum loco v. 'digitabulum' invenitur. Est enim instrumentum, quod ad olivas carpendas digitis induitur vel, ut Schneidero placet, instrumentum ligneum in effigiem digitorum divisum, quo comprehensae baccae stringantur. Sed ne quis crediderit formationem huius vocabuli offensionem ullam habere, cum eiusmodi substantiva a stirpibus verbalibus derivari soleant ut *incitabulum*, *natabulum* alia, non desunt quae ad analogiam horum verbo non adhibito a nominibus originem duxisse videantur (cf. *Corssen* K. B. p. 360). Adde quod legitur Gloss. Labb. 'digitale et digitabulum *δακτυλήθρα*'; Gloss. Paris. ed. *Hildebrand* 'digitabulum, digitum', ubi Hild. legi iussit 'digitale' pro digitum.

Suffixum *-brum* apud Varronem apparet in:

ventilabrum: L. L. V, 138 'ventilabrum, quo ventilatur in aere frumentum'; idem v. ap. Col. 2, 10, 14.

Eadem ratio, quae inter *-bulum* et *-brum*, intercedit etiam inter *-culum* et *-crum*, quibus suffixis conformata quamquam haud pauca apud Varronem extant vocabula, velut *adminiculum, cenaculum, discerniculum, everriculum, piaculum, simulacrum, involucrum* etc., tamen cum omnia iam ante eum vel apud eiusdem temporis scriptores in communi usu fuerint, Varroni peculiaria iudicari non possunt.

§ 13.

Paucis denique attingam ea vocabula in *-ium* cadentia, quae apud Varronem notabilem quandam speciem prae se ferunt. Ac primum quidem proponam duo, quae alium apud Varronem habent exitum atque apud ceteros scriptores:

mantelium: L. L. VI, 85, eadem origine et significatione ac mantele.

vigilium: L. L. VI, 80; sat. fr. 105 (R. 120, 7) 'ut eius consilio potius vigilium adminicularem'; conferas compositum *pervigilium*, quod in communem usum transiit.

Tum apud Varronem aliquot vocabula in *-ium* inveniuntur, quae cum ab aliis scriptoribus rarissime adhibita sint, non omittenda putavi. Huc spectant a verbis derivata:

confluvium: sat. fr. 532 (R. 227, 3) 'ad quam rem nobis est confluvium?' h. e. locus, in quem confluit eluvies. Idem vocabulum extat in Aetnae vv. 328 et 121 (?) ed. Haupt.

illicium: R. R. III. 16, 22 'quod illicium hoc (sc. apiastrum) illis (sc. apibus)' et III, 16, 31 'afferunt alvum prope eisdem illiciis illitam intus' h. e. illecebra. invitamentum. Hoc vocabulum translatum est in magistratuum linguam, in qua dicebatur de populo ad contionem convocando; qua de re cf. L. L. VI. 94 ubi Varro de huius vocis origine et notione verba facit et Paul. ex Fest. p. 113 'inlicium vocare antiqui dicebant ad contionem vocare'.

ADIECTIVA.

§ 14.

Eandem vel maiorem adeo quam in substantivis novandi licentiam Varro in adiectivis videtur sibi sumpsisse. Suffixis autem usus est, si formas masculini proposueris, his potissimum: *-tus -aticus -atilis; -tilis -bilis; -alis -aris -arius; -eus -aceus -icius -ivus -inus -osus.*

Primum igitur agamus de adiectivis in *-tus* cadentibus, quae nullo adhibito verbo ad similitudinem participiorum a nominum stirpibus et in vocalem et in consonantem exeuntibus derivantur. Quorum de formatione nuperrime accurate disseruit *G. Bordellé* libello illo, quem supra commemoravi, ut novi quidquam a me addi non possit. Itaque adiectiva, quae apud Varronem inveniuntur, memorabilia affero haec:

bullatus: L. L. V, 116 'cingulum bullatum', quod simili modo ap. Fulgent. Myth. 1. p. 24 dicitur de caelo stellis quasi bullis exornato. Praeterea bulla significat ornamentum collare, quod pueri ingenui ut remedia adversus invidiam et fascina gerebant, velut ap. Iuv. 14, 4 'heres bullatus'. Scipio African. ap. Macrob. Sat. 3, 14, 7 'puer bullatus', nec non triumphatores ut apud Macrob. Sat. I, 6, 9. (cf. *Becker-Marquardt* Röm. Alterth. V, 1 p. 84).

compluviatus: R. R. I, 8, 2 'iugationis species duae . . . . . altera compluviata', ubi substantivum compluvium rustice usurpatum est de iugis quadratis, ad quae vites alligabantur; cf. quae Schneider adnotavit ad R. R. I, 8, 2; ap. Plin. H. N. 17 (35) 164 extat 'compluviatae' vineae'.

**costatus*: R. R. II, 5, 8 'bene costatus' i. e. costis instructus.

fabatus: de vit. P. R. I, 20 'puls fabata' quod idem legitur Fest. p. 277, 25. Cf. quae Kettner adnotat ad illum locum.

loculatus: R. R. III, 17, 4 bis legitur 'loculatae arculae' et 'loculatae piscinae' h. e. arculae, piscinae, quae in singulos loculos divisae sunt; quod adiectivum nusquam alibi extare videtur nisi saec. IV ap. Potamium in tract. de Lazaro 1 idem significans quod in loculo vel sepulcro positus.

**maeandratus*: sat. fr. 534 (R. 226, 4) '*περιέχοντα* [va]ria mihi facies maeandrata et vinculata', quod *Buecheler* coniecit pro codicum '*περιεχονταρίαν* mihi etc.' Placet tamen magis *Vahleni* coniectura (Coniectanea p. 160) '*περιέχοντα* |lacuna]ria mihi etc.', quamquam codicum vestigia propter litteras traditas '*ριαν*' graecum vocabulum indicare videntur. Est autem adiectivum 'maeandratus' factum a Maeandro fluvio, propter cursum flexuosum et tortuosum omnibus noto. Ad adiectivi 'maeandratus' notionem intellegendam magni momenti est, quod tradit Paul. ex Fest. 136 'Maeandrum genus picturae dictum est a similitudine flexus amnis, qui appellatur Maeandrus'.

marmoratus: cuius adiectivi apud Varronem nihil invenitur nisi neutrum 'marmoratum' sc. tectorium, quod parietibus vel pavimentis inducebatur, velut Varr. R. R. I, 59; III, 7, 3. Cum non ante scriptores quarti saeculi p. Chr. aliae verbi marmorandi formae extent, velut 'genus marmorandi' ap. Lamprid. Alex. Sever. 25; 'marmorabat' Fulgent. Myth. 2, 13, haud dubito, quin 'marmoratum' verbo non adhibito continuo a marmore profectum sit. Conferas *tunicatus* et *tunicare*, de quibus idem iudicat Bordellé p. 20. Huc spectat '*fenestratus*' L. L. VIII, 29. et Vitr. 3 praef. § 1 et 10, 19, cum verbum finitum extet Plin. H. N. 11, (37), 148.

ocellatus: sat. fr. 283 (R. 164, 3) 'altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum', quod adiectivum usurpatur de parvis lapillis rotundis, quos in ludendo Romani adhibebant (cf. Suet. Aug. 83). Varro autem ocellatos sc. lapides dicit gemmas pretiosas in modum ocellorum formatas.

orbitus: sat. fr. 202 (R. 146, 3) 'motus orbitus' h. e. ad similitudinem orbis circumactus; cf. de hoc vocabulo *Hildebrand* ad Arnob. adv. nat. II, 58.

reticulatus: R. R. III, 7, 3 'fenestrae reticulatae' h. e. fenestrae columbarii, quae, 'ut' (Varronis verbis utor) 'locus omnis sit illustris neve quae serpens aliudve quid animal maleficum in-

troire queat', reticulis inducebantur. De structura reticulata cf. Vitr. 2, 8; Plin. H. N. 36 (51) 172.

**sculponeatus*: sat. fr. 457. (R. 208, 2) 'aspicio Triptolemum sculponeatum' h. e. qui induit sculponeas.

undulatus: de vita P. R. I, 16 'toga undulata' et idem ap. Plin. H. N. 8 (48), 195, h. e. toga, quae in modum undarum quasi defluit atque effunditur per membra; cf. 'undatus' Plin. H. N. 9, (52) 103: 'undatim' idem 13 (30) 96; 36 (11) 55.

valvatus: L. L. VIII, 29 'triclinia valvata' et idem Vitr. 4, 6.

Hoc suffixo amplificato efficitur forma *-ticus*, qua *ā* vocali longa praecedente eodem modo adiectiva derivantur a nominibus, velut:

**scaenāticus*: sat. fr. 353 (R. 180, 3) 'ut cómici cinaédici scaenátici', quod adiectivum Varro novavit pro 'scaenicus' (cf. *Riese* prol. p. 67).

villāticus: R. R. II, 9, 16; II prooem. 5; III, 1, 8 et ap. Plin. Col.

Ad eandem formandi rationem referenda sunt ea quoque adiectiva, qua praecedente *ā* vocali suffixi *-tilis* ope a nominibus et in *a* et in *o* exeuntibus derivata sunt, velut *aquatilis* R. R. I, 64, 1; III, 3, 4; III, 11, 3; L. L. V, 77, *saxatilis* R. R. III, 7, 1; quae tamen saepissime praeter Varronem inveniuntur. Contra peculiare ei est:

**scaenātilis*: sat. fr. 304 (R. 168, 5) 'si té pepugerit hic modus scaenátilis', quod aeque ac 'scaenàticus' Varro novavit.

Tum adiectiva, quae in *-(t)ilis* exeunt, a stirpe participii perfecti originem duxerunt notionemque habent et activam et passivam, quasi auctam et intentam ipsorum participiorum. Ex Varrone quae huc spectant enumero haec:

coctĭlis: R. R. I, 14, 4 'lateres coctiles', et idem adiectivum ap. Ov. Curt. Plin. invenitur notione a participio *coctus* non fere diversa.

**deletĭlis*: sat. fr. 305 (R. 168, 7) 'spongia deletilis' notione activa idem fere significans quod est: qui delet.

flatĭlis: sat. fr. 307 (R. 170, 8) 'labor flatilis' h. e. artificium conflatura factum; quae explicatio a *Vahleno* Coniectan. p. 34 proposita maximam probabilitatem prae se fert. Simili modo Arnob. adv. nat. 6, 16, coniunxit 'laminae flatiles'. Eadem significatione usurpatum 'conflatilis' (*χωνευτός*) saepe invenitur in

Vulgatae locis, quos enotavit *Rousch* Itala u. Vulg. p. 116.

fossilis: R. R. II, 11, 6 'sal fossilis' oppositus 'sali marino'; hoc adiectivum plane transiit in notionem adiectivi *fossicius*, nam apud eundem Varronem R. R. I, 7, 8 legitur 'ubi salem nec fossicium nec maritimum haberent'. Ceterum v. 'fossilis' extat praeterea ap. Plin. H. N. 36 (29) 134; 36 (66) 192 et Ammian. 24, 6.

**tolutilis*: sat fr. 306 (R. 168, 8) 'equi gradu tolutili' h. e. gradus citatus, quem equi ad artem et praecepta equisonis eleganter exercere discunt. Idem equorum gradus indicatur adverbio 'tolutim', quo Varro utitur sat. fr. 9 (R. 97, 1) et 559 (R. 233, 11), et cui Plin. H. N. 8 (67) 166 opponit 'vulgarem incursu gradum'. De origine huius adiectivi conf. *Curtius* G. E. p. 220; *Corssen* K. B. 376.

potilis: sat. fr. 442 (R. 206, 7) 'nidus potilis' i. e. ex quo potari solet. Idem adiectivum praeterea extat Cael. Aurel. chron. 3, 8, 123; 5, 10, 119.

§ 15.

Accedunt adiectiva suffixo *-bilis* a verbis derivata, quae linguae Germanicae adiectivis in *-bar* desinentibus respondent (*Corssen* K. B. 364). Quo ex genere apud Varronem extant memorabilia haec:

**ălibilis*: R. R. II, 11, 1 'est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile' et ibidem § 3 'casei, cum molles sunt, magis alibiles', quibus in locis 'alibilis' sensu activo eum significat, qui facultatem alendi habet. Idem vocabulum in tertio loco R. R. III, 9, 14, 'Pulli gallinarum prodigendi in solem et in sterquilinium, ut se volutare possint, quod ita fiunt alibiliores' notionem passivam induisse lexica adnotant. Sed fortasse hic quoque activa notio statuenda est, si de pullis ad edendum destinatis Varronem verba illa fecisse putaveris. Itaque etiam emendatio haud spernenda, quam Schneider in adnotat. ad h. l. Crescentium secutus probat, cum pro 'alibiliores' scribi maluerit 'validiores' supervacanea fit.

famigerabilis: quod adiectivum Varro L. L. VI, 55 commemorat, reperitur non ante Apul. Met. 1, 7 p. 32; 2, 21 p. 143 Gloss. Labb. 'famigerabilis *διαβόητος*'.

inextinguibilis: Catus fr. III ed. Riese p. 248, quod adiectivum

non ante scriptores saec. III reperitur et saepissime in Itala et Vulgata, de qua re cf. *Roensch* p. 111.

**invitabĭlis*: sat. fr. 337 (R. 175, 20) 'sermones invitabiles', quae verba, quamquam in fragmento inveniuntur, quod a Gell. 13, 11, 4 sermone qui dicitur obliquo traditur, tamen Varronis ipsius esse videntur. Gloss. Labb. 'invitabile *προτρεπτικόν*'.

**significabĭlis*: L. L. VI, 52 'fatur is, qui primum homo significabilem ore mittit vocem'.

**vigilabĭlis*: sat. fr. 485 (R. 217, 4) 'O stúlta nostri péctoris dormítio vigilábilis'.

§ 16.

Iam nobis agendum est de adiectivis in *-aris* et *-alis* exeuntibus, de quorum origine et formatione prius pauca disseramus, quam, numquae eorum Varronis ingenio debeantur, accuratius indagemus. Primus autem *O. Schulz* Gramm. Lat. p. 173, tum *Pott* E. F. II[1], 97 demonstraverunt haec duo suffixa, cum idem significarent, ex lege quadam differendi ita stirpibus coniungi, ut *aris* pro *alis* iis, in quibus *l* littera inesset, adderetur, nisi duae eiusdem vocabuli *l* litterae *r* interposita seiunctae essent, velut in *floralis*, *litoralis* aut omnino *l* stirpis sequenti consonanti quasi tecta sit, velut in vv. *fluvialis*, *pluvialis* etc. Eandem rem retractaverunt *Corssen* (K. B. 328) et *L. Meyer* (Vergl.[1] Gramm. 1, 278; 2, 575). Mihi quidem copiam adiectivorum suffixis *-alis* et *-aris* conformatorum conferenti certo videtur constare formationes in *-alis* longe frequentiores fuisse, neque umquam fere suffixum *-aris* adhibitum esse nisi in iis vocabulis, in quibus *l* littera praecederet. Perpauca tantum adiectiva exhibent suffixum *aris* pro *alis* *l* littera non praecedente, neque dubito haec omnia sermoni vulgari vel ex parte linguae culinariae, sit venia verbo, vindicare, velut *extaris* Plaut. Rud. 1, 2, 47 'aula extaris'; *caviaris* Paul. ex Fest. 57 'caviares hostiae' ('caviariae' scripserunt alii, alii 'caulares'; rem dubiam non discerno)'; *focaris* Isid. XVI, 4, 5. 'Hunc (lapidem) vulgus focarem petram vocat'; *coquinaris* Varro sat. fr. 197 (R. 141, 1) 'cultro coquinari', pro quo 'coquinario' scribi iussit iam *Guyetus* et idem in Nonii editione, quam curavit *Hadrianus Iunius* (1565), in margine adscriptum est, quod unde defluxerit nescio. Ceterum formam adiectivi 'coquinarius' in verborum copia vere extitisse comprobatur inscriptione libelli Caelii Apicii quae est 'de re coquinaria' (si recte

titulus traditus est), et Isid. Or. XX, 8 'De vasis coquinariis'. Tum extat *agraris* ap. Aurel. Vict. epitom. c. 41, quae forma iam *Annae Fabri* 'ob rusticitatem' notabilis visa est. Fortasse emendanda est ap. Macrum Dig. 48, 19, 10 'pecuniaris damnatio' in 'pecuniaria d.', quae forma apud ceteros omnes digestorum iure consultos legitur, velut 'condemnatio pecuniaria' Ulp. Dig. 2, 9, 5; id. 42, 1, 6; cf. Modestin. Dig. 49, 16, 3; Paul. Dig. 48, 1, 2 etc. nisi forte recte iudicat *Pott.* E. F. II[1], 98 formam 'pecuniaris' ad exemplum adiectivi 'peculiaris' falso fictam esse. Neque minus recte adiectivum, quod legitur Suet. Calig. 26 'pegmares gladiatores' emendatione indigere perspexit C. L. Roth, qui 'paegniares' scribi iussit (in editione Sueton. 1858). Qui cum sententiarum nexus quid flagitaret recte intellegeret, tamen *-aris* terminationem nimis caute servavit. Nam formam 'paegniarius' substituendam esse cum alii tum *Friedlaender* (Sittengesch. Rom's II[2], 393, 15) proposuerunt, quae opinio eo confirmatur, quod 'paegniarius' in inscriptionibus invenitur, quas affert *Wilmanns* no. 2605; 2617. Est autem hoc adiectivum translatum a graeco *παίγνιον* ita ut significet eos homines, qui ut spectantes in theatro delectarent, pugnam gladiatorum ludicro more imitabantur.[1])

Sed ut ad propositum redeamus, ex ipsius Varronis libris apparet Romanos adiectivorum in *-alis* multo amantiores fuisse quam in *-aris* desinentium, cum illorum LXX fere, horum XV tantum apud Varronem mihi occurrerint, quorum numquae a Var-

[1]) Cum hoc opusculum iam sub prelo esset, in manus mihi venit *C. Pauckeri* diligentissimi vocabulorum latinorum investigatoris liber, qui inscribitur: Spicilegium addendorum lexicis latinis. Mitaviae 1875, in quo pg. 207, 56 nonnulla alia huiusmodi vocabula irregulariter formata enotavit, velut *iugaris* (cf. sollemnes formas *iugarius* et *iugalis*), *pecuaris*, *urinaria*, *-um* (pg. 251), *aciare* (pg. 308 add. ad pg. 241), qualia verba infima linguae latinae aetate falso fingebantur. Quod addit v. d. his adiectivum *sescenaris* (ex Liv. 41, 15, 1), monendum est huius vocabuli et originem et significationem obscuritate involutam latere; qua de re conferantur Livii editores *Drakenborch*, qui varios explicandi conatus a viris doctis frustra factos adnotavit, et *Weissenborn*. *Madvig* pro 'sescenaris bovis' h. l. scripsit 'sescenarii b.'. Itaque hoc vocabulum, cuius formam in cod. Vindobonensi prave traditam esse suspicor, ab indice adiectivorum, quae *l* littera non antecedente in *-aris* suffixum exeunt, excludendum esse iudico.

rone ipso ficta sint dubito. Sunt igitur digna quae commemorentur haec:

aditialis: R. R. III, 6, 6 'auguralis aditialis cena' h. e. cena, quam magistratus cum munus inibant, praebere solebant. Idem adiectivum extat Plin. H. N. 10 (23) 45; 29 (14) 58; Sen. ep. 95, 41.

casualis: L. L. VIII, 52 'genus casuale'; L. L. X, 18 'prima pars casualis' h. e. genus, pars eorum vocabulorum, quae in casus declinentur. cf. Prisc. II, 187, 15 K. Eiusdem adiectivi adverbium Fulg. myth. 1, 5 usurpat de eo, quod casu fit.

columellaris: R. R. II, 7, 2 'dentes columellares' et idem ap. Plin. H. N. 11 (64) 168; quod vocabulum sermonis vulgaris proprium esse testatur Isid. or. 11, 1, 52 'Dentes caninos vulgus pro longitudine et rotunditate columellas vocat'.

coniugalis: de vit. P. R. II. 18 'dii coniugales' et idem ap. Col. Tac. Sen.

**lanaris*: R. R. II, 9, 1 'pecus lanare'.

libralis: L. L. V, 182 quod idem ap. Col. Plin. (H. N.)

limitaris: L. L. V, 21 'iter limitare' et Hygin. de limit. in grom. vett. I p. 206, 8, pro forma usitata *limitaneus*. Tertia huius adiectivi forma *limitalis* extat in inscriptione Hispaniensi, quae legem coloniae Iuliae Genetivae continet, et quam nuper edidit *Manuel Rodriguez de Berlanga* in opere, quod inscribitur: Los bronces de Osuna cap. 104: 'fossae limitales'. (cf. etiam *Mommsen* in ephem. epigr. II, 123).

localis: Varro ap. Ter. Scaur. p. 2262 P (Wilm. 214, 101.) 'adverbia localia' h. e. ex, in, ad. ab: idem adiectivum reperitur Ammian. 14, 7. Tert. Oros.

minerval: R. R. III, 2, 18 'quin simulac promiseris minerval, id est cenam, incipiam', quod vocabulum hoc loco a Varrone iocose dictum significat mercedem, quam discipuli magistris ('octonis idibus' Hor. sat. 1, 6, 75) tribuere solebant.

novalis: R. R. I, 29, 1. L. L. VI, 59 et ap. Ov. Verg. Plin. Col.

participalis: L. L. X, 34 'Quae declinantur cum temporibus ac casibus ac vocantur a multis ideo participalia', eademque forma (pro magis nota *participialia)* nunc cum codicibus optimis legitur apud Quintil. 1, 4, 28; [idem vocabulum apud Aurel. Charisium in loco corrupto (Dig. I, 11, 1) eum significare dicitur, qui particeps est].

temporalis: L. L. IX, 95 'verbum temporale' et idem L. L. IX,

108. Praeterea hoc adiectivum ad rationem grammaticam spectat Prisc. III pg. 80, 30 K 'adverbia temporalia'; cf. ibid. II pg. 62, 7. Ceteris locis significat id quod tempus quoddam durat, velut apud Sen. Qu. Nat. 7, 23; Quint. 6, 2, 10; Ulp. Dig. XXIX, 1, 1.

tricliniaris: R. R. I, 13, 7 'aestiva tricliniaria'; L. L. VIII, 32 'tricliniaris gradus'; IX, 47; sat. fr. 114 (R. 123, 5) et idem ap. Plin. Dig.

vicinalis: de vit. P. R. I, 23 'compitum vicinale' et idem ap. Liv. Senec. Iustin.

§ 17.

Illa quam supra commemoravimus lex differendi non valuit in adiectivis in *-arius* desinentibus, quod suffixum cum stirpibus et *l* et *r* littera praecedente conectitur. Atque Varroni vocabula hoc suffixo conformata in deliciis erant non tam in ceteris scriptis quam in libris de re rustica conscriptis, quorum quidem natura et materia eiusmodi adiectiva maxime desideret. Item Catonis de re rustica liber horum adiectivorum permagnum numerum continet. —

Ex Varronis libris refero haec:

**acinarius*: R. R. I, 22, 4 'dolia acinaria'.

caprarius: R. R. II, 3, 10 sc. servus, qui capras pascit; quod idem extat ap. Col. Apul.

cinerarius: L. L. V, 129 est servus, qui calamistro in cinere calefacto crines ornabat (cf. Catull. 61, 134). Eodem sensu usurpavit Hor. sat. 1, 2, 98 v. 'ciniflones', ad quod Porphyrio haec adnotat: 'et ciniflones et cinerarii in eadem significatione apud veteres dicebantur ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant'.

**dossuarius*: R. R. II, 6, 5 'asellus dossuarius' et II, 10, 5 'iumenta dossuaria'.

fructuarius: R. R. II, 4, 17 'scrofa fructuaria et idem Cael. ap. Cic. fam. 8, 9, 4; Col. aliquotiens.

fugitivarius: R. R. III, 14, 1 'aqua (cochleae) finiendae, ne fugitivarius sit parandus', quod adiectivum substantive usurpatum Varro lepide iocans sibi sumpsit e sermone iudiciali. Nam ex Ulp. Dig. 19, 5, 18; cod. Theod. 10, 12, 1 colligitur hoc vocabulo proprie eos appellatos esse qui fugitivorum conquirendorum munus profitebantur. Nostro loco in cum Varro transtulit, qui cochleas fugitivas cohiberet.

(**ganearius*): R. R. III, 9, 18 'Hae (gallinae Africanae) novissi-

mae in triclinium ganearium introierunt e culina'. quibus in verbis Victorius 'ganearium' restituit e codicum forma 'genanium'. Aliam et ut mihi videtur probabiliorem emendandi rationem iniit Pontedera Antiqq. Gr. et Lat. p. 453, qui scripsit: 'in triclinium alienigenarum', quamquam non omni exemptam esse dubitatione verborum collocationem concedo. Comprobari enim videtur hoc vocabulum loco Plin. H. N. 10 (38) 74 'Africae hoc est gallinarum genus gibberum . . . . quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae', ubi idem exprimitur verbis 'peregrinarum avium'.

lactarius: R. R. II, 1, 17 'boves lactariae' et idem ap. Paul. ex Fest. 118, 6 'columna lactaria', et ap. Plin. Lamprid.

**lumarius*: L. L. V, 137 'falces lumariae'.

macellarius: R. R. III, 2, 12; III, 4, 2 et idem ap. Suet.; Val. Max.

mellarius: R. R. III, 16, 17 i. e. qui apes mellificii causa nutrit. cf. 'mellarium' III, 16, 12 et Macrob. Sat. 1, 12, 25.

plumarius: Catus fr. XXXIII ed. Ries. p. 251 et idem Vitr. Hieronym.; Gloss. Labb. plumarius *ὑφάντης, ποικιλτής*. cf. *Roensch* Itala u. Vulg. p. 132.

surcularius: R. R. I, 2, 17 ager surcularius h. e. surculis consitus, quod idem Plin. H. N. 11 (32) 94 adhibuit.

valetudinarius: R. R. II, 1, 15, 'valetudinarium pecus' et item adiective usurpatum apud Senec. de ira 3, 33, 3. Aliis locis ap. Col. Cels. 'valetudinarium' est locus curandis aegris destinatus.

vect(ur)arius: R. R. II, 7, 15 sc. equus, quod vocabulum *Schneider* in adnot. ad h. l. e coniectura recte restituit pro v. 'vectarius', quod in codicibus legitur. Nam forma '*vectarius*' ita a participio *vectus* orta ut *admissarius* ab *admissus*, *adversarius* ab *adversus* notionem passivam induere et, ut *admissarius* est is, qui admittitur, *adversarius*, qui advertitur vel se advertit, ita *vectarius* is qui vehitur dici debebat, cum desideretur notio equi qui vehit. Omnis difficultas tollitur, si *vecturarius* a substantivo *vectura* derivatur, quod formationis genus in omnibus fere ceteris eiusmodi adiectivis cognoscitur. Idem vocabulum extat Cod. Theod. 14, 6, 1 '*vecturarios* etiam ex quattuor regionibus trecentos boves praecipimus dari', ubi pro codicum 'vecturarios' *Gothofredus* et *Beckius* recte emendaverunt '*vecturariis*', id quod *Haenel* probat.

Nec desunt substantiva (proprie adiectiva) generis neutrius in *-arium* exeuntia, quibus significari solet locus vel officina, in quibus res versantur vel conficiuntur, velut:

cochlearium: R. R. III, 12, 2 et 14, 1 i. e. locus in quo cochleae aluntur. cf. breviorem formam 'cochlear' apud Plin. Col. etc.

**glirarium*: R. R. III, 15, 1 locus, ubi glires servantur.

leporarium: R. R. II prooem. 5; III, 3, 1 et 12, 3, quod idem extat apud Gell. 2, 20, 2, qui Varronis locum III, 3, 1 affert.

nubilarium: R. R. I, 13, 5 locus, in quo cum nubilat frumentum conditur; quod idem ap. Col. Pallad. invenitur.

rosarium: R. R. 1, 16, 3 et ap. Prop. Ov. Verg. Col.

**saginarium*: R. R. III, 10, 7, ubi anseres saginationis causa includuntur.

**turdarium*: L. L. VI, 2, quod Varro affert, nusquam alibi invenitur.

**urnarium*: sat. fr. 532 (R. 227, 3) h. e. mensa in qua urnae ponebantur; quod apparet ex L. L. V, 126.

Nec non extant apud Varronem nonnullae in *-aria* formae, quae more substantivo usurpantur, velut:

equaria: R. R. II prooem. 6; 'equarius' Solin. 45.

oviaria: R. R. II p. 6; 'de oviario' sc. pecore Col. 7, 6, 1.

miliaria: R. R. III, 5, 2 sc. avis et L. L. V, 76 'ficedulae et miliariae a cibo'; ap. Plin. H. N. 22 (78) 161 legitur 'miliaria', ad quam supplenda est herba.

§ 18.

Adiectiva in *-ĕus* exeuntia, quae materiem, ex qua aliquid factum est, significant, ex Varrone memoranda putavi haec:

charteus: sat. fr. 519 (R. 222, 3) 'in charteo stadio', de quo cf. *Vahlen* Coniect. p. 150. Hoc adiectivum praeter Varronem legitur apud Auson. epist. 10, 40 et idyll. 335, 1.

corticeus: R. R. I, 40, 1 'pilae corticeae' et ap. Plin. Auson.

robeus: R. R. II, 5, 8 et Col. 6, 1, 2; 8, 2, 8; Pallad. Mart. 14, 3, in quo adiectivo vocalis antiquior *o* servata est pro *u*, quae in eiusdem stirpis formationibus magis magisque praevalebat. cf. Corssen K. N. 27.

scorteus: sat. fr. 267 (R. 158, 6) 'paenula scortea'; cf. L. L. VII, 84. Idem extat ap. Ov. Sen. Cels. etc.

terreus: R. R. I, 14, 2; L. L. V, 48, quod adiectivum pro 'terrenus'

semel tantum praeterea legitur Verg. Georg. 2, 341, ubi nunc omnium consensu 'terrea progenies' pro 'ferrea p.' probatur. Contra Caes. b. g. 1, 43, 1 nunc omnes legunt codicum auctoritatem secuti 'tumulus terrenus'.

viteus: R. R. 1, 31, 4 et Verg. Solin. Ambros.

§ 19.

Quod ex hoc cum *-ac-* composito efficitur suffixum *-aceus* adiectiva fingit, quae aut similitudinem indicant aut item ut adiectiva in *-eus* materiam, ex qua aliquid factum est. In linguis Romanicis suffixum *-aceus* leviter mutatum adiectivis vel substantivis variam notionem tribuere docuit *Diez* Gramm. d. rom. Spr. II, 315. Hoc igitur suffixum apud Varronem apparet in:

farraceus: R. R. I, 31, 5 'farracea seges' et idem ap. Plin.

**loliaceus*: R. R. III, 9, 20 'farina loliacea'.

**viraceus*: sat. fr. 300 (R. 167, 1) 'si non malit vir viraceus uxorem habere Atalantam', quo in adiectivo formando Varro imitatus est formam *gallinaceus* vel potius *virum viraceum* sibi finxit in modum usitatissimae formationis 'gallus gallinaceus', quod *Buecheler* Rh. Mus. XX, 441 primus recte adnotavit. Ibidem optimo iure idem v. d. confert formationem verborum *vir—virago—viraceus* cum *far—farrago—farraceus*. Lexica quae inspexi hoc vocabulum non referunt.

Addo his adiectivum **pancarpineus* sat. fr. 567 (R. 236, 1) 'séd pancárpineó cibó coácto' quod cum neque in graeca neque in latina lingua iterum extet, a Varrone ipso formatum esse censeo ad similitudinem adiectivorum *fagineus*, *aesculineus*, *cerineus* (in inscriptione metrica Africana), *tufineus*, iuxta quae aliae formae in *-inus* exeuntes reperiuntur, velut *faginus*, *aesculinus*, *cerinus*, *tufinus*. In adiectivo *pancarpineus*, cum forma media **pancarpinus* non extet, suffixum *-ineus* ad ipsum adiectivum *pancarpus* additum est. Extat autem 'pancarpus' vel 'pancarpius' in lingua latina apud Paul. ex Fest. p. 220; (Tert. adv. Valent. 12? cf. quae *Oehler* adnotat ad h. l.): Augustin. adv. Secundin. 23.

§ 20.

Simili modo quo *-inus* et *-ineus* suffixis adiectiva formantur, *-anus* et *-aneus* stirpibus conectuntur ad adiectiva fingenda, sed rarissime ab una et eadem stirpe utriusque suffixi ope adiectiva

orta sunt, velut *siccanus — siccaneus.*[1]) Apud Varronem quamquam haud pauca adiectiva suffixo *-anus* derivata occurrunt, haec tamen fere omnia apud eos quoque scriptores leguntur, qui ante eum vel eodem quo ipse tempore vixerunt, velut antelucanus, montanus, publicanus etc., nisi forte adiectiva *quintanus* et *septimanus* L. L. VI, 27 (de Nonis usurpata) excipis, quorum illud apud Liv. Plin. (H. N.) Macrob. etc., hoc apud Tac. Macrob. etc. extat.

Suffixum *-aneus* Varro adnexuit adiectivo:

conditaneus: [2]) R. R. I, 24. 1 'olea conditanea'. Pro hoc adiectivo Cato (R. R. 6), ex quo Varro verba capitis 24 exscripsit, posuit formam 'conditivus'. Varronis illud adiectivum utrum a verbo condiendi an a verbo condendi ductum sit certo non constat. Et ipse Nonius pg. 94, 7, qui affert hunc Varronis locum, de derivatione adiectivi 'conditaneus' videtur dubitasse, cum dicat: '*conditaneus*, quod condi vel condiri potest etc.' Quicherat quidem in Nonii editione verba 'vel condiri', quamquam omnibus in codicibus exhibentur, ut glossema omisit. Sed facile fieri potuit, ut Nonius ipse de origine h. v. dubitaret, cum verba condendi et condiendi eadem significatione ursurpentur de iis rebus, quae ut conserventur, in ollas induntur.

§ 21.

Eandem, quam suffixum *-aneus*, notionem *-icius* et *-irus* suffixa stirpibus, quibus coniunguntur, attribuunt. Quare fit, ut interdum adiectiva idem significantia ab eadem stirpe horum suffixorum duobus vel tribus omnibus deriventur, velut: *conditaneus — conditicius — conditivus; confusaneus — confusicius; impositicius — impositivus; armenticius — armentivus.* — Quorum suffixorum *-aneus* et *-irus* stirpibus et verbalibus et nominalibus adduntur,

[1]) *Paucker* in libro, quem supra laudavi, pg. 295, 54 alia nonnulla exempla congessit, in quibus duo suffixa et ***-anus*** et ***-aneus*** cum una eademque stirpe coniuncta eiusmodi adiectiva fingunt, quorum alterum veteriore alterum recentiore linguae latinae aetate originem duxit, velut ***circumfor-anus*** (rec.) ***-aneus*** (vet.); ***oppid-anus*** (vet.) ***-aneus*** (rec.); ***vic-anus*** **(rec.)** ***-aneus*** **(vet.)**; ***font-anus*** (vet.) ***-aneus*** **(rec.)** etc.

[2]) Lexica quae inspexi omnia (praeter Forcellinianum editionem I) nescio quo casu ex Apic. 9, 6 et 9 adiectivum 'conditaneus' falso enotant, quod equidem in editionibus Apicii quas Lister (1705) et Schuch (1867) curaverunt, frustra l. c. quaesivi.

velut in *succedaneus, occidaneus, deprecaneus — miscellaneus, confusaneus, spontaneus, supervacaneus; subsecivus, cadivus, nocivus — sementivus, conceptivus.* Suffixum autem *-icius* nominum tantum stirpibus ita coniungitur, ut ea adiectiva, quae originem a participiis duxerunt, *i* longum (*ĭcius*), cetera omnia *i* breve (*ĭcius*) obtineant, exceptis novĭcius et caesĭcius [1]).

Ad hoc genus adiectivorum in Varronis libris pertinent haec:

**affictĭcius*: R. R. III, 12, 1 'actus secundi generis affictĭcius ad villam qui solet esse' i. e. affictus, additus ad villam.

**circumcisĭcius*: R. R. I, 54, 3 'circumcisicium mustum', quod adiectivum pro vulg. 'circumcisitum' Scalig. cod. P vestigia secutus restituit. Idem significat Cato R. R. 23, 4 adiectivo 'circumcidaneus'.

compositĭcius: L. L. VI, 55; VIII, 61 idem valens quod particip. *compositus.* Extat praeterea Tert. anim. 9.

**effutĭcius*: L. L. VII, 93 'euax verbum nihil significat sed effuticium naturaliter est' i. e. quod tantum effutitur.

emptĭcius: R. R. III, 2, 12 'empticia glans'; III, 17, 7 'empticia salsamenta', quod idem extat ap. Petron. Senec. (contr.).

fossĭcius: R. R. I, 7, 8 bis 'fossicia creta'; 'fossicius sal' et idem ap. Plin. Pallad. cf. 'sal fossĭlis' R. R. II, 11, 6.

impositĭcius: L. L. VIII, 5 'impositĭcia nomina'; L. L. X, 61 'casus impositĭcii' h. e. qui ab hominibus impositi sunt; his ibidem opponuntur 'casus naturales'. Quod adiectivum praeterea invenitur Paul. Dig. 30, 1, 41 § 11; Ulp. Dig. 39, 1, 5 § 9.

insitĭcius: R. R. I, 2, 5 'somnus insiticius' i. e. qui aestivo diur-

[1]) Cf. ***Aufrecht*** K. Z. II p. 210; ***L. Meyer*** Vergl. Gramm. II, 453; ***Studemund*** in emendation. Plautin. p. 12, qui ex Plauto collegit eiusmodi adiectiva a participiis derivata ad defendendum novum vocabulum 'confusĭcium', quod (Cist. II, 1) feliciter restituit e cod. Ambrosiani vestigiis. Hoc loco non erit a re alienum id in memoriam revocasse, quod iam Aufrecht l. c. p. 212 monuit, cum Freundium reprehenderet de dubia et incerta significatione quantitatis huius suffixi, quae in lexico eius appareret. Sed etiam in nova lexici *Georgii* editione (1869) falsa eiusdem suffixi quantitatis significatione lector, qui confidat auctoritate huius viri docti, facillime in errorem inducatur. Falso enim, ut pauca in medium proferam, quantitas suffixi *-icius* indicatur in his: adoptatĭcius, adventĭcius, affictĭcius, commendatĭcius, commentĭcius, condictĭcius, compositĭcius, rogatĭcius etc.; recte cinerĭcius sed subcinerĭcius (!).

nis operibus meridie inseritur. et R. R. II. 8. 2 'nam muli et hinni bigeneri atque insitícii' h. e. qui a parentibus genere diversis orti sunt. Idem vocabulum Plin. ep. 4. 3, 5 translate dixit de adventicio. quod nativo oppositum est. his verbis: 'sermo patrius . . . . insiticius et inductus'.

A ceteris nominibus profecta sunt haec:

cinericius: R. R. I. 9. 7 'terra cinericia' h. e. cineri similis. quod adiectivum non extat nisi apud ecclesiasticos. de quibus confer *Roensch* p. 121.

**armenticius*: R. R. II. 5, 16 'pecus armenticium'; II, 10, 3 'greges armenticii'. quod apud nullum alium inveniri videtur, cum Veget. veter. 1. 18 ex *Schneideri* emendatione 'armentiva' legatur.

Adiectiva in *-icus* cadentia ex Varronis libris afferenda putavi sollemnia haec:

conceptícus: L. L. VI. 25 'dies conceptivus' i. e. feriae, quae quotannis non die certo constitutae sunt, sed quotiescunque aguntur, concipiuntur i. e. indicuntur: idem adiectivum extat ap. Macrob. Sat. 1, 16, 5. conf. etiam Paul. ex Fest. 62, 15.

indictívus: L. L. V, 160 'indictivo funere' et L. L. VII, 42 'funeribus indictivis'. quod idem legitur Paul. ex Fest. 106. 13.

incentívus: R. R. I. 2, 15 'quod est altera (tibia) eiusdem carminis modorum incentiva. altera **succentíca*': quae adiectiva § 16 translate usurpantur in verbis 'vita incentiva (sc. vita pastorum) . . . . vita succentiva (sc. vita agricolarum)'. Prius horum adiectivorum reperitur apud Amm. Hieronym. Symm. Prud. etc. Adiectivum 'succentivus' nusquam alibi extat.

Hoc loco moneo, ex nominibus casuum declinationis, quae nos quidem in *-icus* exeuntia omnia referre consuevimus, a Varrone solas 'nominativi' et 'accusativi' formas adhiberi (L. L. X. 23: VIII, 67). Alias formas num agnoverit Varro, certo iudicari non potest, cum eo loco (L. L. X. 23), ubi de casuum nominibus agitur, tria folia in codice manuscripto nobis non servato, ex quo ceteri omnes manaverunt, defuerint. Ablativi certe formam eum nondum admisisse docet Diomedes p. 302. 4 (*Wilmanns* p. 223): 'Ablativum Graeci non habent: hunc Varro *sextum*, interdum *latinum* appellat, quia *latinae linguae proprius* est'. Hoc fragmentum, cui *Wilmanns* p. 137 et 223 certam sedem non adsignavit, sine dubio

referendum est ad L. L. X. 62 'Sin ab singulari quis potius proficisci volet, id illum facere oportebit ab *sexto casu*, qui est *proprius latinus*'. Alio loco L. L. VIII, 16, ubi de singulis casibus exponitur, per ambitum verborum nomina casualia enuntiantur sic: 'quis vocetur, ut Hercules; quemadmodum vocetur, ut Hercule: quo vocetur, ut ad Herculem: quoi vocetur, ut Herculi: quoius vocetur, ut Herculis', et paulo ante: 'quom vocaret, quom daret, quom accusaret'. Praeterea extat pro nominativo 'rectus casus' L. L. VIII, 36; 'nominandi casus' L. L. VIII, 42: pro genetivo (Quint. 1, 5, 62) 'casus patricus' L. L. VIII, 66; 67; IX, 54; 85: pro dativo (Quint. 1, 4, 26) 'casus dandi' L. L. VIII, 36; X, 21; pro accusativo (L. L. VIII, 67) 'accusandi casus' L. L. VIII, 66; pro vocativo (Gell. 14, 5, 1) 'vocandi casus' L. L. VIII, 42.

§ 22.

Ex adiectivis in *-ôsus* cadentibus, quae praeter Varronem Cato ceterique rei rusticae scriptores in deliciis habebant, enotanda putavi haec:

agrosus: L. L. V, 13 'si ab agro ad *agrosum* hominem, ad agricolam pervenero'; quod adiectivum a Pomponio Laeto restitutum est pro codicum 'agrosium'. Sed *Spengel* (Ueber die Kritik der Varron. Buecher de L. L. p. 39) monuit pro agroso legendum esse *agrarium*, quod Varro ipse L. L. VIII, 15 ut ab agro declinatum proferret. Et suo quidem iure vir doctus iudicavit hunc Varronis locum emendatione egere, nisi quod ipsa quam profert emendatio probabilior fiet posito adiectivo *agrestem* pro agrario: id quod ad ingenium Varronis bene quadrare docet L. L. VII, 24 'agrestis ab agro'. Praeterea cum mihi dubium sit, num adiectivum *agrarius* cum *homine* coniungi liceat, verba 'ad agrestem hominem' nihil offensionis praebent.

alsiosus: R. R. II, 3, 6 et idem ap. Plin. saep.

argillosus: R. R. I, 9, 2; I, 40, 3 et ap. Plin. Col.

glareosus: R. R. I, 9, 3 (?) et ap. Liv. Plin. Col.

lapidosus: R. R. I. 9, 2; sat. fr. 75 (R. 113, 7) et ap. Hor. Ov. Plin.

**paeminosus*: R. R. I, 51, 1 'ne aestu paeminosa in rimis eius (sc. areae) grana oblitescant', quae verba affert Non. 163, 11 'Paeminosum mali odoris a paedore dictum Varro de R. R. lib. I '. . . ne *situ* paeminosa in rimis eius grana oblitescant', quibus in verbis v. *situ* magis placet, cum grana non tam aestu

quam situ paeminosa et putida fiant. Videtur autem mihi adiectivum 'paeminosus' derivatum esse a **paemine*, quod una cum *paedore* vel *pêdore* originem duxit a stirpe *pêd-*, quae extat in verbo pêdendi (cf. *Curtius* G. E.[4] p. 245). Eodem modo substantivorum formae in *-or* et *-men* desinentes ab eodem verbo profectae sunt, velut in *fulgor — ful(g)men*; *fragor — fragmen*.

tuberosus: R. R. I, 49, 2 'tuberosus campus' et idem Petron. 15 'tuberosissimae frontis'.

uliginosus: R. R. I, 6. 6; II, 3. 6; L. L. V, 24 et ap. Plin. Col. Arnob.

§ 23.

Adiectiva suffixo *-inus* a nominibus derivata commemoro haec:

femininus: R. R. III, 5. 6, quod idem extat apud Plin. Quint.

leporînus: R. R. II, 11, 4 et ap. Plin. Cels. Ulp. (Dig.).

suinus: R. R. II. 4. 8 'hic enim conciliator suinae carnis'; sic editiones vett. I. B. R. Br. nisi quod P 1 *suirae* (c. suillae). *Gessner* et *Schneider* scripsere 'suillae carnis', quae adiectivi forma extat II. 4, 1 'suillo pecore' et apud alios scriptores saepe. Sed non est cur formam 'suinus' reiciamus, cum a Prisc. II, 80, 4 et 9 K una cum formis: *ovinus*, *leoninus* etc. referatur; cf. Theod. Prisc. Medicin. praesent. 4, 1 'sevum suinum'.

**ricinus*: sat. fr. 433 (R. 202. 11) 'mitra ricina': de rica cf. L. L. V, 130; Fest. 277, 5 et 289, 19; Gell. 7, 10, 4; 10, 15, 28.

Addo his propter terminationem, quae rarissime extat, vocabulum: *inguilina* sat. fr. 495 (R. 216. 2), quae forma praeterea invenitur Tert. resurr. carn. 46.

Adiectivum *aërinus* sat. fr. 473 (R. 211, 4) 'aerinae compedes' h. e. quasi vincula, quae vento obviam flante imponuntur porro profecturis, nescio an a graeco *ἀέριος* translatum sit. cf. *Vahlen* Coniect. 105. Praeterea legitur Tert. de cultu femin. 1 cap. 8 'purpureae et aërinae oves'.

Suffixum *-icus* apparet in his:

dominicus: R. R. II. 10. 10 et ap. Petron. Senec. Col. etc.

familiaricus: R. R. I. 13, 5 et ap. Vitr. 6, 10: Ulp. Dig. 34, 2, 23.

Tum per *-idus* suffixum derivatum est adiectivum:

ciuncidus: R. R. I, 31, 3 'ciuncidum sarmentum' et idem R. R. II. 10, 8 coniectura Victorii e codicum vestigiis restitutum est pro 'launcidas': cf. adnot. *Schneid.* ad h. l. Hoc adiecti-

vum praeterea legitur Plin. H. N. 17 (22) 173. cf. Gloss. Labb. 'eiuncidum ἐκλεπτωθέν.'

Ad extremum ex satiris Varronis refero tria adiectiva, quae cum apud nullum alium scriptorem legantur, fortasse a Varrone ipso ficta videntur esse:

**aquilentus*: sat. fr. 400 (R. 192, 3) 'túm contremula áquilenta apud álta || lítora oreris' h. e. luna, quam ex mari exoriri et humore marino conspersam esse Varro fingit. Est autem hoc adiectivum conformatum ad similitudinem vv. *luculentus*, *mustulentus*, *vinolentus*.

**somnurnus*: sat. fr. 427 (R. 201, 5) 'levís mens . . . . . sómnurnas imágines || affátur', h. e. imagines, quae in somno cernantur. Quod adiectivum a *somnu-* (*somno-*) derivatum est sicut *diurnus* a *diu-*. cf. *Pott* E. F. II². 2 p. 1036 qui '*somnurnus*, inquit, ist offenbar nach *diurnus* geformt und gleichsam aus dem abl. somnô (z. B. Liv. 8, 6. 11 'Quae somno visa fuerant') mit Vertauschung von *u* statt *o*'. Simile quod est adiectivum *mensurnus* ap. Cyprian. ep. 34, 4 et 39. 5: Novat. de Trinit. 1 *Pott* l. c. infima latinitatis aetate ex falsa analogia formatum esse recte iudicat.

**vertilabundus*: sat. fr. 108 (R. 122. 3) 'Sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi', quod adiectivum Varro finxit ad analogiam similium *temptabundus vagabundus* etc. a verbo **vertilandi*, quod eodem modo a verbo *vertendi* amplificatione ortum videtur esse quo *cantilandi* verbum a *cantando*.

DEMINUTIVA.

§ 24.

Deminutiva cum in vulgari potissimum et familiari sermone adhibeantur, apud eos scriptores, qui omnino hoc dicendi genere utuntur vel aliqua ex parte ab eleganti scribendi ratione recedunt, saepissime inveniri consentaneum est. Itaque fit, ut et apud priscos poetas latinos horum vocabulorum magnus numerus extet et apud eos ex posterioribus, qui priscorum sermonem imitati sunt; inter illos Plautus (cf. *Schmilinsky* De proprietate sermonis Plautini p. 34 et 39), inter hos Apuleius deminutivorum frequentia excellunt (*Schwabe* De demin. gr. et lat. p. 13). Sed praeter poetas, quos commemoravi, sermonem vulgarem vel rusticum, ut forma materiem, de qua agitur, adaequet, ii plus minus imitantur, qui de re

rustica libros conscripserunt. Quorum ut Columellam Palladium Vegetium posterioris temporis scriptores praetermittam, affero Catonem et Varronem, qui libris de re rustica scriptis magnam copiam deminutivorum sermonis rustici haud dubie propriorum immiscuerunt. Sed non iis libris solum, qui ad rem rusticam spectant. Varro colorem sermonis vulgaris induxit, verum etiam in satiris, in quibus et antiqui dicendi moris amor ac studium et familiaris confabulationis imitatio apparet, haud pauca vulgaris linguae vestigia cognoscuntur. Huc pertinet frequens deminutivorum usus, qui ab elegantiore et exquisitiore dicendi genere abhorret. Ipse Varro exemplum affert, ex quo intellegas rusticos potissimum deminutiva pro nomine nativo amavisse; dicit enim L. L. VII, 84 'In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam'. Itaque saepe fit, ut in lingua rustica deminutiva vi sua et notione propria abiecta in locum nominum primitivorum transeant. Quem deminutivorum usum in linguis Romanicis late patere docet *Diez* Gramm. II, 321, quocum conferas ea quae nuperrime exposuit *Wœlfflin* in Philologo Gottingensi XXXIV, 1874 p. 153. Ad exempla, quae hic v. d. affert, ex Varrone nonnulla addere liceat. Extat enim apud Varronem idem significans quod 'asinus' (R. R. II, 1, 5; II, 1, 14; II, 6, 1 et 2; II, 8, 3; III, 2, 7.) aliquoties 'asellus', velut R. R. I, 20, 4 'ad molas et ad ea, si quae sunt, quae in fundo convehuntur, alii asellis alii vaccis ac mulis utuntur'; R. R. II, 6, 5 'asellis dossuariis comportant ad mare oleum'. Alia huiusmodi exempla sunt R. R. III, 5, 14 'intra retem aves sunt omne genus maxime cantrices, ut lusciniolae ac merulae'; L. L. V, 76 'lusciniola, quod luctuose canere existimatur'. Eodem modo nomina instrumentorum rusticorum formam deminutivam habent, in quibus notio deminuendi non inest, velut R. R. I, 22, 1 'de reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulae et dolia': ibid. 'ut corbes, fiscinae, tribula, mallei, rastelli': R. R. I, 23, 5 'ut habeas . . . sirpeas, vallos, crates'; I, 52, 2 'oportet e terra subiectari vallis aut ventilabris': R. R. III, 17, 4 'loculatas magnas habent arculas'. Similiter notio deminutiva evanuit in his adiectivis: R. R. I, 32 'vineas veteres iterum occare, novellas etiam tertio', sed R. R. II, 5, 6 'tertia (aetas) boum novellorum, quarta vetulorum'. Adde quod deminutivum 'muliercula', quod in sermone familiari et hilari saepe pro muliere usurpatur, a Varrone dicitur de feminina panthera L. L. V, 100

'Ferarum vocabula item partim peregrina ut panthera . . . . et muliercula pantheris et leaena'. Recte monuit *Wœlfflin*, cum notio parvi et minuti ad ipsa deminutiva insuper accederet, deminutivorum vim propriam fere evanuisse. Cuius generis exempla ex Varrone affero haec: R. R. II, 5, 14 'bestiolae quaedam minutae'; III, 17, 6 'et ii pisciculos minutos aggerebant'; tum R. R. III, 5, 11 (porticus) arbusculis humilibus ordinatae'; ibid. 'rivulo tenui'; III, 14, 2 'mamillas imponere tenues'.

Sed ut iam ad singula accedamus, suffixum *-ulus, -ula, -ulum* (vel potius *-lo-, -la-, -lo-*) quod cum vocabulis *o-* et *a-* declinationis, quam dicimus, coniungi solet, in his Varronis deminutivis cernitur:

**catinulus*: L. L. XI ap. Charis. 79, 23 (*Wilm.* p. 159), quod Varro Charisio teste pro forma usitata 'catulus' dixit.

**clavula*: R. R. I, 40. 4 (vel *clavola*) i. e. tener ramus, qui seminis loco aliis arboribus inseritur; eandem alii Varrone l. c. auctore taleam appellabant. cf. Non. 414, 27.

**nuptula*: sat. fr. 10 (R. 95, 1) vox blanda pro nomine primitivo.

**silicula*: R. R. I, 23, 3 deminutum a siliqua.

**suppaetulus*: sat. fr. 375 (R. 184, 2) 'oculi suppaetuli', quod adiectivum dupliciter deminutum est et compositione et derivatione (cf. *Schwabe* p. 76).

**tacitulus*: sat. fr. 318 (R. 171, 9) 'hanc eandem voluptatem tacitulus taxim consequi possim' et idem adiectivum cum 'taxim' coniunctum *Mercier* restituit pro 'taciturnus' sat. fr. 187 (R. 140, 1) 'novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum'.

**unctulus*: Catus fr. XX ed. Riese p. 250 'alii ita sunt circumtonsi et terti et unctuli'. Eiusdem adiectivi neutrum substantive usurpatum est ab Apul. met. 3, 22.

mammula: R. R. II, 3, 2 et idem ap. Cels. 7, 26.

ollula: R. R. I, 54, 2 et ap. Apul. et Gargil. Mart.

formonsulus: sat. fr. 176 (R. 138, 8), quo in vocabulo servatum est priscum suffixum *-onsus* pro *-osus*.

Vocabulum **equila* sat. fr. 236 (R. 154, 2) num *Riese* p. XIII recte putet Varronem pro 'equula' posuisse ad exemplum Caesaris, qui *i* pro *u* in multis novaverit, dubito, cum commutationem illam *u* litterae in *i* in iis tantum formis quales sint *lacrima, maximus*, similibus a Caesare factam esse Varro asserat ap. Cassiod. de orth. 2284 P. (cf. *Wilmanns* p. 173, 43: *Kettner* Varr. Stud. p. 12). In his autem omnibus

vocabulis antiquam vocalem *u* secuta est consonans labialis, velut in vv. *acerruamus*, *maritumus*, *lacruma*, *victima* aliis, quae collegerunt *Corssen* K. B. p. 552; *Schuchardt* II, 198.

Idem suffixum interdum cum vocabulis tertiae declinationis conectitur (*Schwabe* p. 34), ex quibus Varronis propria refero haec:

sacerdotula: L. L. V, 130 vox rarissima, quae reperitur ap. Paul. ex Fest. 93, 6; 203, 1.

langula: (lanx), quod vocabulum Varro L. L. V, 120 commemorat, legitur ap. Vitr. 10, 8. Est autem hac in forma *c* stirpis ante *u* mollitum in *g*.

Alia eiusdem suffixi forma *-olus, -ola, -olum*, quae vocalibus *i* vel *e* praecedentibus adhibetur, apparet apud Varronem in his:

**galeola*: de vit. P. R. I, 50 poculum in formam galeae parvae, quae Varronis tempore voce graeca 'acratophoron' appellabatur.

urceolus: de vit. P. R. I, 44 et ap. Sen. Col. Iuv.

Assimilationi locum dedit suffixum *-lo-, -la-, -lo-* cum stirpibus coniunctum in his deminutivis:

**satullus*: R. R. II, 2, 15 'agni satulli fiunt lacte'.

nigellus: sat. fr. 375 (R. 184, 2); de vit. P. R. III, 20; L. L. VIII, 79 'niger (nigriculus) nigellus' et idem legitur apud Pallad. 3, 25, 12; Auson. ep. 4, 74.

plostellum: R. R. I, 52, 1 et ap. Hor. Augustin.

rastellus: R. R. I, 22, 1; L. L. V, 136 et ap. Col. Suet.

fenestella: L. L. XXIV ed. Wilm. p. 170, 40 et ap. Col. Pallad.

**grallae*: sat. fr. 323 (R. 172, 4) ex *grad(u)lae*.

**vallus*: R. R. I, 23, 5; I, 52, 2; Varr. ap. Serv. ad Verg. Georg. 1, 166; L. L. V, 138 ex *vann(u)lus*.

Suffixa *-ello-*[1]), *-cello-* orta sunt *-ulo -culo* suffixis tamquam duplicatis in his deminutivis:

avicella et *capitellum*, quas formas evitandas esse Varro L. L. VIII, 79 docet: 'item minima in quibusdam non sunt, ut avis, avicula, avicella; caput, capitulum, capitellum'. Sed formam

[1]) Varro ap. Plin. H. N. 7 (19) 83 'Rusticellus, inquit, Hercules appellatus mulum suum tollebat', ubi recte *Detlefsen* Rh. M. XVIII, 235 pro v. 'rusticellus', quod nusquam alibi invenitur, nomen proprium '*Rusticelius*' poni iubet. Hoc enim extat aliquotiens in inscriptionibus velut C. I. L. IV, 301 et 329 'Rusticelium'; I, 1083 'Rusticelia'; *Wilmanns* exempl. inscr. lat. 607 c 'Rusticelius'.

priorem secundo p. Chr. saeculo in usum receptam esse probat Apul. met. 9, 33 (ubi 'aucella'); cf. Apic. V, 194; 200; VIII, 372 ed. Schuch; altera occurrit apud Veget. art. veterin. 3, 17, 2; Coripp. 4, 59; Isid. Or. 15, 8, 15; 19, 10, 24. In locis, quos affert *De Vit* Plin. H. N. 24 § 173; 36 § 179, nunc editiones meliorem formam 'capitulum' receperunt.

Eodem modo suffixa *-illo- -cillo-* duplicatione orta sunt in his deminutivis:

anicilla: L. L. IX, 74; ap. Front. p. 185, 2 (ed. Naber) legit *A. Mai* 'ab anu anucella', *Naber* veram lectionem 'anulla' esse suspicatur, cum *Du Rieu* 'annulla' sibi visus sit in palimpsesto dispexisse.

cingillum: sat. fr. 187 (R. 140, 1) et ap. Petron. sat. 67, 4.

Pauca deminutiva suffixo *-culo-* derivata sunt a nominibus tertiae vel quartae declinationis, velut:

**foricula*: R. R. I, 59, 1, quod hoc tantum loco extat.

avicula: quod v. Varro commemorat L. L. VIII, 79, legitur apud Apul. met. 11, 7, 21 p. 768; Gell. 2, 29, 3; Front. ad amic. p. 182, 9 (ed. Naber). Ceterum lexicon Klotzii errore ducitur, cum sub v. 'avicula' adnotet Varronis temporibus hoc deminutivum nondum in usu fuisse; nam Varro l. c. dicit non 'aviculam' sed 'avicellam' inusitatum sibi videri.

geniculum: L. L. IX, 11 dictum de puerorum genibus et idem ap. Plin. H. N. 18 (10) 56; 26 (71) 117 significat internodia caulis herbacei; cf. Tert. de coron. mil. 3.

arbuscula: R. R. I, 23, 6; III, 5, 11 proprie dictum de arboribus parvis, ut item ap. Col. 5, 10, 7; 5, 11, 13; Plin. H. N. 13 (51) 140; 19 (58) 180. Alias notiones huic vocabulo attribuerunt Vitr. 10, 20, ubi idem est, quod Graeci ἁμαξόποδες appellant. h. e. machina quaedam lignea, qua utuntur ad onera movenda, et Plin. H. N. 11 (44) 121 'arbusculae crinitae', e quibus constat apex in capite pavonum.

Adiungo his ex classe eorum, quae in *-aster* exeuntia significationem deminutivorum quodammodo consecuta sunt, vocabulum **pullastra* R. R. III, 9, 9, quod hic tantum videtur extare. Suffixum *-aster* iis vocabulis coniungitur, quae similitudinem atque imitationem quandam nominis primitivi ita significent, ut huius notionem non plane consecuta esse vel depravasse videantur; cf. *Antoniaster*, *Catulaster*, quibus *Schwabe* pg. 71 recte addit

'pullastram' h. e. gallina adolescens et confert v. pullaster πῶλος ex gloss. Labb. Alia eiusdem generis vocabula collegerunt *Studemund* (Herm. I, 1866 p. 283) et romanicarum linguarum habita ratione *Diez* Gramm. II³, 390; 391.

ADVERBIA.

§ 25.

Pauca monenda sunt de adverbiis in *-é* exeuntibus, quorum apud Varronem memorabilia sunt haec:

continuē: L. L. V, 27 'flumen quod fluit continue' et idem Non. 376, 26 'Protinus: iugiter et continue'. Sed ne existimes Varronem hanc solam formam adhibuisse, vide L. L. VII, 13; R. R. I, 18, 6, ubi forma multo usitatior 'continuo' legitur.

luctuosē: L. L. V, 76 'luctuose canere'. Liv. 28, 39, 6 'luctuosius'.

reciprocē: R. R. III, 17, 9 'ac maritima flumina inmisisset in piscinas, quae reciproce fluerent', quibus in verbis pro vulg. 'reciprocae' recte 'reciproce' scripsit *Ursino* auctore *Schneider*, qui monet non piscinas sed maritima flumina fluere reciproce. cf. Priscian. 241, 25 K 'si ambulat movetur; in hoc non possumus reciproce dicere, si movetur, ambulat'.

De adverbio 'rare' agit Varro ap. Gell. 2, 25, 8 'Sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt alii rarenter'. Sed 'rare' extat Col. 2, 9, 6; praeterea profert Charisius 217, 8 K haec: 'Rare Cicero pro raro; ut idem Maximus notat Catonem quoque ita locutum. Sed et Plautus: verum rare capitur' i. e. Plaut. Rud. IV, 3, 56. Haec tamen lectio discrepat a codd. Plautinis B D, qui exhibent 'Vero raro capitur', vulg. 'vero rare capitur'; recte tamen scripserunt *Ritz*, *Bothe*, *Fleckeisen* 'verum' pro codicum memoria 'vero', quae sine dubio librariorum errore orta est. Sed cum hoc loco codex rescriptus Ambrosianus servatus non sit, certo diiudicari non potest, utrum *raro*, quod codices B D, an *rare*, quod Charisius tradit, Plauto vindicandum sit. Praeterea adverbium 'raro' invenitur ap. Plaut. Cist. I, 1, 20; Bacch. 676; 1080, quibus tamen locis item cod. A non extat vel legi non potest. Terentius utitur forma 'raro' Hec. I, 2, 100; IV, 1, 137; 'rarenter' invenitur in comicorum fragmentis ed. Ribbeck Caec. 135; 183; Pomp. 45; Nov. 24.

**aerifice*: sat. fr. 201 (R. 145, 10) 'Musae . . . . quas aerifice duxti', quod adverbium a Varrone ipso libertate poetica formatum esse, ut 'aerifice duxit' idem significaret atque 'acre fecit', *Riesio* quoque (p. 66) verisimile videtur.

**medioxime*: sat. fr. 320 (R. 169, 8), quod affert Varro ex prisco sermone; dicit enim 'medioxime, ut quondam patres nostri loquebantur'.

Suffixum *-ītus* exhibet Varro in:

**communitus*: Rer. div. XII ap. Non. 510, 2 'communitus deos colere' pro 'communiter', quod extat ap. Cic. etc.

Cetera adverbia hoc suffixo formata, velut *divinitus*, *penitus*, *medullitus* etc. Varroni peculiaria non sunt.

Suffixo *-ĭter* adverbia legitime derivantur ab adiectivis tertiae declinationis, ex quibus apud Varronem rariora extant haec:

**dispariliter*: R. R. I, 6, 6; L. L. VIII, 66; IX, 89.

**fastidiliter:* sat. fr. 78 (R. 113, 10) Varro finxit, quasi adiectivum *fastidilis* extaret. cf. 'fastidibilis' ap. Tert. de anim. 33.

mutabiliter: sat. fr. 78 (R. 113, 10) et ap. Mar. Mercat. p. 838 *Migne*, ut *De Vit* in lexico adnotat.

Accedunt his adverbia in *-ĭter* ab adiectivis in *-us* desinentibus derivata, quorum usus cum prisco tempore frequentissimus esset, ne Ciceronis quidem et Caesaris aetate prorsus insolens habebatur. In satirarum Varronianarum fragmentis inveni haec:

**caduciter*: sat. fr. 576 (R. 94, 7), praeter quod adverbium alia adverbii forma ab adiectivo *caducus* non videtur formata esse.

**mutuiter*: sat. fr. 346 (R. 178, 2) pro forma usitata *mutuo* et rariore *mutue*, de quibus ipsius Varronis verba laudantur a Charis. 205, 15 K 'Mutuo, ut Varro de sermone latino libro V loquitur, in consuetudine est, mutue vero ut docte scribendum putat'. (cf. *Wilm.* p. 208, 88).

**probiter*: sat. fr. 342 (R. 177, 5) pro forma usitatissima 'probe' ap. Plaut. Ter. Cic. etc.

De adverbiis in *-tim* exeuntibus diligentissime quaesivit *Corssen* K. B. p. 283 sqq., qui magno eorum numero congesto ex eo, quod plurima in sermone prisco eademque, cum apud meliores in usu non sint, apud infimae aetatis scriptores rursus inveniantur, recte iudicat huiusmodi formas vulgaris potissimum sermonis

propria fuisse. [1]) Atque Varro, cum ingenio suo indulgens priscorum dicendi genus imitari soleret, haud exiguum horum adverbiorum numerum scriptis suis inseruit, ex quibus praeter Varronem nusquam vel rarissime inveniuntur haec:

**confusim*: L. L. IX, 4. ‖ 'confuse' Cic.

cumulatim: R. R. III, 15, 2 et ap. Prud. apoth. 717 et 739. 'cumulate' Cic.

**discriminatim*: R. R. I, 7, 7; **indiscriminatim*: L. L. XVIII. p. 166, 16 Wilm.

dispersim: R. R. I, 1, 7; III, 2, 13 et ap. Suet. Caes. 80; ‖ 'dispersе' Cic.

expulsim: sat. fr. 456 (R. 207, 2) 'videbis Romae foro . . . . pueros pila expulsim ludere' et Nigid. Fig. ap. Non. 104, 30 'cuiusmodi genus adverbiorum a verbis motus quod venit, ut expulsim, cursim'. Est autem 'expulsim' idem fere quod expellendo, quod verbum usurpat Ov. Met. 8, 381 'sagittam arcu expellere'. Simili modo Hor. carm. 3, 11, 10 'exsultim' pro exsultando utitur: 'velut equa . . . . ludit exsultim'; 'subsultim' Suet. Aug. 83.

**exquisitim*: sat. fr. 18 (R. 98, 5) 'hac re aeger medicos exquisitim convocabat'. ‖ 'exquisite' Cic.

**praecipitatim*: coniecit *Kettner* (Krit. Bemerkgg. zu Varro p. 3) in sat. fr. 75 (R. 113, 6) 'ubi rivus praecipitatur in nemore deorsum ‖ rapitur', quibus in verbis *Riese* 'praecipitate in'; *Buecheler* 'praecipitatu in': *Kettner* 'praecipitatim in' probante *Riesio* Philolog. XXVII. p. 316 emendaverunt.

**stillatim*: L. L. V, 27 'stilicidium [2]) eo, quod stillatim cadat'. Praeterea multa alia eiusdem generis adverbia inveniuntur Varroni communia vel cum priscis vel cum elegantioribus, quae accurate collegit *Kettner* l. c. p. 3.

---

[1]) Conferas indicem, quem constituit ***Roensch*** Ital. u. Vulg. p. 148, in quo falso quidem adverbium 'examussim' Varroni una cum Plauto et Apuleio tribuit. Nonius enim pag. 9 adv. 'examussim' ex Plauti tantum locis affert, quibus addit ex Varrone fragmentum satirae *περὶ παιδοποιίας* (sat. fr. 555, R. 232, 3), in quo 'ad amussim' legitur.

[2]) De huius vocabuli scriptura cf. ***Lachm.*** ad Lucret. p. 33 et ***Studemund*** Gaii apogr. pag. 323 sub h. v. (ubi pro 59, 9 legendum est 57, 9).

VERBA.

§ 26.

Cum duae omnino sint viae quibus nova verba fingantur, aut a verbis ipsis aut a nominibus, Varronem utramque ingressum esse ad linguae copiam locupletandam facile intellegimus. Atque primum quidem persequamur ea verba, quae ab aliis verbis suffixo *-sco* i. e. incohativorum more derivata sunt. Sed haud ita pauca huius generis verba videntur conformata esse a nominibus, cum verbum denominativum in *-are*, *-ēre*, *-ere*, *-īre*, unde originem duxerint, in linguae quam nos novimus copia non inveniatur. *Corsseno* quidem (K. B. p. 36) his quoque omnibus incohativis re vera denominativa antecessisse persuasum est, ita ut ad vv. *irascendi*, *quiescendi*, *vetustiscendi* supplenda essent vv. **irare*, **quiere*, **vetustire*. Equidem non crediderim haec verba denominativa re vera umquam extitisse oportere, sed in eiusmodi incohativis formandis multum valuisse puto analogiam, ad quam, quasi extarent illa verba denominativa, a nominibus ipsis vv. incohativa proficiscebantur eodem modo, quo adiectiva in *-tus* cadentia participiorum more a nominibus nullo exhibito verbo derivabantur. Huiusmodi incohativa nominalia enumeraverunt *Zumpt* Gramm. Lat. [12] p. 150 § 205; *G. Bordellé* p. 12; *Paucker* Zeitschrift f. oestr. Gymnas. XXV. p. 111.

Ex Varrone omissis eis, quae iam ante eum vel eodem quo ipse florebat tempore in communi usu fuisse constat, enumeranda putavi haec:

**aurescere:* L. L. VII, 83 'aurora dicitur . . . . . ab eo, quod ab igni solis tum aureo aer aurescat'.

colliquescere: Varro Rer. div. III ap. Non. 334, 27 et idem De propriet. scriptor. ibid. 334, 31; quod verbum praeterea legitur ap. Col. Apul. Front.

**confracescere:* R. R. I, 13, 4 'quod (fimum) enim confracuit quam quod recens melius'; cf. *Keil* observ. crit. p. 46. Simplex verbum *fracescere* extat ap. Varr. R. R. 1, 55, 5.

contenebrascere: R. R. II, 2, 11 'et rursus pascunt, quoad contenebravit', sed 'contenebrescere' Vulg. Ier. 13, 16, 'tenebrescere' Augustin.

**eliquescere*: R. R. I, 55, 4 'alia (olea) ad cibum eligitur, alia

ut eliquescat' h. e. in oleum exprimatur. Simile est quod indicat Col. 3, 2, 1 'Vitis autem vel ad escam vel ad defusionem deponitur'.

**evirescere*: sat. fr. 425 (R. 201, 1) 'atque [ex ártubus] || exsánguibus dolóre evirescát colos' i. e. virorem amittat. Similem praepositionis *e* privandi vel tollendi notionem habes in *onerare — exonerare, nodare — enodare, nubilare — enubilare.*

**hilarescere*: Varro Epist. lat. lib. I ap. Non. 121, 12 'Immo cum amicorum domus fumat, hilaresco'.

macrescere: R. R. II, 5, 15 'algor enim eas et famis macrescere cogit': III, 5, 3 'desiderium macrescere facit volucres', quo in exemplo verbum faciendi coniunctum cum acc. c. inf. sermonem vulgarem redolet: cf. Col. 12, 38, 5 'mel Atticum ter infervere facito': adde Pallad. Sept. 16; Mai. 12; Apr. 8, 3. Quem verbi faciendi usum in linguis Romanicis pervagatissimum invenimus, ita ut multa verba transitiva efficiantur compositione verborum 'fare' (ling. ital.), 'far' (prov.). 'faire' (francog.), velut 'faire rougir' etc. cf. *Diez* Gramm. III², 218; *Deecke* Facere u. fieri p. 9, qui hunc verbi faciendi usum magni esse momenti censet ad demonstrandum in iis verbis compositis, quorum altera pars sit verbum faciendi, velut *arefacere, calefacere, candefacere* etc., priorem partem nihil aliud esse quam mutilatam infinitivi formam. Ceterum verbum macrescendi extat ap. Hor. Col. Veg.

perfrigescere: R. R. II, 9, 13 'ut ne oblinantur aut perfrigescant' et idem ap. Plin. Front.

**puellascere*: sat. fr. 44 (R. 105, 3) 'quod non solum innubae fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt et multi pueri puellascunt' in quibus pro priore 'puellascunt' *Buecheler* Rh. Mus. XX, 406 contra codicum auctoritatem poni iussit 'repuellascunt', quod Varronem ad similitudinem verbi *repuerascere* conformavisse v. d. suspicatur. *Riese* Rh. Mus. XXI, 118 codicum verba servanda esse censet propter lemma Nonii 'puellascere: effeminari vel reviridescere', quorum priore explicetur 'pueri puellascunt', altero 'veteres p.' Sed cum neque illa emendatione neque hac interpretatione fragmenti verba satis intellegantur, graviorem quam viri docti statuerint, corruptelam in verbis 'veteres puellascunt' latere suspicor. Ceterum cf. Gloss. Labb. 'puellascere *θηλυδριᾶν*'.

**tonescere*: sat. fr. 56 (R. 108, 1.) 'tónitribus templúm tonescit'.

§ 27.

Progrediamur iam ad verba frequentativa, quae cum proprie notionem verbi primitivi auctam et intentam induere soleant, saepe hac vi obscurata nihil aliud quam verbum ipsum, unde originem duxerunt, significant. Quod in vulgarem potissimum sermonem cadere et ab elegantiore dicendi genere recedere cum alii perspexerunt tum nuper monuit *Wœlfflin* Philolog. XXXIV p. 157. — Atque Varro horum in usu ita versatus est, ut paucis exceptis ubique fere propria eorum vis retineretur. Primum enim huiusmodi verba usurpat ad negotium vel artem, quam quis exerceat, significandam; quo spectant haec:

factitare: R. R. I. 17, 3 'et uno eorum requisito, ad priorem dominum quid factitarent'; cf. 'delationes factitare' Tac. hist. II, 10; 'artem factitare' Cic. or. 43, 147; 'medicinam f.' Quint. 7, 2, 26 (*O. Jahn* ad Cic. Brut. 34 § 130).

salitare: L. L. V, 85 'Salii a salitando'.

sectari: sat. fr. 361 (R. 183, 1) 'sues sectari'.

vectare: R. R. I,19, 3 'asinos qui stercus vectent'.

venditare: de vit. P. R. 1,51 'qui oleum venditant'.

Longe autem plurimis in frequentativis, quae Varro adhibet, vis primitivi verbi omnino ita augetur, ut actio eius crebro vel constanter fieri videatur. Huic generi adnumeranda sunt:

acceptare: sat. fr. 92 (R. 118, 4); *aditare*: R. R. II, 7, 8; *cantare*: R. R. I, 2, 27; L. L. VI, 45; de vit. P. R. IV, 12; *captare*: R. R. II, 9, 1 ('captare solet'); L. L. V, 78; *clamitare*: sat. fr. 146 (R. 131, 6); L. L. VI, 68; *cenitare*: R. R. III, 4, 3; vit. P. R. I, 27; L. L. V, 162 (sed h. l. bis *cenare*); *commentari*: sat. fr. 419 (R. 198, 7) 'videas barbato rostro illum commentari'; *cursare*: R. R. II, 2, 16; *eructare*: R. R. I, 4, 4; III, 14, 2; *esitare*: sat. fr. 250 (R. 159, 8); *exercitare*: L. L. V, 87; *factitare*: R. R. II, 4, 10; III, 9, 2; III, 16, 29; L. L. VII, 70; *fluitare*: sat. fr. 123 (R. 96, 3); *iactare*: R. R. I, 55, 6; L. L. V, 138; sat. fr. 1 (R. 94, 6) et sat. fr. 132 (R. 132, 6); *lactare*: sat. fr. 350 (R. 179, 9); *minitari*: R. R. I, 68; *natare*: sat. fr. 273 (R. 161, 4); fr. 576 (R. 94, 8); L. L. IX, 71; X, 16 ('vehementer natat'); *offensare*: sat. fr. 12 (R. 96, 2) ('saepius off.'); *ostentare*: sat. fr. 7 (R. 96, 5); fr. 313 (R. 170, 3);

propulsare: R. R. II, 9, 2; sat. fr. 423 (R. 200, 4); *pascitare*: R. R. III, 16, 19; *respectare*: R. R. III, 16, 30; III, 17, 1; *retractare*: L. L. VII, 90; VIII, 2; *sectari*: R. R. III, 9, 15; *spectare*: R. R. I, 2, 1; I, 4, 4; I, 7, 1 (ex Caton. 1, 3); *subiectare*: R. R. I, 52, 2; *suscitare*: sat. fr. 161 (R. 125, 3); fr. 259 (158, 7); fr. 379 (186, 5); fr. 549 (231, 2); *tractare*: sat. fr. 364 (R. 180, 11); fr. 368 (R. 181, 2) ('t. solebat'); *versare*: L. L. V, 127; *volitare*: R. R. III, 16, 30; III, 4, 3 (bis); L. L. V, 76; sat. fr. 1 (R. 94, 6)?; fr. 124 (R. 131, 4); fr. 464 (R. 211, 1); *volutare*: R. R. II, 4, 8; III, 9, 7.

Aliquotiens posuit Varro verbum frequentativum in iis locis, ubi veriloquii causa exteriorem quoque verborum speciem simillimam esse indicare voluit, velut *flutare*: Gall. Fundan. fr. VI ed. Riese p. 254 ad verba 'murenas flutas' aperienda.

Nonnullorum frequentativorum notio usu communi ita constituta est, ut vis propria suffixi evanuisse videatur, velut *delectare*: sat. fr. 350 (R. 179, 8) etc.; *habitare*: R. R. III, 1, 3: III, 9, 7; L. L. V, 28 (cf. habere = habitare R. R. I, 16, 2); *iactare*: (i. e. gloriari) fr. 444 (206, 2).

Accedunt his duo verba intensiva:

agitare: quod L. L. V, 11 opponitur verbo standi; cf. L. L. VI, 41; 42 et sat. fr. 323 (R. 172, 3) 'ligna *φύσει ἀκίνητα* . . . . ab homine agitantur'. Itaque in verbo agitandi semper notio movendi inest; de verbo agendi vide L. L. VI. 77, ubi Varro similitudinem et differentiam vv. agendi et faciendi exponit.

lutare: sat. fr. 100 (R. 120, 4) 'in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi', ubi Varro per iocum indicare videtur verbum lutandi a *luto* derivatum.

Restant igitur perpauca verba, quae vi frequentativa plane amissa eodem quo verba unde profecta sunt sensu usurpantur, velut *vocitare*: R. R. I, 17, 2; sat. fr. 415 (R. 197, 6) et idem L. L. V, 30; V, 162; de vit. P. R. IV, 12, quod verbum a verbis primitivis *vocare*, *appellare* nullo modo differt. Eodem fortasse spectat verbum *adventandi* L. L. VII, 92 ' . . . id quod fertur, est in motu atque adventat'.

Praeterea in singulis huius generis verbis, quae alibi haud raro leguntur, Varroni nihil fere peculiare est, exceptis fere his:
**pascitare*: R. R. III, 16, 19 'Nunc feras dico, quae in silvestribus

locis pascitant', quod verbum a stirpe praesentis derivatum est, sicut *ag-itare*, *quaer-itare*, *nosc-itare*. Gloss. Labb. 'pascitare *διανέμειν*'.

**lutare*: sat. fr. 100 (R. 120, 4) (vide supra), quod verbum nusquam alibi extare videtur, nisi quod adnotat Paul. ex Fest. 116, 9 'Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum'. quo loco vide quae adnotat *Mueller*. Illo in verbo Varro videtur adnominationem quandam quaesivisse (cf. *Buecheler* Rh. Mus. XX, 414 not. 8), id quod hilari suo ingenio indulgens haud raro fecit, velut R. R. I, 2, 10 'non ut apud Lucullum, ut videant *pinacotheeas* sed *oporotheeas*': I, 2, 27: 'malo de meis *pedibus* audire quam quemadmodum *pedes betaceos* seri oporteat': I, 17, 5: 'ut *verberibus* coërceant potius quam *verbis*': III, 14, 1: '*transactus* est *actus*': adde sat. fr. 240 (R. 154, 11): fr. 312 (169, 10); 334 (175, 10); 341 (176, 8); 359 (182, 2); 504 (217, 8); 589 (238, 5).

Ex verbis desideravitis duo seligo haec:

**empturire*: R. R. II prooem. 6 'propterea quod te empturientem . . . . . adducunt crebro pedes', cuius verbi nihil nobis servatum est nisi haec participii forma.

catulire: R. R. II, 9, 11 'tunc enim dicuntur catulire, id est ostendere velle se maritari', quod verbum h. l. proprio sensu de canibus dictum ap. Laber. com. 56 translate usurpatur in 'lupa catuliens'; cf. Plin. H. N. 16 (39) 94: 'catlitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere'.

Venio nunc ad alterum verborum genus, quae a nominibus profecta appellantur a nostris 'verba denominativa'. Atque primum nonnulla enumerabo, quae quamquam in Varronis de re rustica libris primum extant, tamen ab eo ficta esse non videntur, sed omnino linguae rusticae propria habenda sunt. Huc spectant:

bucinare: R. R. II, 4, 20 'cum bucinatum est': idem ap. Sen. Apul.

loricare: R. R. I, 57, 1 'parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi', a lorica, quae in architectonum lingua hanc operis tectorii significationem induit. Tum extat ap. Plin. H. N. 8 (36) 88 coriis limi se loricare et ap. Liv. 37, 40 'equites loricati', quae tamen forma nescio an continuo a lorica derivata sit, velut *togatus* a *toga*, *tunicatus* a *tunica*.

**racemari*: R. R. III, 9, 1 'tum de reliquis, si quid idoneum

fuerit, racemari licet'. quod verbum a *Victorio* ex codicis sui verbo 'racimari' pro 'ratiocinari' vulgatae lectionis restitutum, derivatum est a *racemo* i. e. caule, quo uvae dependent. Itaque verbum racemandi proprie significat: uvas de racemo colligere aut, cum *racemus* in notionem uvarum ipsarum transierit, idem quod 'vindemiam facere'. Sed ex loco Tert. apol. 35 'post vindemiam parricidarum racematio superstes' efficitur, si translationem v. racemationis sustuleris, accuratius vv. vindemiae et racemationis ita differre, ut, postquam vindemia iam confecta sit, racematione minutiores uvae neglegentia relictae colligantur. Verbum igitur racemandi apud Varronem significat res leviores supra omissas addere. Victorius haud inepte confert graecum v. *ἐπιφυλλίδες* h. e. racemi illi, qui foliis tecti facile fallant, tum omnino res leves et viles, velut Aristoph. ran. 92 *ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στομύλματα*; Dion. Hal. rhet. 10, 18 *τραγήματα τῶν λόγων καὶ ὥσπερ ἐπιφυλλίδας καὶ στομύλματα.*

stabulare: R. R. I, 21; III, 3, 7 et idem Verg. Ov. Col. etc.

sulcare: R. R. I, 29, 2 et ap. Verg. Ovid. alios.

succolliare: R. R. III, 16, 8 'et si nequit volare (sc. apium rex), succollant' h. e. collo suscipiunt; quod idem legitur Suet. Claud. 10; Oth. 6.

Alia eiusmodi verba, quae non solum in libris de Re Rustica leguntur, haec sunt:

aeternare: Rer. hum. II ap. Non. 75, 16 'litterisque ac laudibus aeternare' i. e. aeternum facere, quod verbum Horatii ingenio deberi falso iudicat scholiasta quidam ad Hor. carm. IV, 14, 5 (non Porphyrio, ut *Zangemeister* „De Horatii vocibus singularibus" p. 37 adnotat). Quem in errorem aliquotiens scholiastas incidisse demonstrat *Zangemeister* l. c.

cernuare: de vit. P. R. I, 21 'Etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant' h. e. ad terram cernui prolabebantur. cf. *Kettner* ad h. l. Hoc verbum praeter Varronem extat ap. Apul. Solin. Prud.

praenominare: Catus fr. VI p. 248 ed. Riese 'qui . . . . celeriter erant nati, fere Numerios praenominabant', quod verbum eadem notione usurpatum praeter Varronem nusquam invenias nisi in inc. auct. libr. de praenominibus § 4 'Tullius praenominatus est omnis gratia, quasi tollendus', quo hanc vocem ex ipso Varrone transiisse facile suspiceris, cum omnino illum libellum

aliqua ex parte ex Varronis libro nobis non tradito fluxisse inter omnes constet (cf. *Th. Mommsen* in Mus. Rhen. 15 p. 181 et *Kettner* de vit. P. R. p. 16).

**sirpare*: L. L. V, 137 'Falces sirpiculae vocatae ab sirpando id est ab alligando' et ibid. 'Sic sirpata dolia quassa, quom alligata his, dicta'; V, 139 'sirpea quod virgis sirpatur id est colligando implicatur'. Quod verbum apud homines, qui Varronis tempore vivebant, non satis notum fuisse ex eo liquet, quod bis interpretationem addidit. Videtur igitur rusticorum linguae proprium fuisse. Ipse Varro eodem verbo praeterea utitur sat. fr. 116 (R. 124, 1) 'cupas vinarias sirpare noli'.

varicare: L. L. V, 117 'vallum .... quod ea varicare nemo posset' ab adiectivo *varicus* videtur profectum esse, nisi potius id ab adiectivo *varus* suffixo *-ic-*, sicut *claudicare* a *claudus*, ortum esse censes. Idem extat Quint. 11, 3, 125; Cassiod. Var. VI, 6. Verbum compositum *divaricandi* praeter Varronem (R. R. II, 5, 8) extat ap. Caton. R. R. 45, 3.

§ 29.

Adhuc omisi ea verba denominativa, quae in satiris solis inveniuntur et aliqua ex parte specie tam antiqua et vetustate obsita sunt, ut Varronem in iis formandis, nisi ex ipsorum priscorum libris sibi deprompserit, horum certe loquendi genus consulto imitatum esse statuam. Ad hoc genus spectant:

* *adulescentiari*: sat. fr. 550 (R. 230, 5) 'tu quidem ut taceas censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris' h. e. more adulescentium te geris. Cuius verbi, quod ipsum praeter h. l. non legitur, simile finxit Horatius Epist. II, 3, 246 'Faunine ..... nimium teneris iuvenentur versibus'. cf. graecum *νεανιεύεσθαι*.

**(gallari)* quod verbum apud solum Varronem invenitur nulla alia forma quam part. praes. adhibita, velut sat. fr. 119 (R. 133, 4) 'nam quáe venustas híc adest gallántibus' et sat. fr. 150 (R. 132, 3) 'synodiam gallantes vario recinebant studio'. Ductum est a Gallis, qui in honorem Cybeles bacchabantur et cantabant.

vulpinari: sat. fr. 327 (R. 174, 1) 'vúlpináre modo ét concúrsa quálubet, érras', ubi Nonii interpretatio verbi vulpinandi ('dictum ab inrecto et intorto vulpium cursu') nimis angustis finibus concluditur, cum omnino vulpis naturae astutia atque calliditas tribui soleant. Idem verbum extat praeterea Apul. Met. 3, 22, 216.

aurigari: sat. fr. 316 (R. 171, 2) 'natura aurigatur' h. e. quasi in aurigae morem moderatur et regit. cf. Gell. 14, 1, 23 'ducentibus stellis et aurigantibus'. Activam huius verbi formam sensu proprio de aurigae actione dictam adhibent Plin. N. H. 33 (27) 90. Suet. (Ner. 4; 22; 24; 53. Calig. 18 et 54. Vit. 17).

aurorare: sat. fr. 121 (R. 133, 9) 'aurórat ostrinum híc indutus súpparum', quod verbum ex Nonii codice L m. p. recte receperunt et alii et *Buecheler* in editione satir. Varron. Est autem referendum ad eum, qui aurorae instar splendorem rutilum efficit. *Roeper* (Eumenid. rell. II, p. 13) his verbis Varronem Serapidis religionem respexisse et huius dei imaginem descripsisse suspicatur. Idem vir doctus ex glossariis locos quosdam affert, quibus verbum aurorandi re vera extitisse confirmatur, velut gloss. Ang. Mai. class. auct. VIII p. 56 'aurorare illuminare, clarificare, irradicare' i. e. 'irradiare'; Gloss. Lat. Germ. *Diefenbach* 'aurorare verluchten, verlichten'.

**eunuchare*: sat. fr. 235 (R. 153, 10) 'qui se eunuchat' i. e. castrat. Altera forma, quae ad graecum *εὐνουχίζειν* [1]) continuo se applicat, extat ap. Hieron. contr. Iovinian. 1, 7 'eunuchizatus'.

**mulierare*: sat. fr. 205 (R. 147, 3) 'hic ephebum múlieravit' h. e. puerum nondum devirginatum polluere. cf. *Vahlen* coniect. p. 53. Gloss. Labb. 'muliero *γυναικίζω*.'

**exequiari*: sat. fr. 47 (R. 109, 5) 'ipsúm propter vix líberti semiátrati exequiántur' h. e. exequias prosequi et sat. fr. 303 (R. 168, 1) 'funus exequiati . . . . silicernium confecimus'. cf *Buecheler* Mus. Rh. XX p. 406.

**satullare*: sat. fr. 401 (R. 192, 2) '. . . carnes, || quibús satullem córpora ac famém ventris' ab adiectivo *satullus* (R. R. II, 2, 15) derivatum pro usitatissimo verbo saturandi. Gloss. Labb. 'satullo *χορτάζω*.'

**tunicare*: sat. fr. 242 (R. 155, 3) 'haec lánigeras detónderi docuít tunicáreque homúllum', quod verbum ideo enotandum putavi, quia cum forma *tunicatus* (continuo a *tunica* orta cf. *Bordellé* p. 20) apud multos inveniatur, verbi *tunicandi* vestigium apud nullum alium scriptorem extat.

[1]) *εὐνουχίζειν* verbum praeter locos in Stephani Thesauro congestos legi apud Galen. XII 277 (bis). 326. 327, Anonym. de cibis 14 p. 259, Michael. Glyc. Annal. IV p. 563.

tudiculare: sat. fr. 287 (R. 163, 2) 'haec in aeno bis terve tudiculasse' a *tudicula* (Col. 12, 52, 7) i. e. machina ad far, olivas, alia pinsenda. In locis Apic. 5 § 191 et 198 pro codicum 'tutunclabis' *Humelberg* scripsit 'tudiculabis', *Schuch* 'turundabis'.

**desubulare*: sat. fr. 483 (R. 214, 6) 'unam viam Zenona munisse, duce virtute, hanc esse nobilem; alteram Carneadem desubulasse bona corporis secutum', quo in fragmento quid verbum desubulandi significet dubitatur. Derivatum autem est a subula, i. e. instrumentum breve praeacutum, quo utebantur praecipue sutores, tum alii opifices ad corium aliasve res perfodiendas. *Scaliger* quidem poni iussit 'desabulare' pro 'desubulare' i. e. viam sabulo sternere, quam interpretationem totius huius loci *Buecheler* accipit cum dicat: 'desabulasse *Scaliger* vim verbi recte adsecutus'. Similem interpretandi viam ingressus est *Roeper* (Philol. IX, 250), qui verbo desubulandi servato Nonii ad h. l. lemma (p. 99, 30), quod est 'desubulare: perfodere', mutat in 'desubulare: perpolire (vel perdolare)'. Sed magis mihi placet, quod *Vahlen* coniect. p. 114 docet Carneadem 'non stravisse vel complanasse viam, sed e contrario quasi eruisse humum vel evertisse subula'. At in hac quoque interpretatione monendum est, veterum testimoniis confirmari non posse verbum 'subula' de instrumento usurpatum, quo usi sint ad humum evertendam. Ceterum totius fragmenti explicatio, quam profert *Vahlen*, maximam probabilitatem mihi videtur prae se ferre. Nam hoc fragmento apte cum proximo (fr. 484) coniuncto, quod est 'alteram viam deformasse Carneadem virtutis e cupis acris aceti', *Vahlen* monet Zenonis et Carneadis rationes ita inter se differre, ut alter viam quasi muniverit et aperuerit, alter 'quae aliis rite composita essent, ea acutis disputandi artificiis vel argutiis diluerit'.

descobinare: sat. fr. 89 (R. 116, 7) 'si adversarius supercilia mi caestis descobinarit', quibus in verbis *Riese* codicum lectionem 'discopinarit' servavit. Pro eo scripserunt *Vahlen* coniect. p. 57 et *Buecheler* 'descobinarit', quod idem reperitur sat. fr. 296 (R. 166, 5) 'quanto satius est salvis cruribus in circo spectare quam his (*Vahlen*: iisdem; fortasse *talis* vel *suris?*) descobinatis in silva cursare?', quod verbum derivatum a *scobina* significat scobina detrahere pellem. Idem fortasse extat Arnob. 6, 14 'simulacra discobinata de limis', ubi alii legunt 'descobinata.

**depontare*: sat. fr. 493 (R. 218, 3) 'acciti sumus. ut depontaremur' i. e. de ponte deiceremur. Cui si addideris fragmentum quod sequitur (494) 'vix effatus erat, cum more maiorum ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant', habes fabulam illam, qua homines sexagenarii de ponte Tiberino deiecti esse dicebantur. Rem ipsam idem Varro tradidit de vit. P. R. II, 11, quo loco explicat senes LX annos natos a publicis negotiis liberos atque otiosos fuisse itaque 'in proverbium venisse ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere, id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant'. Qua de re vide alia testimonia ap. *Kettnerum* ad P. R. II, 11, quibus adde Cic. pro S. Rosc. 35 § 100.

devirginare: sat. fr. 409 (R. 196, 2) 'quid inguinum interesset, utrum puerum essem devirginatum visurus', ad quae verba Nonius 458, 21 explicationem addit hanc: 'Virgines non solum feminae dicuntur, verum etiam pueri imberbes; nam et quicunque ex ephebis excesserat, devirginari dicebatur'. Concedo verbum devirginandi ita explicari posse, sed cum aliis ubi extat locis, velut Petron. 25; Paul. Dig. 1, 18, 21; Hygin. fabul. 23, significet virginitate privare, haec notio cur in Varronis locum non bene quadret non video.

eviare: sat. fr. 275 (R. 164, 5) 'spatula éviravit ómnes Venerí vaga puerós' et idem ap. Catull.; Cael. Aur.; Veget.

excuriare: sat. fr. 221 (R. 149, 4) 'Apollonium ideo excuriant quia nihil habebat' i. e. curia excludunt, quod verbum nusquam alibi inveniri videtur, nisi respexeris coniecturam *Lambecii* ad Varron. frgm. ap. Non. 465, 26 (*Kettner* de vit. P. R. II, 24) 'Nihilo magis propter argenti facti multitudinem *is erat furandum*', ubi *Lamb.* emendavit: 'ius erat excuriandi'. Alii scripserunt 'manserat in curia'. *Quicherat* in Nonii editione novissima fortasse recte *'iis erat furandum'* (h. e. abscondendum), omissa praepositione 'propter' ante 'argenti', quam ex verbis quae sequuntur 'quod *propter* censorum severitatem nihil luxuriosum habere licebat' repetitam esse putat.

DE VOCABULIS COMPOSITIS.

§ 30.

Exordiamur hoc in vocabulorum genere breviter explicando ab iis verbis compositis, quorum prior pars est praepositio. Quae si perlustraveris, omnia fere non minus quam illud frequentativorum genus vim suam propriam servasse miraberis, cum Varronem in verborum electione et usu libenter ad priscos, qui saepissime vi compositionis neglecta composita pro simplicibus verbis ponerent, inclinasse constet. In his igitur magis convenit Varroni cum Cicerone et elegantioris orationis studiosis, qui quamquam ipsi interdum verba simplicia et composita promiscue adhibuerunt, id tamen agebant, ut dubium et incertum verborum usum magis magisque stabilirent et abundantiam supervacaneam et inutilem amoverent. Atque Varronem huic studio aliqua ex parte favisse eo efficitur, quod verborum compositorum, quae ita usurpantur, ut in simplicium verborum notionem transiisse videantur, perpauca in eius libris occurrunt, velut: *compascere*, *conquadrare*, (*conduplicare*, quod legitur R. R. II, 4, 15, *Keil* observ. crit. p. 64 ex codicum vestigiis, qui exhibent 'quodque cum depublicant' emendavit sic: 'quod quidam duplicant'), *contremulus*, *congermanus*, *adsignificare*, quae suo loco paucis illustrabo.

**adfriare*: R. R. I. 57, 1 'Item alius aliud adfriat aut adspergit', quibus in verbis nescio an recte *Ursinus* 'aut adspergit' glossam ad verbum 'adfriat' adscriptam esse suspicatus sit.

**adruere*: R. R. I, 35, 1 'necesse est terra adruenda pulvinos fieri', quod verbum item ut interdum simplex v. ruendi notionem transitivam induit. Gloss. Labb. 'adruo *ἀναστρέφω*'.

**attui* vel *attueri*: L. L. VII, 7. 'Quocirca caelum, qua attuimur dictum templum' et idem verbum *Mueller* hoc loco nixus restituit L. L. VII, 11 '(tesca) neque ideo quod sancta, sed quod, ubi mysteria fiunt, *attuentur*, tuesca dicta sc. sunt' pro codicum '*aut tuentur*'. Sed lectio codicum, cum per se ipsa ita intellegi possit, ut 'aut tuentur' verba 'ubi mysteria fiunt' accuratius explicent, hac emendatione vix egere videtur. Notionem passivam verbi tuendi nihil habere offensionis docent loci, quos congesserunt *Neue* Formenlehre II, 245 et *Koffmane* pag. 197.

adsignificare est verbum a Varrone ita usurpatum, ut a notione verbi significandi nequaquam differat, velut R. R. II, 11, 10;

L. L. VI, 36 (bis); VI, 40; VIII, 3 et 11; ap. Gell. 10, 1, 6 ex lib. V disciplinar. Idem verbum praeter Varronem adhibuerunt Nonius 59, 5 et Vel. Long. 2218 P.

advenerari: R. R. I, 1, 6 'Item adveneror Minervam et Venerem' et idem ap. Sil. Ital. 13, 704.

**ambivium*: sat. fr. 276 (R. 161, 1) 'in ambivio navem conscendimus'.

**commalaxare*: sat. fr. 177 (R. 139, 5) 'quod philosophia commalaxarem ea *παίδη*'. Simplex verbum 'malaxandi 'affert ipse Varro L. L. VI, 96 'ab eo quod illi *μαλάσσειν*, nos malaxare', tum Laberius dixit teste Gellio 16, 7, 7 'malas malaxavit'.

conquadrare: sat. fr. 96 (R. 118, 15) et simplex idem significans sat. fr. 248 (157, 3) etc.; verbum conquadrandi legitur ap. Col. Sidon.

Verbum *compascendi*, quod supra commemoravi, apud Varronem R. R. I, 53; II prooem. § 5 prorsus idem significat atque verbum simplex pascendi; in eodem verbo praepositionis vis servata est ap. Cic. Top. 3, 12; cf. Quint. 5, 10, 85.

**contremulus*: sat. fr. 400 (R. 192, 3) '(luna) tum contremula áquilenta apud álta || litora oreris . . .' idem valens quod *tremulus*.

congermanus: quod vocabulum lexica afferunt ex fragmento Varron. ap. Non. 90, 17 rer. hum. lib. III 'Postea cum his una rempublicam coniuncti et congermani tenuere'; sed *Quicherat* in Nonii editione recenti mihi videtur recte scripsisse 'coniuncti congermanitate', secutus codicum vestigia, quorum H et L 'et congermanita tenuere', P 'congermanitate nuere' exhibent.

denigrare: R. R. I, 55, 7 'denigrare terram' et idem ap. Plin. H. N. 23 (53) 99; 32 (23) 67; Tert. Res. 12; Firm. Matern. math. 5, 10.

deplantare: R. R. I, 40, 4; I, 43, 1 h. e. ramulum seminis loco ex una arbore in alteram transferre, et ap. Col. Plin.

derepere: sat. fr. 115 (R. 124, 4) 'derepere ad hominum fana', quod idem extat ap. Phaedr. Plin. Apul.

**displanare*: sat. fr. 291 (R. 165, 4) 'rutro caput displanare' h. e. discutere atque disrumpere.

**displicare*: R. R. III, 16, 7 'si quando displicatae sunt' sc. apes. Gloss. Labb. 'displicat *ἀναπτύσσει*'.

**exparta*: R. R. II, 5, 7 'pecudes aetate potius ad fructus ferendos integrae quam iam expartae' i. e. quae parere desierunt. Non

nimis dissimilem habes notionem praepositionis *e* in verbo evirescendi, quod supra enotavi.

**extumidus*: R. R. I, 51, 1 'aream .... extumidam'.

expromittere: R. R. II, 2, 5 'expromisit nummos' est verbum orationis iudicialis proprium cf. Paul. Dig. 16, 1, 22; Ulp. Dig. 23, 3, 36. De notione huius verbi disseruit *Gessner* in indice ad script. R. R. p. 58, qui ibidem de vi praepositionis *ex* in eiusmodi compositis recte profert haec: 'Nimirum *i. ex* complementi et perfectionis significationem habet ut in *exaedifico, exaggero, exhilaro, exquiro, expio, expleo, expolio, exporrigo*'.

**inconsitus*: L. L. V, 36 'Ager cultus ab eo, quod ibi cum terra semina coalescebant, ut inconsitus, incultus'.

incontaminatus: R. R. III, 9, 17 'aspectu et facie incontaminata' i. e. non contaminata, quod praeterea legitur ap. Liv. Augustin. Idem significat forma adiectivi 'intaminatus' ap. Hor. carm. III, 2, 18 'virtus ..... intaminatis fulget honoribus', quo de vocabulo cf. *Zangemeister* De Hor. vocib. sing. p. 21.

indiscretus: R. R. III, 1, 7 et ap. Verg. Tac. Quint.

**inficiens*: R. R. III, 16, 8 'Neque ipsae (apes) sunt inficientes nec non oderunt inertes'; L. L. VI, 78 'qui aliquid agit, non esse inficientem', quod v. praeter Varronem a nullo alio scriptore adhibitum particula *in* negativa formatum est a *faciens* participio, quod induit adiectivi naturam, velut *insipiens* a sapiente, *innocens* a nocente, *insciens* a sciente etc.

Verborum praepositione *in* compositorum affero haec:

inarescere: R. R. I, 41, 5 et ap. Vitr. Cels. Plin. alios.

inigere: vox a Varrone libentissime adhibita, velut R. R. I, 2, 20; I, 52, 2; II, 2, 15; III, 10, 5; praeterea extat ap. Sen. ep.; Front.; Apul.; cf. Paul. ex Fest. 110 '*inigere* pecus agere, id est minare'.

incerare: sat. fr. 76 (R. 113, 8) i. e. cera obducere, quod idem ap. Cels. Iuv. Prudent. legitur.

incrustare: R. R. III, 14, 5; III, 15, 1 et ap. Hor. sat. 1, 3, 56; Procul. Dig. 8, 2, 12.

intermedius: R. R. III, 5, 11 'intermediis arbusculis', quod idem reperitur apud Paulin. Nolan. carm. 26, 637 ut adnotat *De Vit*, ubi vide sub h. v.

**perferus*: R. R. II, 1, 5. **permundus*: R. R. III, 7, 5.

**perpurus*: R. R. III, 16, 28 'addunt lanam perpuram', ubi 'per-

puram' pro vulg. 'purpuream' emendavit *Pontedera*; cf. quae *Schneider* ad h. l. adnotavit: 'Vulgatum *purpuream* ex Columella, qui *mundam lanam* imbui iubet, emendari iussit Pontedera. Crescentius etiam ex h. l. refert haec: .... in qua addunt *lanam puram*'.

perimbecillus: R. R. III, 10, 5 et ap. Cic. Att. 10, 18, 1 et Sulp. Sever. chron. II, 17, 3 ed. Halm. Ceterum moneo Ciceronem in epistulis verborum *per* particula compositorum magnum numerum finxisse, quae enumerat *Stinner* (De eo, quo Cicero in epistulis usus est sermone p. 13).

perarescere: R. R. I, 49, 1 et ap. Col. 11, 3, 58; cf. Col. 4, 24, 5 'peraruit' et 12, 15, 4 'peraruerint'.

perpascere: quod legitur L. L. V, 95 'pecus ab eo quod perpascebant' fortasse suadente *Spengelio* (Ueber die Kritik der Varr. Buecher de ling. lat. p. 23 sq.) emendandum est in 'pascebant', quam formam re vera nonnullos codices (velut Gothanum codicem bonae notae) exhibere idem vir doctus docet p. 24.

**perserere*: R. R. I, 41, 5 'resticulas per ficos ... perserunt'.

**perinungere*: 'eam (pellem) intrinsecus eadem re perinungunt', quod verbum bicompositum *Victorius* restituit ex libris suis pro vulgata lectione 'perungunt', quod Varro et paullo ante adhibet et R. R. II, 9, 14. Ceterum cum totus locus, de quo agitur, vix sanus sit in libris. nescio an 'perinungunt' lectio ex 'in*perungunt*' archetypi scriptura ita orta sit, ut cum falso 'perungunt' amanuensi excidisset, a correctore *in* supra *per* adderetur. Quod cui recte coniectum esse videbitur, is a Varrone ipso 'inungunt' scriptum esse opinabitur.

praeverbium: L. L. VI, 38; 82 i. e. praepositio, quae cum altero verbo componitur. Hoc vocabulum a Varrone ipso fortasse fictum eandem notionem grammaticam prae se fert ap. Gell. 6, 7, 5; Charis. 194, 15 K. cf. *Lersch* Sprachphilos. II, 152.

pronomen: L. L. VIII, 45 h. e. pron. demonstrativum, quod idem ap. Quint. aliquotiens occurrit.

provocabulum: ibidem, i. e. pronomen interrogativum. cf. *Lersch* Sprachphilos. II, 151.

**prolubido*: Varro ap. Non. p. 64 (*Wilm.* p. 150, 7) 'prolubium et prolubidinem dici ab eo, quod lubeat'. Vocabulum 'prolubido'

nusquam alibi [1]), 'prolubium' saep. ap. Ter. Acc. Gell. invenitur.

resîmus: R. R. II, 9, 3 'labris . . . resimis' et idem ap. Ov. Col. Labb. 'resimus *κατάσιμος*'.

retorridus: R. R. I, 9, 5 'prata retorrida', quod idem extat ap. Plin. Col.

subrumus: R. R. II, 1, 20 'si parum habet lactis mater, ut subiciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi' et idem II, 11, 5; Catus fr. VII p. 248 ed. Riese; cf. Fest. p. 270. Quod vocabulum ex lingua rusticorum hominum depromptum apud homines, qui Varronis tempore vivebant, inusitatissimum fuisse comprobatur eo, quod Varro tribus illis locis, ubi id adhibuit, interpretationem addidit. Gloss. Labb. 'subrumi *ὑπομαζίδιοι*'.

suffumigare: R. R. III, 16, 36 'si (apes) ex alvo minus frequenter evadunt . . . . suffumigandum', quod idem ap. Cels. Col. legitur.

**suffundare*: sat. fr. 524 (R. 225, 10) 'in domibus latericiis . . . lapidibus suffundatis'.

subsecare: R. R. I, 23, 3; I, 49, 1 et ap. Ov. Cels. Col.

succinere: R. R. I, 2, 16 '(agricultura) succinit pastorali (sc. vitae), quod est inferior, ut tibia sinistra a dextrae foraminibus' et II, 1, 27; quod idem extat ap. Hor. Ep. 1, 17, 48; Petron. 69; Pers. 3, 20, ubi vide quae adnotavit *O. Jahn* p. 147: 'succinere is dicitur, qui alterum praecinentem comitatur'.

Tum extant haud pauca vocabula et nomina et verba, quorum notio *sub-* praepositione addita minuitur, velut:

**subalbicans*: R. R. III, 9, 5 'palea (gallorum) rubra subalbicanti'.

**subalbus*: R. R. I, 9, 5 'sabulo . . . subalbus'; cf. 'subalbulus' ap. Isid. 12, 1, 50 ed. Otto. *subcrispus*: R. R. II, 5, 8; II, 7, 5 et ap. Cic. Verr. II, 2, 44. **subsimus*: R. R. II, 5, 7. cf. Gloss. Labb. 'subsimus *ὑπόσιμος*'. **subtenuis*: R. R. II, 7, 5.

**subsipere*: L. L. V, 128 'ut subsipere quod non plane sapit'.

**subdealbare*: sat. fr. 171 (R. 136, 5) '. . . . tegés, pruina né iacentem || súbdealbet álgu danti frígore . . . .', quod fragmentum attuli ex satir. fragm. collectione a *Riesio* curata, cum *Buecheler* (Rh. Mus. XX, 1865 p. 432 adnot. 14) elegantioribus quidem versibus restitutis:

[1]) *Haupt* Herm. II 1867 p. 336 conicit ap. Minuc. Fel. Octav. cap. 26 fortasse pro codicum 'procupidine' Varronis 'prolubidinem' substituendum esse. Addit autem 'quodsi nullus subest error, sed vetus fuit prolubidinis vocabulum'. Scribendum esse: 'Prolubium et *lubidinem* dici ab eo etc.' *Quicherat* in Nonii editione iussit.

tegés, pruina né iacentem súb [Iove]
deálbet algu cándicanti frígore

pro verbo 'subdealbet' posuerit 'sub Iove dealbet'. Sed codicum Nonii exhibent H m. p. *subdealbet*; H m. sec. L W *subdeabbet*, nec video cur *Buecheler* hoc verbum non agnoscat. Itaque *Riesio*, qui Rh. Mus. XXI, 120 hoc servandum esse iudicat, assentior, cum non maiorem offensionem praebere mihi videatur verbum subdealbandi quam alia eiusmodi verba, quae dicuntur bicomposita, velut 'subdisiungere' (Ascon.), 'subadmovere' (Col.), 'subinfluere' (Sen.), 'prodeambulare' (Terent.), 'disconvenire' (Hor.) etc.

§ 31.

Restat ut pauca disseram de iis compositis, quorum prior pars est aut nomen aut verbum aut adverbium. Quod verborum genus ut poetae potissimum coluerunt, ita in iis quoque Varronianarum satirarum fragmentis, quorum forma metrica adhuc perspicitur, primarium quendam locum obtinere consentaneum est. Atque haec composita cum maxima ex parte praeter Varronem apud nullum alium legantur, ipsius Varronis ingenio deberi suspicari licet, nisi quod unum alterumve iam a poetis priscis, quorum libri nobis non sint servati, formari potuisse concedendum est. Sunt autem digna quae enumerentur ex poeticis satirarum frustulis haec:

'*altitonus*: sat. fr. 92 (R. 117, 2), cui conferas v. 'altisonus' ap. Enn. trag. 119; 244; ann. 561. 'altitonans' Lucret. 5, 745.

**ardifetus*: sat. fr. 204 (R. 146, 9) 'ardifeta lampade', quod significat: plena ardore.

Haec duo quae modo attuli composita tragicum sermonem redolere videntur.

**citiremis*: sat. fr. 15 (R. 97, 6) 'Argo citirémem'.

**crebrinodus*: sat. fr. 578; cf. 'multinodus' ap. Apul.

**dentharpaga*: sat. fr. 441 (R. 205, 1) 'hic bipénnis, ille forcipes denthárpagas', id quod *Buecheler* restituit pro codicum 'bipensile forcipendent harpagae'. Est autem *dentharpaga* vox hybrida formata ex *dente* et *harpaga*, quae vox graeca a Sisenna histor. lib. IIII ap. Non. 556, 18 (Peter 289, 7) adhibetur in 'collocatis harpagis'.

remipedus: sat. fr. 489 (R. 218, 8) 'anates remipedas' pro 'tremipedas', quod Nonii p. 460, 6 codices exhibent, nisi quod cod.

Colbertinus (saec. X), auctore *Quicherato*, 'remipedas', quam formam *Buecheler* recepit. Alii quidem viri docti, ut *Passerat*, *Schneider* (ad R. R. III, 11), *Roth* et ipse *Quicherat*, scribere maluerunt formam 'remipedes' a remipede derivatam, quae invenitur apud Auson. Idyll. 10, 201 'remipedes'; et id. Epist. 3, 13; 'remipedem' Epist. 5, 34.[1]) Ceterum huiusmodi adiectiva duplici exitu praedita nihil offensionis habere docet *Neue* Formenlehre II [3], 92 sq., qui affert similes formas, velut *versicolorus*, *unicoloras*, Iris *multicolora*, corona non *discolora*, *quadripedo* concito cursu (Front. ed. *Naber* 156, 1); *quadrupedo* gradu (Amm. Marc. 14, 2, 2) etc.

**remivagus*: sat. fr. 49 (R. 110, 1) 'naútae remivagám movént celócem'; cf. alia eiusmodi composita, quorum posterior pars est — *cagus*, apud *Pauckerum* Addend. lex. lat. p. 4, velut *fluticagus*, *monticagus*, *nemoricagus*, *noctivagus*, *undicagus* etc., quae apud poetas potissimum inde a Lucretio florentes inveniuntur.

**vagipennis*: sat. fr. 489 (R. 218, 8) sc. anates, quod adiectivum *Buecheler* pro codicum lectione 'neque quas agipennis anates' feliciter invenit scribendo 'néque qua vagipénnis anates'.

undicola: sat. fr. 130 (R. 133, 7) 'ut Náides undícolae' et idem ap. Avien. Arat. 809; cf. 'silvicola' Naev., 'monticola' Ovid.

**stellumicans*: sat. fr. 92 (R. 118, 2) 'signis stellumicantibus'.

**multicupidus*: sat. fr. 545 (R. 229, 6) 'múlticupida iúvenitas'.

**multisignis*: sat. fr. 21 (R. 100, 6) 'parmis .... multisignibus', quod compositum cum pro codicum lectione 'multis insignibus' restituisset *Lachmann* in Lucret. 2, 402, probaverunt *Riese* et *Buecheler*.

Sed huiusmodi compositiones ne a pedestri quidem sermone prorsus abhorrere docent haec:

**multicavatus*: R. R. III, 16, 24 'favus est, quem fingunt multicavatum e cera', cui conferas 'multicavus' Ov. Met. 8, 561.

**multinummus*: R. R. III, 17, 6 et sat. fr. 549 (R. 230, 6) in

[1]) Non assentior *Leopoldo Schroedero*, qui (Ueber die formelle Unterscheidung der Redetheile etc. Lips. 1874 pg. 525) in interpretanda voce *tremipedas* dicit: 'Uebrigens deutet vielleicht die Form des Acc. Pl. bei diesem Worte auf Anschluss an griechische Bildungen'; quod si ita se haberet, non *-pedas* sed *-podas* scribendum esset.

poetico sermone, ubi 'mult*a*nummus' e codicum auctoritate legendum esse *Vahlen* anal. Non. p. 2 docuit (cf. *Riese* ad h. l. p. 230 in adnot. critic.).

[Similia composita ex oratione prosa desumpta sunt haec: 'multicaulis' (Plin.), 'multicolor' (Plin. Apul.), 'multifidus' (Liv.), 'multiformis' (Cic. Col. Plin.), 'multiiugis' (Cic. Liv.), 'multifarius' (Gell.) etc.]

Eodem modo vocabula cum *semi-* composita et pedestris et poetici sermonis sunt, velut:

**semiatratus*: sat. fr. 47 (R. 109, 5); **semipiscina*: R. R. I, 13, 3.

semivir: sat. fr. 132 (R. 132, 5) et apud Verg. Ov. Liv.

semivocalis: R. R. I, 17, 1 'alii in tres partes instrumenti genus, vocale (sc. servi) et semivocale (sc. boves) et mutum (sc. plaustra)' et idem ap. Quint. Veget. Priscian.

Praeterea e sermone pedestri adnotanda putavi haec:

**bisyllabus*: L. L. IX, 91; **bivira*: sat. fr. 239 (R. 154, 3) 'ad biviram venio'; conf. 'univira' et 'multivira' apud Minuc. Fel. Oct. 24, 3.

bumammus: R. R. II, 5, 4 'uvam bumammam' et idem ap. Macrob. Sat. 3, 20 § 7; quae vox hybrida conformata est ad similitudinem verborum vere graecorum cum *bu-* compositorum, quae in latinam linguam transiere, velut *bumastus, bumelia.* Vide ea quoque, quae Varro ipse l. c. e graeca lingua affert et Serv. ad Verg. Georg. II, 102 [1]).

domusio: sat. fr. 517 (R. 223, 4) 'Diogenem litteras scisse, domusioni quod satis esset', quod vocabulum primus *Buecheler* Rh. Mus. XIII p. 586 restituit e Nonii codicum vestigiis: *dum uisione* W p. 248; *dum usioni* W 231. II L. Idem v. praeterea extat Petron. sat. 46; 48.

Addo nonnulla substantiva composita, quae quamquam apud solum Varronem vel apud hunc primum et deinde apud posteriores

[1]) cf. *Lehmann*: 'De vini apud Romanos apparatu curaque' Progr. Gymn. Wernigerod. 1872 p. 4: 'Quaenam vite (*bi*mammia) non confundenda est vitis bumamma sive bumastus, cuius uvae aut nigri aut albi coloris erant et mammae bovinae instar turgescebant. Magnitudo earum uvarum iam ex syllaba *βου-* vocabulis *μαστὸς* et mamma praeposita apparet; eam enim Graeci de bovis magnitudine cogitantes nominibus amplarum rerum praeponere solebant'.

inveniuntur, tamen ab eo non ficta sed linguae rusticae omnino propria fuisse videantur, velut:

faenisicia, ae: R. R. I, 47 et 49, et plur. *faenisicia, orum*: I, 17, 2; II, 11, 7; III, 2, 6, quorum utrumque ap. Col. — Gloss. Labb. 'faenisicium *χορτοτομία*.'

mellificium: R. R. III, 16, 14 et 27; id. ap. Col.

opificium: R. R. III, 16, 20; sat. fr. 342 (R. 177, 5), quod idem *Paucker* Addend. p. 57 ex Chalc. in Tim. 258 'corporeis opificiis' enotavit; Gloss. Labb. 'opificium *ἐργοποιία*; *χειροτεχνία*'.

**spicilegium*: R. R. I, 53; L. L. VII, 109.

Ex familiari sermone desumptum videtur v. **modimperator*: Rer. hum. lib. XX (ap. Non. 142, 5) 'In conviviis qui sunt instituti potandi modimperatores'.

§ 32.

In verborum compositorum copia, exceptis iis quorum prior pars est praepositio, quamquam Varronem quidquam novasse negamus, tamen memoratu digna sunt ea, quae ex duobus verbis tam laxe composita sunt, ut duae verbi partes alio vocabulo interposito dirimantur, velut:

consue quoque *faciunt*: R. R. II, 9, 13; *excande* me *fecerunt*: R. R. III, 4, 1; *perferve* ita *fit*: R. R. I, 9, 2. Quam eandem verborum tmesin, quam dicunt, admisit Cato R. R. 157, 9 *ferve* bene *facito*, quocum cf. Lucret. 6, 962 'facit are', quo exemplo nixus *Lachmann* alias eiusmodi formas diremit (in Lucret. III, 906). Hanc laxam membrorum coniunctionem non male mihi videtur explicasse *Deecke* (Facere u. fieri etc. p. 35).'

CORRIGENDA ET ADDENDA.

pag. 8, 12 leg. Diez pro Dietz.

pag. 52, 19 mensurnus practerea legitur in nonnullis codicibus Cic. de invent. I, 26 § 39; cf. Prisc. II p. 81, 12 K et quae adnotat Hertz ad h. l.

pag. 52, 20 vertilabundus legitur apud Chalc. in Tim. p. 92 ut Wrobel Zeitschrift f. d. östr. Gymn. XXVI (1875) pag. 279 monet. Editio Mullachiana frgm. philos. graec. II pag. 203 cap. 91 praebet 'ventilabundus' vix recte.

Typis C. F. Winteri Darmstadiensis.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY